13
6 D
37

H. V. 35

13 — 25 . C. 40.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

HIERONYMI-MARCELLI
COMITIS DE GUBERNATIS,
Conſiliarii Status, & in Senatu Nicienſi Præſidis,

ENUCLEATIO HISTORICO-LEGALIS.

In cujus facti, & Juris contextu forma à Summis Pontificibus ſervanda circà Proviſiones omnium Beneficiorum, in temporali Dominio

REGIÆ CELSITUDINIS
S E R E N I S S I M I
SABAUDIÆ DUCIS
E X I S T E N T I U M,

Explicatur, aſſeritur, & vindicatur.

PARS PRIMA.

In qua principaliter agitur de Epiſcopatibus, & Abbatialibus Dignitatibus.

EDITIO SECUNDA.

R O M Æ MDCXCVIII.
S U P E R I O R U M P E R M I S S U.

Digitized by Google

ENUCLEATIO HISTORICO-LEGALIS.

CAPUT I.

Narratur exorta controverſia caſus; & Promiſſio S.M.Nicolai V. facta Ludovico Sabaudiæ Duci: nec non ſubſequuta Summorum Pontificum Indulta recenſentur.

1 VACANTIBUS nuperrimè, per obitum extrà Curiam, Abbatlis S. Juſti Secuſieñ, S. Stephani Iporedieñ, & S. Pontii Nicieñ, cum Comes de Gubernatis, Sabaudiæ apud Sanctam Sedem Miniſter, humillimè Summum Pontlficem exoraſſet, redditis etiam Sanctitati Suæ ſupplicibus litteris, Suæ Regiæ Celſitudinis manu ſignatis, ut conſueta benignitate dignaretur, prædictas Abbatlas perſonis illis idoneis reſpectivè conferre, quas ipſemet Princeps eidem Pontifici ſuam intentionem declarando, & proprium conſenſum ſignificando proponebat; dum nihil obſtare poſſe videbatur pro favorabili reſcripto, quod per duodecim ferè annos fui in hac Aula Miniſterii, in ſimilibus caſibus, ſine aliqua contradictione ſemper obtinuerat; nihilominùs, neſcio quo fato, juſtæ huic petitioni Datarlæ Officiales acritèr obſtiterunt, ac ſi collativi juris apud Apoſtolicam Sedem univerſalis, & libera poteſtas, ſuam à Pontificiis erga Supremos Principes Indultis, promiſſionibus, & concordatis in ſua obſervantia, & executione moderationem, & præſcriptos limites non agnoſceret, quos tranſgredi datæ fidei religio prohibet, & præſtita meritorum retributio ſemper manſura non patitur.

2. Urgente itaque prædicto Comite pro conceſſione ſupplicatæ proviſionis, placuit Sanctiſſimo partes Eminentiſſimis D. D. Cardinalibus Spadæ, & Albano in ſuis juribus audiendas remittere, ut dein Sanctitas ſua, ab iiſdem certiorata de meritis cauſæ, ſuum in veritate, & æquitate proferret oraculum; atque, nè judicii mora aliquod legitimè providendis detrimentum afferret, mandari juſſit Subcollectori Reverendæ Cameræ in Principatu Pedemontano, ut interim fructus ex earundem Abbatiarum bonis percipiendos, ad ſalvum jus ex integro præſervaret.

3. Paruit Sabaudus Miniſter Pontificio nutui, ſtatim exhibitis Nicolai V., & ſubſequentium Pontificum Apoſtolicis Litteris: nec non ſuper iiſdem olim edita legali conſultatione doctiſſimi quondam J. C. Chriſtophori Fauzoni in Senatu Pedemontano Præſidis, quibus inhærendo quam plurima, ad juris, & facti veri-

Digitized by Google

tatem dilucidandam, in diſcurſibus ſuper hac cauſa habitis oretenùs adduxit, quæ licet ab omniſciis Patribus ſatis cognita, & intellecta, nullam de irrefragabili, & certiſſimo Suæ Regiæ Celſitudinis jure, in offerendis, ſeù proponendis, vel nominandis Epiſcopis, & Abbatibus ſui temporalis dominii, dubietatem reliquerint, cogor adhuc eadem in ſcriptis legenda, atque inſpicienda proponere, & Poſteritati tradere: Nam forſan, & hæc olim meminiſſe juvabit.

4. Petra fundamentalis, cui nititur tota moles formæ ſervandæ in hujuſmodi proviſionibus beneficialibus, petenda eſt à ſolemni promiſſione Summi Pontificis Nicolai V. emanata ſub die 4. idus Januarii 1451. favore Ludovici Sabaudiæ Ducis, ubi diſcretivè loquendo, in primis quoad Metropolitanas, Epiſcopales, & Abbatiales dignitates, hanc, prout ibidem habetur, ſibi legem præſcripſit:

5. *Ne ex promotione quarumvis ad quarumcumque Eccleſiarum, vel Monaſteriorum infrà diſtrictum ſui temporalis Dominii conſiſtentium regimina, ſeù proviſionibus quibutlibet, de quibuſve dignitatibus diſpoſitioni noſtræ reſervatis ibidem conſiſtentibus, quibuſcumque perſonis per nos faciendis, ſui ſtatus ſuccedat diſpendium, aut alia quævis adverſitas inteſtina, præfatum Ducem harum ſerie certum reddimus, & ſibi promittimus, quod ipſo, & dominio hujuſmodi in integritate dictæ obedientiæ perſiſtentibus, ad quarumcumque Metropolitanarum, vel aliarum Cathedralium, earumdem regimina, aut dignitates Abbatiales infrà diſtrictum prædictum, neminem præficiemus, ſeù illis de quorumcumque perſonis non providebimus; Niſi habitis prius per Nos intentione, & conſenſu ipſius Ducis de perſonis idoneis, ad hujuſmodi regimina, ſeù dignitates promovendis, vel de quarum perſonis tales proviſiones fuerint faciendæ.*

6. Conſimili vinculo adſtricta inſpiciuntur quatuor alia beneficia ibidem ſpecialiter deſignata in illis verbis:

7. *Præterea Prioratus Tallueriarum, Ripaliæ, & Novalitii, ac Præpoſituram Montisjovis, quæ in confinibus hujuſmodi dominiorum conſiſtunt, ſi & cum illos vacare contigerit nulli conferemur, niſi ſimiliter prius ab ipſo Duce ejus intentione habita de perſonis, quibus fuerint conferendi.*

8. Diverſimodè ſtatutum legitur quoad Dignitates poſt Pontificalem majores, aliaque beneficia Sedi Apoſtolicæ reſervata; quorum intuitu obſervandum eſt, Pontificiam promiſſionem non requirere, circà perſonas providendas præcedentem Principis intentionem, & conſenſum, ſed dumtaxat ſufficere, quòd perſonæ proviſæ ſint de locis Ditionis ipſius Ducis, aut ſibi gratæ, vel acceptæ de aliis locis oriundæ, prout expreſſis verbis diſcretivè diſponitur ibidem:

9. *De aliis verò dignitatibus, videlicet poſt Pontificales maioribus, Prioratibus conventualibus, ac aliis diſpoſitioni noſtræ generaliter reſervatis in diſtrictu præfato perſonis providebimus idoneis, nonniſi fuerint de locis Ditionis ipſius Ducis, aut ſibi gratæ, vel acceptæ de aliis locis oriundæ.*

10. Nec aliter ultimo loco ſancitum de gratiis illis expectativis, & mandatis ad providendum, quorum tunc uſus extrà veterem Canonici Juris diſciplinam à Gratiano compilatam ex ſubſequutis Pontificiis decretalibus inoleverat ibidem:

11. *Gratias autem expectativas, & ſpeciales reſervationes quaslibet cum quibuſvis, quæ ex illis deſcendunt, providendi mandatis in Diſtrictu prædicto perſonis dumtaxat, quæ locorum ejuſdem Diſtrictus alienigenæ, vel extraneæ non fuerint, niſi fortaſſis ejuſdem Ducis conſenſus aliis perſonis ſuper hujuſmodi gratiis obtinendis ſuffragetur, concedemus.*

12. His

12. His ſic in vim promiſſionis, ſtatuti, declarationis, & conſtitutionis reſpectivè firmatis, nè aliquod pateret effugium recedendi, citrà vitium nullitatis, & infractæ fidei, à forma eſſentiali in iiſdem Apoſtolicis Litteris præſcripta, adjecit Summus Pontifex clauſulam irritantem ampliſſimis verbis conceptam, prout ſequitur:

13. *Quòd ſi fortaſſis ex importunitate petentium, aut per præoccupationem, ſeù aliàs inadvertenter per Nos contrà præmiſſa, quaſvis proviſiones, præfectiones, & collationes fieri, aut aliàs quicquam concedi contigerit, auctoritate Apoſtolica earumdem præſentium tenore ſtatuimus, declaramus, & decernimus, ea omnia inde ſequuta cum proceſſibus inde pro tempore habitis, quaſvis etiam in ſe cenſuras, & pœnas continentibus, nullius fore roboris, vel momenti, ipſiſve proceſſibus minimè intendendum, ſivè parendum eſſe, nec cenſuras, & pœnas hujuſmodi quemquam arctare, ſed illas, & eoſdem proceſſus penitùs haberi debere pro infectis. Nulli ergò hominum liceat, hanc paginam noſtræ promiſſionis, ſtatuti, declarationis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire, &c.*

14. Cum in hucuſque prænarrata Nicolai promiſſione nihil dictum, aut actum fuiſſet de cæteris minoribus dignitatibus, aliiſque præbendis, & beneficiis, tàm ſimplicibus, quàm reſidentiam, aut curam animarum actualem, ſeù habitualem requirentibus, atque multò minus de beneficiis, aut dignitatibus regularibus; ideò Sereniſſima Jolanta filia, & ſoror Chriſtianiſſimorum Franciæ Regum tanquam provida Mater, & Tutrix Sereniſſimi Philiberti Sabaudiæ Ducis, Litteras Apoſtolicas obtinuit à Summo Pontifice Sixto IV. ſub die 9. Martii 1474, in quibus eidem Regiæ Duciſſæ, ad publicum ſubditorum commodum datum eſt, ut nullus alienigena, ſivè alterius Nationi, & dominii Clericus, vel cujuſcunque Ordinis regularis, qui non ſit de Ducatu, Ditione, vel Dominio hujuſmodi oriundus, aut ſaltem verus, & actualis illorum incola, cujuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis exiſteret, beneficia ſæcularia, vel cujuſcunque ordinis regularia, cum cura, vel ſine cura, quæcunque, & qualiacunque fuerint, deinceps vigore litterarum quarumcumque gratiarum expectativarum, ſub quacunque verborum forma emanaverint, acceptare, ſive obtinere poſſit, nec ei jus aliquod acquiratur, adjectis ibidem clauſulis irritantibus, & derogatoriis in ampliſſima forma, prout ſequitur:

15. *Auctoritate Apoſtolica decernentes, locorum Archiepiſcopos, nec non dictorum Monaſteriorum Abbates pro tempore exiſtentes, & Conventus eorumdem, nec non dictarum Eccleſiarum Capitula, & quoſvis alios Ordinarios obtentu litterarum prædictarum ſub quavis forma, vel expreſſione verborum, etiam cum ſpecifica, & individuali ſtatuti, & ordinationis hujuſmodi derogatione à Sede Apoſtolica, vel Legatis ejuſdem in anteà impetrandarum, & proceſſuum habendorum per eaſdem, quaſvis etiam cenſuras, & pœnas in ſe continentium, ad receptionem alicujus, vel aliquorum ad beneficia hujuſmodi adverſus ſtatutum, & ordinationem prædicta compelli minimè debeant, ſeù poſſint; nec non cenſuræ, proceſſus, & pœnæ hujuſmodi, etiamſi dictæ litteræ motu proprio, & ex certa ſcientia emanarent, neminem arctent, ſed habeantur pro caſſis, irritis, & infectis: Non obſtan. &c.*

16. Prædictum Sixti IV. Indultum, Innocentius VIII. in forma ſpecifica confirmavit, & approbavit, favore ejuſdem Ducis Philiberti in ſuo Brevi Apoſtolico ſub die 8. Martii 1484, & dein relatas, atque inſertas de verbo ad verbum præfatas Sixti, & Innocentii Conſtitutiones, Apoſtolica auctoritate denuò mu-

nivit

nivit Julius II., prout conſtat ex ejuſdem Pontificio diplomate favore Ducis Caroli III., emanato de anno 1506. cum declaratione, quòd perpetuæ firmitatis robur obtinere deberent, ac quòd illis per quaſvis clauſulas, etiam derogatoriarum derogatorias, ſeù fortiores, & inſolitas, nullatenus derogatum cenſeretur, niſi illarum toto tenore, ac de verbo ad verbum, & nihil omiſſo: nec non ſpeciali, & expreſſo præfati Caroli, & pro tempore exiſtentis Sabaudiæ Ducis conſenſu, eadem omnia Apoſtolica auctoritate de novo ſtatuendo, & ordinando.

17. Iſtis acceſſit de anno 1515. die 6. Junii, ſic inſtante prædicto Carolo III., ampliſſimum ad perpetuam rei memoriam Leonis X. Indultum, in quo exhibitis, atque relatis priùs de verbo ad verbum Nicolai V. promiſſione, nec non ſubſequutis Sixti IV., Innocentii VIII., & Julii II. Conſtitutionibus, prout etiam facta ſpeciali mentione de alio Indulto, olim à Bonifacio VIII. conceſſo Amadeo Sabaudiæ Comiti, quod dein Julius II. ampliaverat circâ modum adhibendum, quoties in Terris Sabaudiæ Ducum aliquam excommunicationem, aut interdictum publicari contingeret, proſequitur dein Summus Pontifex in hæc verba:

18. *Et ſicut exhibita nobis nuper pro parte dicti Caroli Ducis petitio continebat: Quàm plura alia, & diverſa privilegia, conceſſiones, gratiæ, & Indulta, tàm per Romanos Pontifices, quàm Imperatores, & Reges dicto Duci conceſſa fuerunt, prout in prædictis continentur, & aliis Litteris Apoſtolicis, ac ipſorum Imperatorum, & Regum deſuper reſpectivè confectis litteris pleniùs dicitur contineri; Quarè pro parte dicti Caroli Ducis, nobis humiliter ſupplicatum, ut ſingulis litteris prædictis, ac omnibus, & ſingulis aliis privilegiis, conceſſionibus, gratiis, & indultis Duci, & Nationi Sabaudiæ conceſſis, pro illorum ſubſiſtentia firmiori, robur noſtræ approbationis adjicere, ac aliàs in præmiſſis opportunè providere de benignitate Apoſtolica dignaremur.*

19. Hac præmiſſa enunciativa, Summus Pontifex diſtinguendo litteras, & Indulta prædicta Pontificia ſpecialiter ibidem, & de verbo ad verbum relata, prout ſunt illa Nicolai V., Sixti IV., Innocentii VIII., Julii II., & Bonifacii VIII. ab aliis gratiis, conceſſionibus, privilegiis, & indultis, quæ in genere dumtaxat à Romanis Pontificibus Duci, & Nationi Sabaudiæ conceſſa ex parte Caroli ſupplicantis aſſerebantur, ità propemodum diſcretivè loquendo diſpoſuit prout ſequitur:

20. *Nos igitur, qui præfatum Ducem, ejus de Sede prædicta benemeritis id exigentibus, ſpeciali dilectionis affectu ex viſceribus charitatis proſequimur, hujuſmodi ſupplicationibus inclinati ſingulas litteras prædictas, & in eis contenta quæcunque.*

21. Hucuſque Summus Pontifex, loquendo de ſingulis litteris prædictis, reſpexit Indulta ſuprà ſpecialiter, & de verbo ad verbum expreſſa; ſed dein deveniens ad alia generaliter enunciata, & quæ dicebantur genericè, non ſolùm à Summis Pontificibus, ſed etiam ab Imperatoribus, & Regibus, conceſſa Duci, & Nationi Sabaudiæ, debitam cautelam illorum intuitu adhibere voluit, prout ibidem:

22. *Ac quatenùs ſint in uſu omnia, & ſingula privilegia, conceſſiones, gratias, & indulta tam per Romanos Pontifices, & quæ ſacris canonibus non contraria, quæ per Imperatores, Regeſque, Duci, & Nationi Sabaudiæ conceſſa.*

23. Poſt hanc diſcretivam ſeparationem, omnia dein reſpectivè complectens, ſingula ſingulis referendo proſequitur ibidem:

24. *Ex*

Digitized by Google

24. *Ex certa ſcientia, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, renovamus, & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur tenere, & inviolabiliter obſervari decrevimus, ſupplentes omnes, & ſingulos defectus Juris, & facti, ſi qui forſan intervenerunt. Et nihilominùs præmiſſa omnia, & ſingula prout per prædictos Prædeceſſores, Imperatores, & Reges conceſſa fuerunt, de novo concedimus, & indulgemus, ac ſtatuimus, & ordinamus, quòd illis, ac præſentibus litteris nullo unquam tempore, etiam per Sedem eamdem, derogari poſſit, nec derogatum cenſeatur, niſi de toto tenore, & data præſentium plena, ſpecifica, individua, ſpeciali, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generaliter idem importantes mentio fiat, & ipſius Caroli, & pro tempore exiſtentis Sabaudiæ Ducis expreſſus accedat aſſenſus.*

25. Quorum omnium executionem, & obſervantiam Archiepiſcopo Taurinenſi, & Maurianenſi, ac Bellicenſi Epiſcopis mandavit, quoties pro parte dicti Caroli, & pro tempore exiſtentis Sabaudiæ Ducis requirerentur.

26. Aliud ſimile Indultum obtinuit ipſemet Dux Carolus III. à Summo Pontifice Clemente VII. ſub die 13. Februarii 1524., ubi, nihil omiſſo de illis, quæ Nicolaus promiſerat, Sixtus, Innocentius, & Julius decreverant, & Leo ſtatuerat favore Regiæ Sabaudiæ Domus, eadem omnia ſpecificè relata confirmavit, & innovavit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter obſervari debere præcepit, eadem de novo concedendo, indulgendo, & ſtatuendo: quòdque illis nullo unquam tempore, etiam per Sedem Apoſtolicam per quaſcumque litteras, nullatenus derogari poſſet, niſi expreſsè conſtaret, Romanum Pontificem illis derogare voluiſſe, ac cauſa urgens, & ſufficiens exprimeretur; & hujuſmodi derogatio per trinas diſtinctas litteras earumdem tenorem continentes, tribus ſimiliter diſtinctis vicibus, præfato Carolo, & pro tempore exiſtenti Sabaudiæ Duci intimata, & inſinuata fuerit, ipſiuſque Caroli, & pro tempore exiſtentis Sabaudiæ Ducis ad id expreſſus accedat aſſenſus, addendo inſuper prout ſequitur:

27. *Et aliter factæ derogationes nemini ſuffragentur: nec non proviſiones, præfectiones, collationes, acceptationes, & aliæ diſpoſitiones quæcumque in contrarium, etiam per Nos, & Sedem præfatam pro tempore factæ, & faciendæ nullius roboris, vel momenti exiſtant, nec jus aliquod, vel etiam coloratum titulum poſſidendi tribuant, ipſeque Carolus, & pro tempore exiſtens Dux, ac perſonæ Ducatus, Dominii, & Ditionis prædictorum litteris derogationis, & Decretis ſuper illis proceſſibus, ac illorum executoribus, ſubexecutoribus, eorumque mandatis, & executionibus parere minimè teneantur, ſed eis firmiter reſiſtere, & litterarum hujuſmodi executionem omninò impedire, nec ratione reſiſtentiæ hujuſmodi cenſuris Eccleſiaſticis per eoſdem executores, & ſubexecutores innodari poſſint.*

28. Eadem munificentiæ largitate ſe geſſit ſavore Sereniſſimi Ducis Emanuelis-Philiberti, Julius III. in ſuo Brevi Apoſtolico ſub die 6. Octobris 1554. in quo incipiens à promiſſione Nicolai V. uſque ad prædictam Conſtitutionem Clementis VII. ipſiſque ex integro memoratis, ſingulas Prædeceſſorum ſuorum, & in eis contenta quæcumque confirmavit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter obſervari debere, mandavit: atque eadem de novo concedens, & indulgens, ſtatuit, atque decrevit, quòd nullo unquam tempore, etiam per Sedem Apoſtolicam, derogari poſſet: ita ut proviſiones, præfectiones, & collationes etiam per ipſum, & per Sedem præfatam pro tempore factæ nul-

lius

lius roboris, vel momenti exiſterent, nec aliquod jus, vel coloratum titulum poſſidendi tribuerent, ipſeque Emanuel-Philibertus, & pro tempore exiſtens Dux, & perſonæ Ducatus, Dominii, & Ditionis prædictorum litteris derogatoriis, & decretis ſuper illis proceſſibus, ac illorum executoribus, & ſubexecutoribus, eorumque mandatis, & executionibus parere minimè tenerentur; ſed his firmiter reſiſtere, & litterarum hujuſmodi executionem impedire, nec ratione reſiſtentiæ hujuſmodi cenſuris Eccleſiaſticis per eoſdem Executores innodari poſſent, mandando Epiſcopis Auguſtenſi, Nicienſi, & Aſtenſi, ut prædictas litteras efficaci defenſionis præſidio tuerentur, quoties pro parte dicti Emanuelis-Philiberti, ac pro tempore exiſtentis Sabaudiæ Ducis fuiſſent requiſiti; ad hoc ut eadem privilegia, conceſſiones, gratiæ, & indulta firmiter obſervari, ac ipſe Emanuel-Philibertus, & pro tempore exiſtens Sabaudiæ Dux illis frui, & gaudere pacificè poſſent.

29. Non minori favore Gregorius XIII. proſequutus eſt eumdem Sereniſſimum Ducem Emanuelem-Philibertum in ſuis Litteris Apoſtolicis pridie Idus Decembris 1572. in quibus omnia à Prædeceſſoribus ſuis promiſſa, & conceſſa ibidem de verbo ad verbum relata confirmavit, ac perpetuæ firmitatis robore munivit, atque ad effectum, ut in toto Ducatu, Dominio, & Ditione ejuſdem Ducis, perpetuis temporibus ſuam executionem obtinerent, eam Archiepiſcopo Taurinenſi, Epiſcopis Auguſtenſi, & Nicienſi reſpectivè delegavit ibidem:

30. *Quo circà venerabilibus fratribus noſtris Archiepiſcopo Taurinenſi, & Auguſtenſi, ac Nicienſi Epiſcopis per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenùs ipſi, aut duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeù alios præſentes litteras, & in eis contenta quæcunque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Emanuelis-Philiberti Ducis, & ſucceſſorum ſuorum, fuerint requiſiti, ſolemniter publicantes eis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant, auctoritate noſtra, Emanuelem-Philibertum Ducem, & Succeſſores ſuos præfatos, ac eorum ſingulos noſtris approbatione, confirmatione, & decreto præfatis pacificè frui, & gaudere, non permittentes, &c.*

31. Tandem favore Sereniſſimi Ducis Caroli-Emanuelis, hujus nominis primi, acceſſit Apoſtolicum Breve ſub die 19. Junii 1595. à S.M. Clementis VIII. emanatum, in quo, relatis ſingulatim omnibus, quæ continentur in promiſſione Nicolai V. atque ex inde memoratis uſque ad Gregorium XIII. Apoſtolicis Conſtitutionibus, ea omnia perpetuò confirmavit, & approbavit, illiſque Apoſtolicæ firmitatis robur adjecit.

32. Perpenſis æqua lance, & integra mente huc uſque narratis Pontificum placitis ad favorem Regiæ Sabaudi Principis Coronæ, liquidò conſtat nulli pleniùs inter Catholicos Principes, aut luculentiùs ab Apoſtolica Sede fuiſſe conſultum, ad temperandam collativi juris poteſtatem in eo, quod reſpicit perſonas, ad Eccleſiaſtica beneficia promovendas: Nihil enim promittendo, & indulgendo neglectum, aut omiſſum, quod, in ſubjecto eligendarum perſonarum themate, Sabaudorum Ducum dignitati, atque decori, Status etiam, & Ditionis ſecuritati, atque tranquillitati, Subditorum commodo, & utilitati proſpiceret; nam quoad Epiſcopales, & Abbatiales dignitates, & quatuor alia beneficia hanc Nicolaus geminata promiſſione legem impoſuit, ut illis dumtaxat perſonis idoneis conferri poſſent, ergà quas Dux Sabaudiæ ſuam in primis voluntatem ex prævia ſignificatæ intentionis, & præſtiti conſenſus declaratione probatam Summo

Pon-

Pontifici aperuiſſet. Si verò de dignitatibus poſt Pontificalem majoribus, aut de aliquo Prioratu Conventuali, ſeù de aliis beneficiis, Pontificiæ diſpoſitioni reſervatis, ageretur, ad hoc dumtaxat ipſemet Pontifex teneri voluit, ut proviſiones fierent de perſonis idoneis, attamen Subditis, ſive de locis Ditionis ipſius Principis, Alienigenis, vel extraneis omninò excluſis, niſi ſibi gratis, vel acceptis, aut ſuffragante ejuſdem Ducis conſenſu; nec parciori cura, & ſollicitudine proviſum fuit à Sixto IV., & ſubſequutis Pontificibus uſque ad Clementem VIII. circà alia quæcunque minora beneficia, tam regularia, quàm ſæcularia, cum cura, & ſine cura animarum, quorum intuitu conſtitutum eſt, ut nullus alienigena, ſivè alterius nationis, & Dominii Clericus, vel cujuſcunque Ordinis Regularis, qui non ſit de Ditione, vel Dominio Ducis Sabaudiæ oriundus, aut ſaltem verus, & actualis illorum incola, prædicta beneficia acceptare, vel obtinere poſſit, nec aliquod jus acquirere.

33. His ſic in facti veritate manentibus, excitatam in Abbatialibus dignitatibus controverſiam præſtringendo, fateri in primis coguntur adverſantes, Pontificiam Nicolai promiſſionem, toties à ſubſequutis Pontificibus renovatam, & ampliatam, liberæ hujuſmodi Abbatiarum collationi frænum illud injeciſſe, ut teneatur Pontifex, quoad perſonas idoneas providendas, habere in primis, & ante omnia intentionem, & conſenſum Sabaudi Ducis: ità quòd aliter factæ proviſiones, nullius momenti, & roboris exiſtant, illiſque valeant Principes, & Subditi fortiter, ſine ullo cenſurarum metu, reſiſtere. Non poterant ſanè Pontifices circà hanc abſolutam neceſſitatem præcedentis intentionis, atque conſenſus ergà perſonas reſpectivè de hujuſmodi Abbatiis providendas, clariùs favore Ducum Sabaudiæ loqui: neque arctiori vinculo propriam fidem obſtringere.

34. Poſt hanc irrefragabilem veritatem, quæ in facto controverti nequit, admiſſam, niſi quis velit ſeipſum decipere, ingenuè fatebitur huic paſſivæ neceſſitati, quam ſibi Summus Pontifex impoſuit habendæ alienæ voluntatis, de quarum perſonis proviſiones Abbatiales fuerint faciendæ, eamdem ſaltem vim, & efficaciam ineſſe, quam Apoſtolica Sedes non abnuit, & quotidiè impartitur Pontificiis Indultis, conceſſionibus, & Privilegiis: ſub quorum titulo omnibus ferè Supremis Principibus datum eſt jus proponendi, vel præſentandi, ſeù ſupplicandi, aut nominandi perſonas ad hujuſmodi beneficia promovendas; nam ſi tenetur Summus Pontifex rationabiliter ſequi voluntatem illius, cui permiſſum eſt proponere, nominare, ſupplicare, vel præſentare perſonas providendas, quatenus idoneæ reperiantur: nulla juſtitiæ, aut æquitatis ratio patitur, ut idem non ſervetur intuitu ſuæ Regiæ Celſitudinis, cui hoc jus nominandi, vel præſentandi, ſeù ſupplicandi, ſivè proponendi, nullo aliquo, unico, & ſpeciali modo conceſſum, & indultum fuit, ſed univerſaliter eidem omnia hæc promiſſa fuerunt, eo ipſo, quòd ipſius præviæ voluntati relictum eſt intendere, & conſentire, de quibus perſonis tales proviſiones eſſent faciendæ; nam realiter & in effectu, quid aliud eſt proponere, nominare, ſupplicare, aut præſentare, quam pro perſona providenda ſuam priùs declarare intentionem, & propriam activo conſenſu voluntatem ſignificare?

C A P U T II.

Nicolai V. promiſſio in ſua origine, & cauſis explicatur:

35. OMNIBUS quidem Summis Principibus, quibus ab Apoſtolica Sede ex prævìis intentione, atque conſenſu, uno, vel alio modo declarandis data fuit, ante proviſionem faciendam, deſignatio perſonarum ad beneficia Conciſtorialia promovendarum, intolerabile foret, quotiès ſuperſtitioſis ſubtilitatibus à rectiſſima Summorum Pontificum mente longè alienis excipi poſſet, non fuiſſe talem facultatem ea lege, & intentione conceſſam, ut non remaneret adhuc in libero ejuſdem Pontificis arbitrio, poſthabita Principis deſignantis voluntate, alias perſonas de iiſdem beneficiis providere: verumtamen illud malè ſanum, & inofficioſum effugium, ex cujus quæſito colore omnia in rebus beneficialibus Indulta corruerent, & inutilia redderentur, eos præcipuè Supremos Principes acriùs irritaret, qui hanc deſignandæ in proviſionibus beneficialibus perſonæ ad aliquod beneficium promovendæ facultatem, ex urgentiſſimis cauſis in vim pacti, vel initæ conventionis à Summis Pontificibus acceperunt, prout intuitu Sabaudiæ Ducis eveniſſe perſpicuè demonſtrabo.

36. Quoties ſcriptæ dumtaxat in Pontificio Nicolai diplomate cauſæ ponderentur, ex quibus certam collativo beneficiorum juri formam ab Apoſtolica Sede ſervandam præfixit, non apparet Pontificem aliud reſpexiſſe, niſi ſingularia Ducis Ludovici merita ergà ſe, & Romanam Sedem, atque nè Ducis Sabaudiæ Ditioni, ſeù Statui aliquod diſpendium ſuccederet, vel alia quævis adverſitas inteſtina: ſiquidem nulli magis quàm eidem Nicolao notum erat, quali zelo, & pietate Ludovicus operam ſuam impendiſſet, ut Dux Amedeus ejus Pater, qui ſub Felicis V. aſſumpto nomine in ſua obedientia Eccleſiam regebat, daret diù optatam Chriſtianæ Reipublicæ pacem, abdicato Pontificatu, quem in partes diro ſchiſmate diviſum pluresanteà diutiùs tenuerunt: nemo tamen tam fortiter reliquit; undè *Spondanus in ſuis Annal. Eccleſiaſt. ad annum* 1449. *num.*3. admirandum non immeritò monet, quomodo Nicolao humillimæ originis viro ceſſerit Amedeus Sabaudiæ Dux, conſanguinitate, vel affinitate cunctis fermè Chriſtianis Principibus conjunctus: concludens, piiſſimum illum Principem, quò potentior apud homines felix videri poterat, eò ſe Deo gratiorem eſſe quæſiviſſe, rarò illo, & eximio veræ humilitatis exemplo, quod, & Deus adeo acceptum habuit, ut fortè ejus etiam merito conceſſerit, nunquam hactenus ab eo tempore ullum ſuccreſcere in Eccleſia Romana Chriſti Sponſa ſchiſma, quibus anteà frequentiſſimè concutiebatur; quod idem memorant relati ab Anonimo de Amedeo-Pacifico *num.* 109. *& ſeq. Guicenon. hiſtor. Saband. tom.* 1. *fol. mihi* 508. & ipſemet Pontifex Nicolaus agnovit in ſuo Apoſtolico Brevi pridiè Kalendas Martii 1450. ab iiſdem Authoribus relato, ubi unionem, & pacificationem Catholicæ Eccleſiæ, ſpontanea per Amedeum Pontificatus dimiſſione, ad memoriam revocans, paratum ſe exhibuit, Duci Ludovico libenter tribuere, non arundinem vacuam, & inania verba, ſed quidquid in ejus, & illuſtris Sabaudiæ Domus utilitatem, & honorem ſibi factu poſſibile videretur.

37. Ac-

37. Accedebant, ad excitandum beneficum grati Pontificis animum, hæreditaria Ludovici merita, cujus inclyti Protoparentes Sabaudiæ Principes, ab Auguſta Imperatorum Saxonum ſtirpe progeniti, Sedem Apoſtolicam, illiuſque Supremos Moderatores pari fortitudine, & pietate, jam tunc per continuatam quatuor, & ultrà ſeculorum ſeriem ſemper coluerant, & illuſtria monumenta reliquerant: quæ paſſim in Eccleſiaſticis annalibus vulgata Eugenius IV. proprio oraculo paucos ante annos celebraverat in ſua Epiſtola ſub die 13. Martii 1437. ad eumdem Amedeum Sabaudiæ Ducem inſcripta, cujus verba recenſet Anonimus de Amedeo-Pacifico ad lectorem ibidem: *Quemadmodum Majores tui Eccleſiæ Dei, & Apoſtolicæ Sedis quieti, paci, & unitati, conſiliis, & auxiliis, etiam perſonis propriis aſtiterunt, ac Fidem Catholicam longis finibus, & limitibus ampliare adjuverunt, exterminantes etiam gladio ſaviſſimos hoſtes, qui illius gloriam obtenebrare conati ſunt.*

38. Dabat ulterius Summo Pontifici ipſa re, de qua agebatur, qualitas validiſſimam juris, & æquitatis cauſam, ad ità ſtatuendum ergà Ducem Ludovicum, dum omnes ferè Eccleſiæ, tàm Epiſcopales, quàm Abbatiales, in ipſius temporali dominio exiſtentes, à piiſſima ſuorum Sereniſſimorum Prædeceſſorum munificentia primævam fundationem, & dotationem acceperant: de quibus liquidò conſtare poterat ex illis publicis, & antiquis documentis, quæ compilavit *Auguſtinus ab Eccleſia Epiſcopus Salutienſis in ſua Chronologia hiſtorica de Epiſcopatibus, & Abbatiis Principatus Pedemontani: & dein recollegit Guicenonius in ſua hiſtor. genealog. Regiæ Sabaudiæ Domus tom.* 3. Jam enim ex promulgatis Pontificiarum decretalium legibus *in cap.25. ſub tit. de jure patron.* tunc invaluerat, & maximè intuitu Supremorum Principum, ut iiſdem ob fundationem, & dotationem Eccleſiarum, ex ſolo juris miniſterio, etiam abſque aliqua ſpecial reſervatione, jus offerendi, ſeù præſentandi, quæſitum intelligeretur; juxta Concilii *Toletani 12. decretum can. 6. & communem Canoniſtarum ſententiam, quam affert, & ſequitur Loter. de re benefic. lib.2. qu.7. num.*4. atque in puncto, quandò agitur de patronatibus Regiis, latè docent *Alphonſus Alvarez in ſpeculo Principum cap.63. num.2. Renatus Cioppinus de ſacra Politia lib.1. tit.4. Antonius Faber in ſuo codice ſub tit. de Sacroſ. Eccleſ. deff.48. & de jure patron. deff.1. Vaſquius lib.1. controv. Illuſtr. cap.22. num.14. Vivianus de jure patron. part.1. lib.3. cap.1. num.38. Covarruvias in recollect. ad cap. poſſeſſ. de reg. jur. in 6. part.2. §.10. nu.5. & jampridem ſancitum fuerat à Juſtiniano Imperatore Novell.126. cap.*18.

39. Sufficeret eas attuliſſe cauſas, quas Nicolaus in ſuis Apoſtolicis Litteris nominatim expreſſit, quoties ageretur de Privilegio per modum Indulti, ſeù conceſſionis ad Ludovici ſupplicationem obtento; verumtamen, cum in ſubjecta facti ſpecie Summus ille Pontifex non conceſſerit, neque rogatus indulſerit, ſed apertiſſimis verbis Sabaudiæ Ducem certum fecerit, ipſique promiſerit de ſpeciali forma ſervanda ſuper collationibus, & proviſionibus beneficiorum in ejuſdem Principis temporali Dominio conſiſtentium, datæque Fidei vinculum validiſſimis clauſulis irritantibus muniverit, de quibus ſuprà *num.* 4. *& ſeq.* hujus ſcriptæ promiſſionis ratio poſtulat, & neceſſaria oppugnatæ veritatis defenſio cogit, ut initæ conventionis cauſæ fundamentales radicitùs eruantur ab iiſdem principiis ortæ, quibus ipſemet Pontifex Nicolaus anno 1448. de eodem collativo jure cum Germanica Natione convenerat: & dein anno 1515. Leo X. cum Chriſtianiſſimo Francorum Rege Bononienſi concordato tranſegit; Etenim illa verba

certum facimus, & ſibi promittimus, præcedentem tractatum arguunt ſubſequuta promiſſione compactum; undè conventionis deín inter partes initæ, atque contractus ſtipulati vim habent, ut tradit *Imperator in §. ſi ſcriptum inſtitut. de inutil. ſtipulat.* & docent communiter Doctores *in l. ſciendum, ff. de verb. oblig. Jaſon. in l. Titia, §. penultimo num. 6. & 7. ff. eod. tit. Alexander in l. jurisgentium, §. cum nulla, ff. de pactis, Cardinalis Mantica de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 10. nu. 41. verſ. quod locum habet. Ludoviſius deciſ.* 328. *num.* 6. conſueverunt namque Pontifices in hujuſmodi promiſſionibus, minùs ſcribere, quàm dicere: aut quia ſic decuit, vel quia multa occurrebant, quæ expreſſa fortaſſe nocuiſſent, licet tacita non officerent, juxtà Modeſtini Juris-Conſulti monitum *in l. nonunquam* 51. *ff. de condit. & demonſtrat.*

§. I.

De Priſcis Epiſcoporum, & Abbatum electionibus.

40. Abditis in hac ſolemni promiſſione Nicolai Pontificis ſenſibus, primam lucem afferunt priſcæ Epiſcoporum, & Abbatum electiones; nam quoad Epiſcopales dignitates exploratum eſt, ab initio naſcentis Eccleſiæ, & longo poſt tempore non tàm Clerum, quàm Populum, in eligendis Epiſcopis, admiſſos fuiſſe, ſicuti latè docent *Rebuffus de concordat. Franc. in clauſula, & cum ex electionibus ſub tit. de elect. derogatione, Michael Rauſcl. in hiſt. Juriſdict. Pontif. lib. 2. cap. 9. Antonius Paulutius in ſua Juriſprudentia ſacra tom. 1. lib. 2. cap. 15. & ſequ. Diana coordinatus tom. 9. tractat. 9. de priſco more eligendi Epiſcopos reſol. 1. & pluribus ſeqq. Dioniſius Petavius de Eccleſiaſt. Hyerarch. cap. 13. & noviſſimè Ludovicus Thomaſſinus de beneficiis par. 2. lib. 2. cap. 2. & 3.*

41. Hanc à primis Eccleſiæ cunabulis eligendi normam, oſtendunt acta Apoſtolorum *cap.* 1., in quo, dum ageretur de ſubſtituendo Apoſtolum loco Judæ, Petro in medio Fratrum exurgente, ubi aderat turba centum ferè, & viginti, ſtatuerunt Barnabam, & Matthiam, atque orantes, ſortes eis dederunt: omnes ſcilicet illi, qui tum præſentes erant, & ad quos Petrus verba fecerat, Chryſoſtomo teſte in actis Apoſtolorum *homil.* 3. quod idem in electione ſeptem Diaconorum habetur *cap.* 6. ubi convocata ab Apoſtolis multitudine Diſcipulorum, ità alloquutos legitur: *conſiderate ergò, Fratres, viros ex vobis boni teſtimonii ſeptem, plenos Spiritu Sancto, & ſapientia quos conſtituamus ſuper hoc opus; non verò orationi, & miniſterio verbi inſtantes erimus, & placuit ſermo coram omni multitudine, & elegerunt Stephanum: hos ſtatuerunt ante conſpectum Apoſtolorum, & orantes impoſuerunt eis manus.* nec diverſo ritu eligendos Epiſcopos tradit Origenes *hom. 6. in Levitic. Cyprianus Carthaginenſis Epiſcopus epiſt. 68. omninò videndus, Chryſoſtomus homil. 14. & lib. 3. de Sacerdot. cap. 15.* quòd etiam Conſtantino imperante ſervatum patet ex Euſeb. Cæſarienſ. *de vita Conſtantini lib. 3. cap. 60. 62. & tempore Concilii Nicæni ex epiſt. Synodica apud Socratem lib. 1. cap. 9. ibidem — Quòd ſi quempiam eorum, qui in Eccleſia cenſentur, diem ſuum obire contigerit, in defuncti locum, & honorem provehantur illi, qui nuper adſciti ſunt, modo digni videantur, & populus eos eligat ſuffragante nihilominus, & Plebis judicium confirmante Alexandrinæ urbis Epiſcopo* — hinc Hilarius Pictavien. Epiſcopus *in ſupplici libello ad Conſtantium Imperatorem*, quem affert Cardinalis Baronius *ad annum*

num

Digitized by Google

num 355.*num*.72.*&* *ſeqq.* inter alia his verbis Imperatorem alloquitur--*Permittat lenitas tua populis, ut quos voluerint, quos putaverint, quos elegerint, audiant docentes, & divina Myſteriorum ſolemnia concelebrent, & pro incolumitate, & beatitudine tua preces afferant*--nec diverſimodè Alexandrinis reſcripſit Leo Imperator apud Evagrium *lib.*3.*cap.*12.*ipſos monendo, ut Epiſcopo ſubeſſe vellent, quem Cleri, populique electio deſignaſſet.*

42. Similem procedendi modum diſcimus obſervatum fuiſſe ex Primi Concilii Conſtantinopolitani epiſtola Synodica ad Damaſum Papam, & ad cæteros Occidentis Epiſcopos, cujus hæc ſunt verba: *Epiſcopum Nectarium in œcumenica Synodo communi concordia, ſub Dei, & dilectiſſimi Regis Theodoſii conſpectu, univerſo Clero, totaque Civitate ſuffragium ferente, ordinavimus; & in eumdem ſenſum loquutus eſt Gregorius Nazianzenus in orat. de obitu Patris, prout etiam epiſt.*22.*& orat.* 21. ubi laudat electionem Athanaſii, quòd totius populi calculo firmata fuiſſet, hoc eſt ſuffragio, quale in comitiis olim per calculos dari conſueverat. idemque annuit Hieronymus *lib.* 1. *adverſus Jovinianum*, ubi incuſat vulgi mores, quòd eligere plerumque ſoleant Epiſcopos ſibi ſimiles; eamdemque eligendi poteſtatem Clero, & populo tribuit ipſemet Hieronymus *in Comment. ad Ezechielem cap.* 33., *Irenæus epiſt.* 67., *Apollinaris-Synodius lib.* 4. *epiſt.*25., *Julius I. in epiſt. ad Oriental.* quam refert *Athanaſius Apolog.* 2., & recenſet *Severinus Binius tom.*1.*Concil.pag.mihi* 405. ubi exprobrat Gregorio, quòd nullum à populo Alexandrino ſuffragium habuiſſet, *Anſelmus Epiſcopus Lucenſis in defenſione Gregor.VII. lib.*2.*ferè per totum*, ubi hanc veritatem uſque ad finem undecimi Seculi, in quo ipſe vivebat, indubitatis documentis exponit.

43. Eamdem in electionibus formam ſtatuiſſe Summos Pontifices, apertiſſimè teſtantur acta Syriaci, Innocentii, Zoſimi, & Bonifacii, quæ habentur penès Petrum de Marca *de concord.Sacerdot.& Imper.lib.*8.*cap.*6. *à nu.*7. *uſque ad nu.*10., quibus acceſſerunt Decreta Cœleſtini, Leonis, Gregorii, Gelaſii, & Stephani à Gratiano congeſta *diſtinct.*62. *cap.* 1. ibi: *Nulla ratio ſinit, ut inter Epiſcopos habeantur, qui nec à Clericis ſunt electi, neque à Plebibus expetiti, nec à Provincialibus Epiſcopis cum Metropolitani-judicio conſecrati, & diſtinct.*63.*cap. quia igitur* 9. *ibid. Sacerdotis, & totius Concilii unito conſenſu, & Sereniſſimi Principis voluntate-cap. plebs* 11. *cap. noſſe tuam* 12. *ibidem--Convocato Clero, & populo talis ibi eligatur--Nicolaus cap.*13.-*Epiſcopos per æmiliam non conſecres niſi poſt electionem Cleri, & populi--Leo cap.*19. *ibidem--Omnium Clericorum, & Civium voluntate diſcuſſa--Cæleſtinus cap.* 26. *ibidem--Cleri, Plebis, & Ordinis conſenſus, & deſiderium requiratur*--quod idem ſtatuitur ab eodem Leone *cap.* 27. *& ex capitularibus Imperatorum* Caroli, & Ludovici *cap. Sacrorum* 35. *eadem diſtinct.*63.

44. Cæpit paulatim populus ab electionibus removeri, ſicuti patet ex Juſtiniani reſcripto *in l.*43.*§.item jubemus de Epiſcop.& cleric.in authent.de Sanctiſs. Epiſcop.collat.*9.*tit.*15., quod jampridem, ſaltèm quoad tumultuoſas turbas, ſtatuerat Concilium Laodicenum *can.*13., donec omnis ad electionem acceſſus partìm conſuetudine, partìm latis canonibus eidem interdictus eſt; neque enim aliquid in vulgo modicum terrere ni paveat; undè prævaluit, quod dici ſolet, vanas populi voces non eſſe audiendas *l.ad beſtias* 31.*ff. de pen.l.Decurion.*12.§.1. *Cod. eod. tit.* aucto enim Fidelium numero convocari ſine tumultu non poterat, & facilè mobile vulgus ſtudiis partium uſque ad rixas, & cædes ſcindebatur, ità ut affe-

affectui magis, quàm merito vota conferret; nec tàm eligeret, quàm venderet: Prophanum itaque, & venale vulgus ab electionibus Epiſcoporum arcere conſentaneum fuit *cap. Oſius 2. cap. 51. & cap. 56. de elect. cap. 2. de judiciis, cap. nullus, cap. Adrianus, cap. non eſt, cap. non licet diſtinct. 36. cap. ſi deinceps cauſ. 16. qu. 7.*

45. Excluſis itaque Laicorum ſuffragiis integra manſit penès cujuslibet ordinis Clerum Epiſcopalis electio, donec Clericorum multitudinem ad ſola Canonicorum Collegia, ſeù Cathedralium Capitula redigere Eccleſiaſticæ diſciplinæ ratio ſuaſit, quæ pridem ex juribus ſupra relatis plebeculæ concurſum ad paucos optimates reduxerat: quod jus ad totalem populi, & Cleri inferioris excluſionem, quando ſibi Capitula vindicaverint, facilè eruitur ex Pontificiis Conſtitutionibus in quinque prioribus Decretalium libris *ſub tit. de electionibus, & electi poteſt. cap. cum Sutrina Eccleſia 3. de cauſa poſſeſſ. & propriet.* & plenè tradunt ſupra laudati Scriptores *num. 40. inter quos Paulutius cit. lib. 2. tract. 2. cap. 16. num. 7. verſic. perduravit, & lib. 6. tractat. 10. cap. 4. num. 5.* Thomaſſinus *de benefic. par. 2. lib. 2. cap. 31. num. 7.* quibus addo Archiepiſcopum Pariſienſem Petrum de Marca *de concord. Sacerdot. & Imper. lib. 6. cap. 2. num. 9.* ubi ex variis Gregorii VII. epiſtolis oſtendit propè finem duodecimi Seculi, jus electivum ad Canonicos Eccleſiarum Cathedralium tranſmiſſum fuiſſe, quod dein Concilium Lateranenſe ſub Innocentio III. celebratum anno 1215. præſcriptis eligendi formis ad forenſis trituræ leges revocavit, quæ paſſim in libris *Decretalium à Gregorio IX. recollectis habentur ſub tit. de poſtulando, de elect. & de translat. Epiſcop.*

46. Electionibus Canonicis in ſuo robore vigentibus, ipſarum confirmatio penès Metropolitanos, ſeù Primates principaliter manſit, & Electorum ordinatio, ſeù conſecratio apud Comprovinciales Epiſcopos. Ità habetur inter antiquos Canones, quos aliqui Apoſtolicos vocant *cap. 33. & ſtatuerunt Laudicena Synodus can. 12. Nicæna can. 4. & 6. Antiochena can. 19. Sardicenſis can. 6.* prout etiam in Eccleſia Occidentali *Concil. Carthaginenſe 2. can. 12. Carthagin. 4. cap. 1. nec non Summi Pontifices Innocentius I. epiſt. 2. cap. 2. Bonifacius epiſt. 3. Leo-Magnus epiſt. 89. & 92.* hinc Gregorius-Magnus id præcipuè profeſſus eſt, quòd non ſe interponeret electionibus Epiſcoporum, ſed liberis eligentium ſuffragiis permitteret in *epiſt. 29. lib. 2.* atque *lib. 19. epiſt. 24.* ubi rogatus à Roberto Comite, ut Melitenſem Epiſcopum conſecraret, tandiù diſtulit, donec conſtaret, ejuſmodi conſecrationem Rhegienſis in Calabria Archiepiſcopi juri adjudicandam non eſſe, & Hadrianus I. ea maximè gloria, & laude delectabatur, quòd ſe Epiſcoporum canonicis electionibus non ingereret, ſicuti habetur *in Concil. Gallic. tom. 2. pag. mihi 96.* & hoc, uſque ad duodecimum Seculum, ab Eccleſia, tàm Orientali, quàm Occidentali communiter ſervatum fuiſſe latè tradunt, & probant *Petrus de Marca lib. 6. cap. 2. 3. & ſeqq. Thomaſſinus de beneficiis tom. 2. par. 2. lib. 2. cap. 7. 18. 29. & 42.*

47. Quoad attinet ad Abbatiales dignitates, ſeù Monacorum Præpoſitos, ſatis conſtat eorum electiones Monacis cujuſcumque Cœnobii fuiſſe permiſſas, & in ea re paulò minùs varium fuiſſe uſum, quàm in Epiſcopis eligendis, prout notat *Joannes Doviat in ſuo ſpecimine Juris Eccleſiaſtici tom. 2. fol. mihi 16. nu. 8.* & fusè tradit *Thomaſſinus de beneficiis par. 2. lib. 2. cap. 28. & cap. 34.* juxtà Pontificias conſtitutiones, de quibus habetur *in cap. ex eo 32. & cap. indemnitatibus 43. ſub tit. de electionibus in 6.*

§. II.

§. II.

De collativo Ordinariorum Jure.

48. Pari ferè gradu permanſit apud Ordinarios illæſa collativi Juris ratio de omnibus beneficiis, in ſingulorum aſſignata Diœceſi, ſeù Eccleſiaſtica Juriſdictione conſiſtentibus, prout dilucidè probatur ex diſpoſitione Sacrorum Canonum *in cap. finali diſtinct. 99. cap. nemo de conſecratione diſtinct. 1. cap. ſic quidam 2. cap. decretum eſt 3. cap. regenda 4. cum concordant. cauſ. 10. quæſt. 1. cap. omnes Baſilicæ 10. & cap. nullus omninò 11. cauſ. 16. quæſt. 7. quod idem in Decretalibus ſancitum legitur in cap. conquærente 16. de offic. Judic. Ordin. cap. ex frequentibus 3. de Inſtitutionibus*; nam prout ſcripſit Gregorius-Magnus ad Romanum Siciliæ defenſorem, relatus à Gratiano *in cap. pervenit cauſ. 11. quæſt. 1. Si ſua cuilibet Epiſcopo Juriſdictio non ſervatur, quid aliud agitur, niſi ut per Nos, per quos Eccleſiaſticus cuſtodiri debuit ordo confundatur?*

49. Adeò enim ignota uſque tunc fuerat Papalis beneficiorum immediata, & abſoluta proviſio extrà ſpecialem ſuam Diœceſim, & ſuburbicarias regiones, ut in toto Decretorum volumine, & in antiquioribus Pontificiis Decretalibus, uſque ad decimum tertium Seculum, nullum de hac re actuale exemplum afferatur, ſicuti animadvertunt Joannes-Andreas *ad ſpeculat. ſub tit. de conceſſ. præbend. verſ. & ſciendum eſt. Gonzal. ad reg. Cancell. §. 1. in proœmio num. 21. & duobus ſequentibus, Selva de beneficiis part. 2. quæſt. 1. num. 14. Loterius eod. tractat. lib. 2. quæſt. 22. num. 1. & ſeqq. Barboſa de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 57. num. 1. Paulutius in ſua Juriſprudentia ſacra lib. 6. tract. 10. cap. 4. num. 2. §. At verò Joannes-Franciſcus Leo in ſuo Theſauro Fori Eccleſiaſtici par. 2. cap. 3. num. 1.* & fusè docet eruditiſſimus *Thomaſſinus de benefic. par. 2. lib. 1. cap. 33. & tribus ſeqq.* qui dein *cap. 41. & 42.* luculentèr oſtendit, quòd ſi fortè Summi Pontifices ſe in hujuſmodi proviſionibus interponerent, tamen jus abſolutum, & indefinitum propriæ authoritatis, & zelum ſuæ univerſalis ergà omnes Eccleſias ſollicitudinis, cum poteſtate ordinaria Epiſcopi proprii illius loci, in quo ſita erant beneficia, temperabant. Et quamvis penès ipſos tanquam Petri Succeſſores, & univerſalis Eccleſiæ Epiſcopos, ineſſet habitualiter integra omnium Eccleſiarum, & beneficiorum diſpoſitio, ſeù diſpenſatio, cum plenitudine poteſtatis ſibi immediatè à Deo conceſſa: erant nihilominus contenti actuali illorum beneficiorum collatione, quæ urbis ambitu claudebantur, prout poſt *Germonium de Indult. Cardinal. §. per quæ ſublatis, nu. 87.* fatetur *Cardinalis de Luca in relat. Roman. Cur. diſcurſ. 9. num. 6. uſque ad num. 13. & in ſumma de beneficiis cap. 2. in princ.*

50. Hinc Lateranenſe Concilium ſub Calixto II. de anno 1123. ſummam Epiſcoporum authoritatem in quorumlibet beneficiorum propriæ Diœceſis diſtributione, integram, & liberam ſervari præcepit, excepto patronatu tàm Laico, quàm Eccleſiaſtico, prout habetur *ibid. can. 4.* juxtà veteres Eccleſiæ regulas, quæ omnes ſingularum Eccleſiarum res in manu Epiſcoporum conſtituerant *cap. 2. cauſ. 16. quæſt. 7. & cauſ. 15. quæſt. 16. cap. 7.*

§. III.

§. III.

Quid in hujuſmodi Electionibus, & collationibus beneficialibus exigi, aut recipi potuerit.

51. Canonicis electionibus, & collativo beneficiorum jure in prædicto ſtatu vigentibus, in eo præcipuè fervebat Romanorum Pontificum, inferiorum Paſtorum zelus, nè pro eligendis Prælatis, aut conferendis beneficiis aliquod licèt tenue donum, vel levis pecunia exigeretur, aut reciperetur; Nam cum ditatis poſt tertium Seculum ex pia liberalitate Fidelium Eccleſiis, omnia officia Eccleſiaſtica non ſine certis beneficiis, ſeù proventibus eſſe cœpiſſent, & nemo promoveretur ad Ordines, niſi certæ cuidam Eccleſiæ aſſignaretur, ſtatim hoc malum irrepſit, ut illi, quibus inerat ordinandi, ſeù promovendi facultas à promovendis, ſeù ordinandis dona, & pecunias exigerent, aut acciperent: Hinc poſt damnatam à Joanne Chryſoſtomo in Epheſina Synodo cujuſdam Antonini Epiſcopi rapacitatem, qui ordinandos titulo beneficii, ſolutione unius annatæ, pro modo redditùum onerabat, teſte Palladio in vita ejuſdem Chryſoſtomi, corruptio iſta Calcedonenſe Concilium impulit, ut depoſitionis pœnam illis infligeret, qui aliquo accepto ordinarent Epiſcopos, alioſve Clericos, aut Miniſtros in Eccleſia conſtituerent, ſicuti habetur in actis ejuſdem Synodi *Calced. can.* 2. cujus fragmentum retulit *Gratianus in cap. ſi quis Epiſcopus* 8.*cauſ.* 1. *quæſt.* 1. Jam enim tunc ordinatio comprehendebat unico contextu manuum impoſitionem, & beneficii collationem, cujus annuos redditus, atque proventus huic corruptelæ cauſam dediſſe, ambigendum non eſt: Etenim poſtquam donata à Conſtantino Magno in initio quarti Seculi pace, illapſæ ſunt in Eccleſiam opes, inſidiari cœpit avaritia, & pretium facere rebus, quæ jam nihil ſunt, ubi ad illa obtinenda neceſſe eſt erogare pecuniam.

52. Verumtamen, cum Calcedonenſis Synodi conſtitutionem eludere non erubeſcerent Orientalis Eccleſiæ Miniſtri, eam adhibendo infelicem aſtutiam, ut pecuniam poſt ordinationem acciperent, Gennadius Patriarcha Conſtantinopolitanus ſophiſtica argumenta repellens ſtatuit in Patriarchali Synodo, quam de anno 459. initam legimus *ex lib.* 3. Juris Græco-Romani, quòd non liceret pecuniam dare, aut accipere, tam ante ordinationem, quàm poſt ejus celebrationem, declarando talem fuiſſe Concilii Calcedonenſis mentem, abrogando contrarium abuſum, qui paulatim ex Gallatiæ partibus irrepſerat.

53. Nondum fluxerat decennium poſt acta prædictæ Synodi Patriarchalis, & jam neceſſe habuit Leo-Auguſtus imperiali lege decernere, nè ordinantes, ſeù eligentes pro ordinatione, aut electione aliquid acciperent: Profectò enim inquit Imperator *in l. ſi quemquam* 30. *Cod. de Epiſcop. & Cleric. — quis locus tutus, & quæ cauſa poterit eſſe excuſata, ſi veneranda Dei templa pecuniis expugnentur? quem murum integritatis, aut vallum fidei providebimus, ſi auri ſacra fames in penetralia veneranda prorumpat? ceſſet altaribus imminere profundus ardor avaritiæ, & à ſacris adytis repellatur piaculare flagitium; unde, ſi quis, ut alium ordinaret, aut eligeret, aliquid accepiſſe detegatur, ad inſtar publici criminis,*

minis, & læſæ Majeſtatis accuſatione propoſita à gradu Sacerdotii repellatur &c.

54. Vix ſeptuagiuta à promulgatione Leoninæ conſtitutiouis exceſſerant anni, & jam adeò invaluerat contrarius abuſus, ut eum omninò delere, atque abrogare deſperans Juſtinianus Imperator illum dumtaxàt temperare, & ad certam quantitatem, atque laudabilem uſum reducere decreverit in Novella *conſtitutione edita anno* 530. *quæ legitur in ordine* 97. *& in libris Authentic. collat.* 1. §. *& hanc, tit.* 6. *& collat.* 9. *tit.* 15. §. 1. ubi incipiendo à Patriarchalibus Eccleſiis, Romanâ nempè, Conſtantinopolitanâ, Alexandrinâ, Autiochenâ, & Hieroſolymitanâ, nihil ultrà viginti libras auri præſtari declarat aliis Eccleſiis pro modo, & ratione fructuum ad moderationem redactis, quarum nonnullæ tercentis, aliquæ ducentis, aliæ quinquaginta nummis aureis onerantur; Præpoſitos autem Eccleſiis duas auri libras annui redditus non excedentibus, neque pro intronistico, neque pro alia qualibet cauſa, aut conſuetudine dari aliquid permiſit, cujus tamen pecuniæ, ut ſuprà exigendæ, diſtributionem faciendam eſſe decrevit Imperator, ab Archidiacono, & à primo ordinantis Epiſcopi presbytero, qui prædictam pecuniam accipientes, eamdem in tres partes dividere deberent: nempè unam inter Epiſcopos conſecrationi adſiſtentes, ut eorumdem itinerario ſumptui conſuleretur: aliam inter Clericos tanquam in munus, ſeù honorarium præſtiti Miniſterii: & alteram pro labore, & mercede Notariorum diplomata conficientium. Movetur ad hanc reductionem piiſſimus Imperator duabus præcipuè rationibus, quæ ibidem ſpecialiter exprimuntur: videlicet, nè ex talibus occaſionibus Eccleſiæ debitis prægraventur, & nè Sacerdotia venalia efficiantur.

55. Juſtiniani conſtitutionem ſequutus eſt Attalaricus Italiæ Rex in ſuo memorabili edicto ad Joannem Papam anno 533. penès *Caſſiodor. variar. lib.* 9. *cap.* 15. quod ut cunctorum cordibus figeretur, mandavit ipſe Rex Attalaricus tabulis marmoreis incidi, & ante atrium B. Petri Apoſtoli in teſtimonium publicum collocari, ſicuti probatur ex ſubſequenti epiſtola ipſius Regis ad Salvantium urbis Præfectum, quam affert ibidem *Caſſiodor. cap.* 16.

56. Viguiſſe videtur in Eccleſia occidentali præfata permiſſio uſque ad annum 595. quando Gregorius-Magnus in Concilio Romano omnem præſtationem prohibuit, ità ut nihil omninò dare, vel accipere deinceps ſub quocunque nomine, & colore liceret: quod decretum Synodale legitur in epiſtolis ejuſdem Gregorii *lib.* 44. *cap.* 4. & refertur à Gratiano *in cap. novit Sanctitas tua* 3. *diſtinct.* 100. *cap. de ordinationibus* 116. *& cap. quibuſdam* 117. *cauſ.* 1. *quæſt.* 2. ubi maximus ille Catholicæ Eccleſiæ Antiſtes inquit -- *ſicut Epiſcopum non decet manum, quam imponit vendere, ità & Miniſter, vel Notarius non debet in ordinatione ejus vocem ſuam, vel calamum venundare; is autem qui ordinatus fuerit, ſi non ex placito, neque exactus, neque petitus poſt acceptas chartas, & pallium aliquid cuilibet ex Clero, gratiæ tantummodo cauſa, dare voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus; quia ejus oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ non ex ambientis petitione proceſſit* -- quinimò contrà aliquos inſipidè cogitantes, ſe à tali crimine liberari poſſe ſub prætextu, quod acceptam pecuniam in eleemoſynis diſpenſarent, acriter clamat Sanctiſſimus Pontifex *lib.* 7. *epiſt.* 110. quam affert Gratianus *cap. non eſt putanda, cauſ.* 1. *quæſt.* 1.

57. Poſt prædictam conſtitutionem in Synodo Romana factam, totas vires adhibuit ipſemet Gregorius-Magnus, ad illam pravam conſuetudinem ab omnibus Eccleſiis, tàm Occidentalibus, quàm Orientalibus extirpandam, prout patet

ex eiuſdem Apoſtolicis litteris *lib.4.epiſt.51.53.54.55. & 56.*item *lib.5.epiſt.7. & lib.7.epiſt.5. 113.114. nec non lib.9.epiſt.40.51.53.54. ac lib.11. epiſt.46.*quarum epiſtolarum authoritas variis in locis adducitur à Gratiano *in 2.parte decret.cauſ. 1.quæſt.1.2.& 3.*

58. Laudabilem illam Conſtitutionem à conciliari decreto emanatam, in ſuo robore manſiſſe penès Romanam Curiam uſque ad annum 744. probat reſponſio Papæ Zachariæ ad Boniſacium Sedis Apoſtolicæ Legatum, qui probra adverſus Eccleſiæ Romanæ Clericos ingeſſerat, quod pretia ex prædictis rebus acciperent; undè Zacharias, quaſi ſibi tanquam Supremo Paſtori hanc corruptelam contrà Sacros Canones exprobraret, ità conqueſtus eſt *epiſt.5.ad prædict. Boniſac.ibid.— quaſi nos corruptores ſimus Canonum, & Patrum reſcindere traditiones quæramus, ut per hoc quod abſit in ſimoniacam hæreſim incidamus, accipientes, & compellentes, ut ii, quibus pallia tribuimus nobis præmia largiantur, expetentes ab illis pecunias —* & infrà — *faſtidioſum à nobis, atque injurioſum ſuſcipitur, dum nobis illud ingeritur, quod nos omninò deteſtamur; abſit enim à nobis, & à noſtris Clericis, ut donum, quod per Spiritus Sancti gratiam ſuſcepimus, pretio venundemus.*

59. Vetus hoc in Chriſtiana Republica malum ſemper vetitum,& nunquam ſatis coercitum fuiſſe, comprobavit eventus; nam omiſſis, quæ in nono, & decimo ſeculo Pontificalis dignitatis turbatus ordo, & varii Urbis Romanæ caſus ſub diverſis Imperatoribus attulerunt, hujus mali vindicem ſe præbuit, labente jam decimo Seculo, Concilium Romanum ſub Benedicto VII. Otthone I. Imperante, cujus decretum refert Additionator ad Petrum de Marca *lib.6.cap.*10. & poſt Alexandrum II. *epiſt.* 35. propè ſinem undecimi ſeculi Gregorius VII. in Concilio Romæ habito anno 1074. *relatus à Gratiano in cap. ordinationes 113. cap.nullus Epiſcopus 124. cauſ.1. quæſt.1. cap.audivimus 1. cap.ſi quis dator 2.& cap.ſi quis Epiſcopus 3.cauſ.1.quæſt.3.* Dignum eſt enim, inquit ibidem zelantiſſimus Pontifex, ut qui gratis Epiſcopatum accepit, ità membra ejuſdem Pontificatus gratis diſtribuat, & ſicuti latiùs legi poteſt in ejuſdem Concilii Romani apologia, quæ Concilio ipſi ſubtexitur.

60. Non minori zelo hanc corruptelam delere ſtuduit Urbanus II. penès *Gratian.Decret.par.2.cauſ.1.quæſt.2.cap.3. ibid. regulam antiquam ſequens, nulli unquam de ordinationibus aliquid omninò accipiendum eſſe conſtituo, neque ex datione pallii, neque ex traditione chartarum, neque ex ea, quam nova per ambitionem ſimulatio invenit appellatione paſtelli; quia enim ordinando Epiſcopo Pontifex manum imponit, Evangelicam lectionem Miniſter legit: confirmationis autem ejus epiſtolam Notarius ſcribit*, & ex eodem Urbano II. habetur *in cap.quæſitum 4.cap.ea quæ ſunt 5.& cap.Salvator 8.cauſ.1.quæſt.3.*

61. Apertiſſimis ſanè verbis loquutus erat Urbanus; ſed quia aliqui, diſtinguendo temporalitatem reddituum à ſpiritualitate conſecrationis, ſeù Ordinis, putabant ſe poſſe, occaſione collationis beneficii, pecuniam pro modo, & ratione reddituum accipere: obſervetur, quomodo piiſſimus Pontifex Paſchalis II. Urbani Succeſſor, contrà ſic deſipientes reſpondit apud eumdem *Gratian. in cap.ſi quis objecerit 7. cauſ.1.quæſt.3.* in illis verbis: *Si quis objecerit, non conſecrationes emi, ſed res ipſas, quæ ex conſecratione proveniunt, penitus deſipere probatur; nam cum corporalis Eccleſia, aut Epiſcopus, aut Abbas, aut tale aliquid ſine rebus corporalibus in nullo proficiat, ſicut nec anima ſine corpore corporaliter vivit:*

quiſ-

quiſquis horum alterum vendit, ſine qua nec alterum provenit, neutrum invenditum derelinquit; nullus igitur emat Eccleſiam, vel præbendam, vel aliquid Eccleſiaſticum, nec paſtellum, nec paſtum anteà, vel poſteà pro hujuſmodi ſolvat: quod idem ex eodem Paſchali habetur *in cap.* 125. *cauſ.* 1. *quæſt.* 1. *& in cap. Altare* 114. *cauſ.* 1. *quæſt.* 3. nec diverſimodè decreverunt poſt Urbanum, & Paſchalem ſubſiquuti Pontifices *apud Gratian. nempè Gelaſius II. in cap. quos conſtiterit* 6. *Calixtus II. cap. Sanctorum Patrum* 10. *eadem cauſ.* 1. *quæſt.* 1. *& Innocentius II. in cap. ſi quis prebendas* 15. *cauſ.* 1. *quæſt.* 3. *quod idem renovavit anno* 1119. *in Concilio Lateranen. can.* 2. *& Innocentius III. anno* 1215. *in Concil. Lateranen.* 4. *can.* 63. *quibus addi poſſunt decreta Concilii Pictavienſis can.* 9. *&* 13. *Londinenſis can.* 1. *&* 3. *& rurſus in alia Londinenſi de anno* 1138. *can.* 3. *&* 4. *Pariſienſi anno* 1252. *can.* 22. *&* 23. *Pallentino can.* 19. *Tolletano de anno* 1321 *can.* 13.

§. IV.

De Jure Supremorum Principum, & ſingulariter Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ in electionibus Prælatorum.

62. Quale fuerit Jus Regium in canonicis electionibus ante Conſtantini-Magni tempora, ſuperfluum eſt quærere; nam nullus ex Imperatoribus Romanis extitit, qui idolatricis ſuperſtitionibus deditus Epiſcopos prorſus ſublatos non cuperet, & omnes Chriſti fideles delere, igne, & ferro non ſtuderet; unde ceſſat occaſio inquirendi, quale in illis tribus prioribus ſeculis ſibi Jus vindicarent: & quam partem, atque ſollicitudinem gererent Principes in eligendis Epiſcopis.

63. Poſtquam Conſtantino rerum potito Romani Imperatores Chriſto nomen dederunt, & Eccleſia palàm ſuis legibus, & redditibus vivere cæpit, vetitum quidem fuit, nè Principes ſe ingererent in electionibus Epiſcoporum ex Synodo Nicæna apud *Gratianum diſtinct.* 63. *cap.* 7. *& in cap. nullus Laicarum cap. Adrianus Papa ead. diſtinct.* ſed prævaluit naturalis quædam ratio, atque honeſtas, ut ubi membra Reipublicæ Epiſcopum deſignarent, Princeps qui caput, & apex eſt Reipublicæ, atque reliquis aliis partibus dominatur, primam, & potiorem partem obtineret in hoc negotio, quod plurimum publicæ ſecuritati, & temporalis dominii tranquillitati confert; Si enim membrorum requirebatur aſſenſus, multò magis ipſius capitis erat requirendus, quod omnium membrorum nobiliſſimum non tantum eſt, ſed reliquis etiam præeſt, & normam agendi præſcribit; quo argumento inter alia plurimum urget Ivo Carnotenſis *epiſt.* 60. & eò fortiùs rationi congruum fuit Principis conſenſum, & voluntatem adhibere, nè Paſtor, invito Supremo Principe, datus, caderet in contemptum, ſeù odium: nec enim amamus quæ non eligimus; undè in hac generali conſuetudine permanſiſſe cunctas Catholici Orbis Eccleſias tàm Orientales, quàm Occidentales colligitur ex traditis à *Sazomeno hiſt. Eccleſiaſt. lib.* 7. *cap.* 2. *& lib.* 8. *cap.* 2. *Socrat. lib.* 7. *cap.* 29. *&* 39. *Gregor. Turonen. lib.* 4. *cap.* 7. 11. *&* 15. *cum aliis, quos congerit Petrus de*

Marca de concord.Sacerdot.& Imper.lib.8.cap.9.& 10.quod idem eruitur ex cap. quoniam igitur 9.diſtinct.63.& ibi gloſ.cap.Rheatin. Eccleſ.16. & cap.cum longè 25.ead.diſtinct.cap.cum terræ 14.in fin.ſub tit.de elect. atque fortiùs comprobatur lectis, atque inſpectis, quæ ante Pipini, & Caroli-Magni in Italiam adventum, Imperatores Græci, atque illorum Romæ Duces mox Ravennates Exarchæ, dein Gotthorum, & inde Longobardorum in Italia Reges auderent in electione Summorum Pontificum; quòd adeò invaluit, ut Supremo totius Eccleſiæ Antiſtiti prudentis quandoque conſilii fuerit poſt translatum ad Francos, dein ad Germanos Imperium, Pontificiam, & omnium Prælatorum electionem eorumdem Imperatorum judicio relinquere, quoties fides danda ſit *Gratiano in cap. Adrianus 22.& cap.in Synodo 23.diſtinct.63.* hinc Gregorius VII. anno 1073. ubi primum à Clero, & populo electus fuit, ſtatìm miſit ad Regem Henricum IV. ut ipſi electio innoteſceret, & in illam conſentiret; & idcircò ipſemet Rex Gregorio Vercellenſi Epiſcopo, Regni Italiæ Cancellario, mandavit, ut Pontificiæ electioni Regium præſtaret aſſenſum, & ejuſdem Pontificis conſecrationi intereſſet, prout teſtatur *Spondanus Annal.Eccleſ.ad ann.1073.num.9.*

64. Hæc omnia ſigillatim referre ſupervacuum eſt; hoc uno quoad meum Inſtitutum edocto: Supremos Principes ex recepta apud omnes gentes conſuetudine, manentibus Canonicis electionibus, eam ſemper in iiſdem partem habuiſſe, ut nemo ad Prælaturam promoveretur, niſi ipſorum ſaltem prævio, aut ſubſequuto conſenſu, vel ſi eodem tempore deſiderium eligentium, & voluntas Principis ad electionem peragendam concurrerent: de qua re ambigendum non eſſe tradit Cardinalis Sfondratus ſub nomine Eugenii Lombardi de regali Sacerdotio *in prælud.oper.§.1.verſ.Principes quoad attinet fol.mihi* 46. & inferiùs poſt diligentem facti perquiſitionem *fol.mihi* 56. *verſ. ex hactenus relatis:* ubi concludit, vix aliquas Epiſcoporum electiones, uſque ad annum 1274. reperiri, quæ non ex Principum conſenſu, aut voto, vel imperio fierent: atque idem convincitur ex latè traditis per *Thomaſſinum par.2.lib.2.cap.6.& ſequentibus, ſignanter cap.13. 16.& 31.Petrus de Marca lib.8.cap.14.& duobus ſequentibus:quod etiam in Italia ſervatum tradit cit.cap.14.nu.8.& in Regno Siciliæ Spondanus ad ann.1198. num.6.* & ſi quæ Pontificiæ Conſtitutiones aliquando adverſus Principes emanarunt, id actum eſſe conſtat, ob eorumdem Principum abuſum, quoties vim, metum, aut ſimoniam in hujuſmodi electionibus adhiberent: aut quia electis ſolemnem Inveſtituram Epiſcopalis authoritatis per traditionem annuli, & baculi impartiri præſumerent; undè dum cuncta, licet ab initio rectè inſtituta, in pejus quotidiè ruerent, Gregorius VII. ſtrenuus Eccleſiaſticæ libertatis vindex, non ſine gravi utriuſque poteſtatis diſſidio, extrema remedia extremis morbis adhibuit in Synodo Romana habita anno 1078. dein reiterata 1080. non ſolùm adverſus Epiſcopos, ſed etiam contrà Imperatores, Reges, Duces, Marchiones, Comites, & quaslibet ſeculares poteſtates, cujus intentum à Principibus oppugnatum pari zelo, & ſollicitudine proſequuti ſunt *Victor. III. in Synodo Beneventana, Vrbanus II. in Claremontana, Paſchalis II. in Pictavienſi, & tandem Calixtus II. ann.1119. in Synodo Remenſi*, ubi Ludovicus Craſſus Rex Francorum interfuit: & anno 1122. in generali Concilio Lateranenſi mira felicitate, poſt varia rerum diſcrimina firmavit, & pacem inter Sacerdotium, Regnumque reſtituit, Canonicis electionibus ad priſtinam libertatem redactis, & laicalibus inveſtituris quoad ſpiritualia penitùs abrogatis.

65. Cæ-

65. Cæterum Canonica electione reſtituta, non ideò tamen proprii conſenſus neceſſitatem in eligendis Epiſcopis, & Abbatibus, aliiſque Eccleſiæ Prælatis Principes remiſerunt officiis, ſeù precibus Capitula Cathedralium, & Monacorum præveniendo, quod omnibus Principibus Supremis commune fuiſſe tradit *Abbevileus in ſumma Conciliorum tom. 1. ad Concilium Lateranenſe 5. fol. mihi* 617. *verſ. nec juſta*; quis verò neſcit preces Supremorum Principum pares imperio eſſe? nam juxtà illud Taciti, & Auſonii, potentiſſimum imperandi genus eſt, cum rogat qui jubere poteſt: ultrà quòd, dum ex eodem Concilio Lateranenſi ſub Calixto II. datum eſt, ut electiones fierent præſente Principe, abſque tamen ſimonia, & aliqua violentia: & ſi aliqua inter eligentes diſcordia emergeret, ſaniori parti conſenſum, & auxilium præberet, ſatis videtur libertas quidem eligendi Clero permiſſa, Principibus tamen antiquum, & inveteratum jus conſentiendi, & approbandi relictum, prout notat *Cardinalis Sfondratus loco ſupracitato fol. mihi* 61.

66. In eo, quod ſingulariter ſpectat ad Regiam Sabaudiæ Domum, incongruum eſſet, cæterorum Principum hodie in Italia jure ſanguinis, & ſucceſſionis dominantium exemplo, antiquiſſima illius jura metiri, prout reſpectivè ad ſingulos demonſtrat *Guicenon. in ſua hiſtor. genealog. Sabaud. tom.* 1. *cap.* 5. *& duobus ſeqq. Spondanus ad annum* 1433. *num.* 11. *& num.* 13. Etenim certum eſt, quod antequàm circà Epiſcoporum electionem, & beneficiorum proviſionem antiqui Canones, & veteres conſuetudines innovarentur, jam multò ante, tam citrà, quàm ultrà Montes auguſtæ illius Domus ſupremum manebat Imperium; undè non eſt ambigendum, Sabaudos Principes tunc in ſua Ditione eadem ſibi jura non vindicaſſe, quibus cæteri tunc Dominantes in electionibus Epiſcoporum, & Abbatum, atque in aliis rebus beneficialibus utebantur, ſicuti ex partium diſtincta numeratione facilè oſtendam.

67. Si ad illam, in primis, Dominii partem reſpiciamus, quæ ultrà Montes intrà Allobrogum fines continetur, conſtat, ſexcentis abhinc annis, & ultrà Regios Sabaudiæ Principes, Imperialem, quam à majoribus ſuis acceperant poteſtatem, in illis partibus exercuiſſe, utendo ibidem in rebus Eccleſiaſticis iiſdem juribus, quæ tunc à Regibus, aliiſque Supremis Principibus, & ſignanter ab Imperatoribus exercebantur.

68. Hujus rei manifeſtum præbet exemplum, quod in annalibus Sabaudiæ refert *Guicenonius tom.* 2. *cap.* 30. ubi Sixtus IV. poſt deſignatum pro Eccleſia Gebennenſi Joanne de Compejis, & apprehenſam ab eodem Joanne prædicti Epiſcopatus poſſeſſionem, deindè cognitis antiquiſſimis, & indubitatis Juribus Sereniſſimi Ducis Caroli I. ſuffragium in perſonam Franciſci de Sabaudia approbavit, ipſumque Sixtus ipſe de prædicto Epiſcopatu, juxtà præſtitum ab eodem Duce conſenſum, inveſtivit, prædictum Joannem jam proviſum, & poſſeſſorem in aliam Eccleſiam transferendo.

69. Idem de anno 1433. comprobatur reſpectu Eccleſiæ Lauſanenſis penès hiſtoriographum Sabaudiæ *in libro ſcripto—Amedeus-Pacificus—fol. mihi* 147. *& apud eumdem Guicenonium tom.* 2. *fol. mihi* 487. ortà enim controverſia inter electum à Capitulo Lauſanenſi, & deſignatum à Sereniſſimo Duce Amedeo VIII. & ad Concilium Baſileenſe delata, appellavit Amedeus ad Eugenium IV. ubi cauſa cognita à duobus Cardinalibus ad hoc ſpecialiter delegatis, definitum fuit contrà Capitularem electionem, antepoſito Joanne Provinio, cujus favore Dux Ame-

medeus votùm, & conſenſum præſtiterat: quòd jampridem accidiſſe ſub Joanne VIII. teſtatur Petrus de Marca *lib.* 8. *cap.* 16. *num.*6. neque enim tunc etiam temporis adeò Summi illius Pontificis authoritas valuit in approbatione electi Lauſanen. Epiſcopi, ut non eo minus neceſſe fuerit Principis conſenſum exigere.

70. Sed quod magis eſt, ex eodem Petro de Marca *lib.*4.*cap.* 25. *num.*4. habemus, Sabaudiæ Principes conſueviſſe dare Epiſcopis inveſtituras jure Regalium, prout olim Reges, aliique Principes conſueverant: & hoc authoritate Imperiali, quam huic Auguſtæ Domui innatam vetera monumenta teſtantur.

71. Hinc in ea parte prædictæ Dominationis, quam hodie retinent Sabaudiæ Duces, eædem adhuc ferè libertates, in rebus ad Eccleſiaſticam diſciplinam pertinentibus, illæſæ ſervantur, quibus Gallicana regitur Eccleſia, quod præcipuè ſummæ ampliſſimi illius Senatus vigilantiæ, atque incomparabili zelo debetur, cui mos ſemper fuit antiqua ſui Supremi Domini jura acerrimè tueri, quandoque invitis etiam Principibus, qui fortaſſe aliquid antiquæ diſciplinæ relaxaſſent, niſi repetitæ ſupplicationes vigilantiſſimi illius Senatus prævaluiſſent. Et ſanè decet Allobroges iiſdem juribus uti, ſiquidem Maurianen. & Gebennen. Epiſcopi à Metropolitano Viennenſi dependent, Lauzanenſis Bizuntinum, & Seduenſis Tarantaſien. Epiſcopum agnoſcunt: & Epiſcoporum Sabaudæ Ditionis cum Epiſcopis exiſtentibus in Dominio Chriſtianiſſimi Regis idem jus manet; cùm reciproca vigeat inter ipſos Diœceſum commixtio, omni, tàm reſpectu Principum, quàm Subditorum circa Eccleſiaſticam diſciplinam, diſparitate ſublata.

72. Servavit tamen Deus magis perfectam in illis partibus rerum ſpiritualium uniformitatem præſentis ſeculi felicitati, & gloriæ piiſſimi, atque invictiſſimi Ludovici XIV. Chriſtianiſſimi Regis, ejectis affatim, atque diſſipatis Calviniſtis hæreticis, quos in ſua Sabaudiæ Ditione nunquam tolerare voluerunt Catholici Allobrogum Principes; undè ab initio naſcentis illius hæreſis maluit piiſſimus Carolus III. Sabaudiæ Dux ampliſſimæ Valdenſis Provinciæ, & nobiliſſimi Gebennenſis Comitatus dominium amittere, quàm Deo, & Catholicæ Romanæ Eccleſiæ rebelles inter ſuos Subditos agnoſcere: ſicuti videri poteſt apud *Guicenonium tom.*2.*fol.mihi* 538. *Blanchum in ſuo compendio lib.*2. *fol. mihi* 330. & expreſsè habetur in diplomate Pontificio Clementis VII. ſub die 29. Octobris 1525. directo ad Epiſcopum Lauſanenſem.

73. Eadem ſanè ratio ſe offert favore Sabaudi Principis in Provincia Alpium Maritimarum, quarum Metropolis olim fuit Urbs Cemenelii à Romano Præſide gubernata, ex cujus ruinis crevit propinqua Nicienſis Civitas; Apud omnes enim in comperto eſt, amplum illum Niciæ Comitatum Narbonenſis Galliæ partem eſſe, quæ tercentis abhinc annis ex ſpontanea populorum deditione, & ex ſolemni Provinciæ Comitum tranſactione ad Regiam Sabaudiæ Domum, Amedeò VII. regnante pervenit, ſicuti videri poteſt penès *Guicenon.tom.*2.*cap.*24.*&* *tom.*3.*fol.mihi* 257.*Chioppin.de Damanio Gallico lib.*1. *tit.*9. *Morgher ad ſtatuta,* *&* *mores Provinciæ cap.*2. undè excepta ea parte Vintimilienſis Comitatus, quam, prout poſt Noſtradamum *in ſua hiſtoria Provinciæ*, refert *Bochius in ſimili tractatu lib.*9.*ſect.*3.*fol.* 314. Guilielmus Vintimilii Comes Carolo I. utriuſque Siciliæ Regi, & Provinciæ Comiti ſubjecit, reliquum in ſpiritualibus ultrà Nicienſem Epiſcopatum Ebredunenſi Metropolitano ſubjectum reſpectivè, Graſſenſem, Venſienſem, Glandevenſem, & Ebredunenſem immediatè recognoſcit. & licet his non obſtantibus, neſcio qua incuria, alii circà externam Eccleſiæ diſciplinam

uſus

uſus irrepſerint: ſalva tamen adhuc ihidem manet Legationis Avenionenſis Juriſdictio,ſaltem quoad beneficiorum collationem, & diſpenſationes,in quibus obtinendis paſſim ad prædictam legationem recurritur, in cujus Apoſtolicæ Legationis finibus certum eſt nihil contineri, quod intrà Italiæ terminos exiſtat.

74. Cæterum non minorem auctoritatem exercuiſſe Principes in Eccleſiis Ebredunenſi Metropolitano ſubjectis circà electionem Epiſcoporum,quàm moris erat in aliis Eccleſiis, ſatis eruitur ex epiſtola Joannis VIII. ad Aripertum Ebredunenſem Archiepiſcopum, quam refert *Petrus de Marca lib.* 8. *cap.* 16. *num.*5. ubi loquitur de Vencienſi Eccleſia, quæ pariter cum Nicienſi eidem Metropolitano ſubdita adhuc exiſtit; viguit enim in Eccleſia Nicienſi Capitularis illa electio, quæ Principibus maximum Jus tribuebat, ſicuti probatur ex Bulla Innocentii II. die 3. Aprilis 1137. & Lucii II. die 9. Aprilis 1144. & duravit etiam poſt tempora Martini V. prout colligitur ex traditis per D. Abbatem, & Equitem Joſtredum *in ſua Sacra Nicienſi hiſtoria cap.*2.*&* *Ughelium de Italia ſacra tom.*4. *de Epiſcopis Nicienſibus.*

75. In eo, quod pertinet ad Principatum Pedemontanum, ſcire oportet, quòd poſt ſummam Marchionatus dignitatem, quam Imperator Otho III. Ugoni conſanguineo ſuo, intrà fines Italici Regni contulerat, Umbertus ipſius Ugonis ex Beroldo filio Sabaudiæ Comite abnepos,inito cum Adelaide Taurinorum Duciſſa,& plurium aliarũ Civitatum in Pedemontio Domina felici Connubio, ad Sereniſſimos ex illis regalibus Nuptiis deſcendentes Allobrogum Duces ampliſſimum illum Principatum tranſmiſit, quem ſexcentis, & ultrà abhinc annis continuata legitima ſucceſſione, ex Regii, & Auguſti ſanguinis Inſignibus Fœminis, Patris, & Principis inſeparabili ergà ſubditos nomine fortitèr, & ſuaviter retinent; uhi ſi aliquid præter Adelaidis ſucceſſionem hodie continetur, habuerunt Sabaudiæ Principes ex ſpontanea populorum deditione, aut ex grata Cæſarum retributione, pro quibus ab omni ævo ſe in Italia Vicarios perpetuos Imperiali authoritate geſſerunt, de quibus omnibus facilè quis edoceri poterit ex auguſtæ illius Domus annalibus apud Pingonium, Boterum, Ludovicum ab Eccleſia, Monodium, & noviſſimè apud Guicenonium Chriſtianiſſimi Regis Hiſtoriographum, & apud Blancum prædicti Hiſtoriographi Annalium Sabaudiæ compilatorem.

76. Satis pariter conſtat, totum id, quod hodie in Pedemontana Regione continetur, partem fuiſſe illius Italici Regni, quod Longobardi, depreſſa Romanorum, atque Gottorum potentia,ſibi vindicarunt: & dein Carolus-Magnus expulſis Longobardis Regibus, mira felicitate reſtituit Romano Imperio à Francis dein ad Germanos translato; etenim inter triginta illos Duces, quos poſt firmatum ab Albonio in Italia Regnum ſibi Longobardi conſtituerant, Taurinenſium Ducem Agilulfum à Theodolinda ſibi in virum, & Regem electum tradunt *Paulus Diaconus de geſt. Longobard.lib.*3. *cap.*14.*&* *cap.*18. *&* *lib.*4. *cap.*3.*Abbas Theſaurus in hiſtoria Regum Italiæ cap.*4.*fol.mihi* 61. *Spondanus ad annum* 591. *num.* 11. *Sigonius de Regno Italiæ ad annum* 591. *fol. mihi* 19. qui primus inter Longobardos Reges Catholicam doctrinam probavit, atque Eccleſiis, ac Monaſteriis munificentiſſimè ditatis Succeſſores ſuos præclariſſimo exemplo ad ſui imitationem accendit, prout referunt idem *Sigonius lib.*2.*fol.mihi* 52.*Spondanus in epit.ad Baronium anno* 591.*num.*11.

77. Ex Francorum auguſto ſanguine progenitam fuiſſe Adelaidem, & ejus

Ma-

Majores Longobardorum Principum juribus in Cotiis Alpibus, & Taurinenſi Ducatu ex Caroli-Magni munificentia ſucceſſiſſe tradit *Theſaurus in hiſtor. Taurinen. lib. 7. & ibidem Additionator.*

78. Cujus auctoritatis autem eſſet Duciſſa Adelaida in componendis, & dirigendis rebus Eccleſiarum in ſua Ditione exiſtentium, oſtendit epiſtola Divi Petri Damiani *lib. 4. epiſt. 3.* quæ reperitur ad extenſum penès *Guicenon. tom. 3. fol. mihi* 10. Cum autem omnes Epiſcopatus Pedemontanæ Regionis penderent ex ſuffragiis, & vocibus Subditorum, nulli cadere poteſt in dubium, quod Sabaudiæ Principes, etiam in illorum electionibus eodem jure uſi non ſint, quod ſibi innatum Italiæ Reges, atque eorumdem Succeſſores exercuerant, & poſt ipſos, expulſis Regibus, Imperatores, ſicuti arguitur *ex epiſt. Joannis VIII.* 187. ubi de Epiſcopatu Vercellenſi mentio habetur, & generaliter in tota Italia docet *Petrus de Marca lib. 8. cap. 14. num. 7. &* 8. & maximè, dum iiſdem Sabaudiæ Principibus in ſuo ampliſſimo Dominio, tàm citrà, quàm ultrà Montes, Regia, & Imperialis poteſtas jure plenario competebat, ſicuti teſtantur *Soccin. Jun. conſ. 42. nu. 4. vol. 2. Oſaſcus deciſ.* 154. *Carolus Tappia deciſ. 22. nu.* 10. *&* 11. *Antonius Sola in proem. Decret. Sabaud. gloſ. 1. num. 17. Theſaur. Sen. in præfatione ad deciſ. Senat. Pedemont. num. 14. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 6. num. 2. Cobel in comment. ad bullam boni regiminis cap. 10. num. 70. Martha de Juriſdict. par. 3. cap. 33. num. 72. Marius Italia de Immunit. Eccleſ. lib. 1. cap. 5. §. 7. num. 35. Joannes-Franciſcus Leo in ſuo Theſ. For. Eccleſ. par. 1. cap. 10. num. 26. & ſeqq.*

CAPUT III.

De novo Jure Pontificio circà proviſiones Beneficiorum.

79. COmpilatum anno 1150. ex antiquis Dionyſii Exigui, Iſidori Mercatoris, Ivonis Carnotenſis, aliorumque veterum Authorum collectionibus, à Gratiano Decretum, in quo uſque tunc latæ Eccleſiaſticæ leges continebantur, parum, aut nihil Epiſcopis, aliiſque ordinariis collatoribus circà beneficiorum proviſiones detraxerat; nam, licet Stephanus Papa, quem refert ipſemet *Gratianus in cap. nunc verò 20. cauſ. 9. q. 3.* Gualberto Patriarchæ ſcripſiſſet ad Apoſtolicæ Romanæ Sedis prærogativam pertinere, quod poſſet de qualibet Eccleſia Clericos ordinare: Nihilominùs uſque tunc Romani Pontifices ſuum paſtoralem, & univerſalem zelum ergà omnes inferiores Eccleſias, pro rebus beneficiariis in eo præcipuè conſtituerant, ut Electores, & Collatores in officio à Sacris Canonibus præſcripto continerent, atque ab electionibus, & collationibus omnem vim, ambitum, & avaritiam extirparent.

80. In quinque prioribus Decretalium libris, quos anno 1230. Gregorius IX. promulgari mandavit, jam redactæ intrà Cathedralium collegia canonicæ Epiſcoporum electiones, multiplicatis ab Innocentio III. eligendi formis ad forenſis trituræ leges revocatæ reperiuntur; undè ex frequentioribus ad Romanam Curiam appellationibus, Capitulare jus aſſiduis eligentium contentionibus agitatum, non raró, ob eorumdem eligentium vitium, aut incuriam, electiones ipſæ

Pon-

Pontificia emendatione,vel authoritate indigentes,jure meritò corruebant;quinimò res hucuſque proceſſit,ut aliquando ,non ſolùm Electores , ſed etiam Metropolitani rerum perplexitatibus involuti , cauſam ex integro ad Apoſtolicam Sedem referrent : ſicuti reſpectivè ad ſingula probant Pontificiæ conſtitutiones, quæ paſſim in prædictis Decretalium libris recenſentur ſub titulis *de poſtuland. de elect.& translat.Epiſcop.* atque latè docent *Petrus de Marca lib.6. cap.9.n.2. Thomaſſinus de benefic.part.2.lib.2.cap.36.& 43.Claudius de Fleuri in ſuis Eccleſiaſt.Inſtitut.tom.1.cap.10.fol.mihi 97.& ſeqq.*

81. Cæpit univerſalis conferendorum beneficiorum facultas , quæ tamen precaria ergà Apoſtolicam Sedem penès Ordinarios actualiter exiſtebat , tantiſper attingi Pontificiis litteris favore Clericorum;quos Summi Pontifices Epiſcopis commendabant : cujus officioſæ petitionis initium Adriano IV. tribuit *Thomaſſinus par.2.lib.1.cap.43.nu.2. in epiſtolis ibidem relatis,ubi num.3.*refert, Alexandrum III.Adriani Succeſſorem mandata precibus adjeciſſe,in illis verbis-- *ipſum commendamus rogantes,& rogando mandantes*--ſed cum Epiſcopi , aliique Ordinarii Collatores ſe minùs dociles Pontificiis mandatis , ſeù commendatitiis epiſtolis præberent : dein ſuprema , & abſoluta authoritate ad præcepta, & cenſuras deventum eſt ; Mox tandem dati Executores , qui delegata Pontificis Maximi poteſtate Prælatorum contumaciam in adimplendis expectativarum , aliarumque beneficialium proviſionum mandatis plectendo ſupplerent . Hinc variæ mandatorum formæ introductæ ſunt, quorum non pauca prædicti quinque Decretalium libri exempla nobis exhibent : videlicet, Alexander III. *in cap. cum teneamur 6.cap.inter cætera 17.cap.Dilectus 19. & ad Vercellenſem Epiſcopum in cap.Dilectus filius 27. ſub tit.de præbend. Honorius III. in cap.Dilectus filius 34. Gregorius IX. in cap.38.ſub eod.tit.de præbend. Innocentius III. in cap. conſtitutionibus de reſcriptis, cap.propoſuit 4.de conceſſ.præbend.*

82. Frequentiùs de hujuſmodi expectativis,& mandatis actum fuit in ſexto libro Decretalium, à Boniſacio VIII. edito , de anno 1298. & in Clementis V. Conſtitutionibus , quas poſt ejus obitum Joannes XXII. ſub titulo *Clementinarum*, unà cum ſuis extravagantibus promulgavit anno 1317. quibus ſubſequutæ ſunt aliæ ſub titulo *Communium* à variis Pontificibus conditæ uſque ad Sixtum IV. qui deceſſit anno 1483. *Extravagantes* nuncupatæ, quaſi extrà canonici Juris corpus vagentur, licèt hodiè pro inſertis eidem corpori habeantur. Ità propemodum diſpoſuit *Bonifacius VIII. in cap.quamvis 4. & toto tit. de præbend. in 6.* Innocentius IV. *in cap. 1.*Bonifacius VIII. *in cap. non captandæ 3. cum ſeqq.de conceſſ.præbend.in 6. & eod.lib.6.ipſemet Bonifacius in cap.cum aliquis 4.cap.ſuſceptum 6. cap.ſi eo tempore 9. cap.tibi 12. cap.ſi pro te 13.cap.duobus 14.ſub tit.de reſcript. in 6. Clemens V. in ſuis Clementinis cap. 4. & 5. ſub tit.de reſcript.cap.per litteràs 2. cap.ſi plures 3.de præbend. & cap.unico de conceſſ.præbend.* cujus veritatis hiſtorica documenta congeſſit *Petrus de Marca lib.4.cap.9. nu.3.Thomaſſinus cit.cap.43.per totum:* & docent *Paulutius Juriſprud.ſac. lib.6. tractat.10.nu.6.verſ.quoad alia.Claudius de Fleuri* ſupra laudatus *par.2.cap.15.*

83. Hæc Pontificiis mandatis parendi neceſſitas ſervabat adhuc Epiſcopis ultrà debiti obſequii gloriam , neſcio quam collativi Juris imaginem , dum ſub eorumdem retento nomine eadem beneficia conferebantur . Attamen ſua ſuprema, & indefinita collativi Juris authoritate , à Deo immediatè accepta ,dein uſi ſunt Summi Pontifices in illis beneficiis, quorum immediatam proviſionem,pri-

vativè quoad Ordinarios, ad ſe, & Apoſtolicam Sedem adhibitis reſervationibus retraxerunt, inter quas, poſt ſpeciales illas alicujus certi beneficii nondum vacantis evocationes in favorem certæ, vel nominandæ perſonæ, de quibus loquitur Innocentius III. *in cap. cum Dilectus 28. de Jurepatronat.* ea primum locum obtinuit, quam de omnibus, tàm minoribus, quàm majoribus beneficiis, videlicet Cathedralibus, & Abbatialibus Eccleſiis in Romana Curia, ſeù apud Sedem vacantibus, & pro tempore vacaturis, privativè quoad omnes Electores, & Ordinarios Collatores Sedi Apoſtolicæ actualiter aſſeruit Clemens IV. *in cap. licet Eccleſiar. 2. de præben. in* 6. quam conſtitutionem declarando, atque ampliando renovarunt *Gregorius X. in cap. ſtatutum 3. Bonifacius VIII. in cap. præſenti 34. & cap. ſi apoſtolica 35. ſub eod. tit. de præbend. in 6. cap. tuæ ſollicitudinis 1. inter extravagan. cōmun. ſub tit. de præbend.* quarum reſervationum varias ſpecies ad plures caſus res, & perſonas protraxerunt *Bonifacius VIII. in cap. ſi eo tempore 45. de elect. in 6. Benedictus XI. in cap. ſanè Rom. Eccleſ. 3. inter extravag. commun. ſub tit. de elect. Clemens V. in cap. ſi temporali, inter eaſd. extravag. commun. ſub tit. de præbend. & dignitat. Joannes XXII. in cap. ex debit. paſtoral. 4. in iiſdem extravag. de elect. & ibid. Benedictus XII. in cap. ad regimen 13. ſub tit. de præbend. & dignitat.*

84. Ex hucuſque relatis Pontificiis ſanctionibus, originem ſuam duxerunt regulæ illæ, ſeù leges Apoſtolicæ Cancellariæ, quæ hodie ſublatis, & ferè extinctis Epiſcopalium, & Abbatialium dignitatum canonicis electionibus, gradatim incipiendo à Joanne XXII. uſque ad Nicolaum V. adauctæ, pauca etiam levioris momenti, ubi receptæ ſunt, relinquunt beneficia: quorum immediatà proviſio ratione temporis, perſonæ, vel loci, aut alicujus affectionis, ſeù qualitatis, privativè quoad ordinarios Collatores, non pertineat immediatè ad Apoſtolicam Sedem, juxtà leges in iiſdem regulis præſcriptas: quæ, licet cum obitu uniuſcujuſque Pontificis expirent, attamen ſtatim in craſtina poſt electionem die à novo Pontifice promulgatæ reviviſcunt, nunc ad eam formam, & plenitudinem redactæ, quæ habentur in renovatis ſub die 13. Junii 1691. ab Innocentio XII. feliciter regnante; pro quarum omnium dilucidatione integros, poſt primum Gloſatorem Alphonſum Sotum, tractatus ediderunt Joannes a Chokier, Petrus Rebuffus, Ludovicus Gomes, Quintilianus Mandocius, & Hieronymus Gonzales: atque lato calamo ſcripſerunt *Loterius de re benefic. lib. 2. quæſt. 26. & ſeqq. Cardinalis de Luca in ſumma benefic. à cap. 3. uſque ad cap. 13.*

§. I.

Quid dein fuerit innovatum ſuper rebus Beneficialibus.

85. Abrogatis canonicis electionibus, & evotato gradatim ad Apoſtolicam Sedem univerſali illo, ſed precario Jure, quo uſque ad duodecimum Seculum Electores: & Ordinarii in rebus beneficialibus uſi fuerant: patuit Aulæ Romanæ locus pecuniariis illis exactionibus, quas ſuprema Pontificis Maximi in rebus beneficialibus indixi. authoritas, publicis Eccleſiæ neceſſitatibus excitata,

inter

Digitized by Google

inter quas,illa primum in toto Orbe Catholico,communi conſenſu,locum invenit, quæ ſub nomine annatarum, & communium ſervitiorum ab obtinentibus beneficia conciſtorialia, prout ſunt Epiſcopales, & Abbatiales dignitates,antè expeditionem Bullarum exiguntur; poſtquam Papæ proviſio in Bullis ejus contenta vim electionis, & confirmationis obtinuit. Iſtis accedunt mediæ annatæ, quibus ſubjacent omnia beneficia, annuum valorem ducatorum vigintiquatuor auri de Camera excedentia, ubicumque verum omnium beneficiorum valorem exprimere fas eſt, ultrà alios ſumptus, omnibus etiam levioribus beneficiis communes, ſub nomine minutorum ſervitiorum, prout de ſingulis habetur penès Fagnanum *ad cap præterea ſub tit.ne Prælati vices ſuas nu.8. & ſeqq.* Theodorum Amydenium olim in Romana Curia cauſarum Patronum *in ſuo tract.de ſtylo Datariæ lib.1.cap.18.per totum,ubi nu.1.& dein.§.1.* loquitur etiam de componendis, quibus proviſiones beneficiales aliquo Pontificio Indulto indigentes ſubjiciuntur.

86. Initium hujuſmodi annatarum exactionibus dediſſe videtur Joannes XXII. qui Avenione ſedens, fructus primi anni beneficiorum in Anglia, Hibernia, & Valia vacantium, pro una vice tantùm ſibi reſervavit, ad levamen onerum graviſſimorum,quibus tunc Eccleſia Romana deprimebatur, teſte Oderico Raynaldo *in ſuis Eccleſ.annal.ad ann.1317.num.49.* ſed quia prædicta reſervatio publicis ejuſdem neceſſitatibus, non ſufficiebat, conſtat *ex cap. cum nonnullæ 11.inter extravag.commun.ſub tit.de præbend.& dignit.* eumdem Pontificem omnes redditus,atque proventus primi anni beneficiorum Eccleſiaſticorum tunc vacantium, & quæ in diverſis Orbis partibus,uſque ad triennium vacare contingeret, Pontificiæ Cameræ reſervaſſe, excluſis tamen Archiepiſcopalibus, & Epiſcopalibus Eccleſiis, ac Regularibus Abbatiis; Ea enim fuit tunc publica Eccleſiæ Romanæ,omnium Eccleſiarum capitis,indigentia, ut ab inferioribus membris ſubſidium illud exigeret, quod olim Epiſcopi, & Abbates à beneficiis in ſua Ditione vacantibus pro ære alieno, aliiſque Eccleſiæ oneribus exſolvendis, & ad neceſſarios ſumptus ſupplendos percipiebant vigore Statuti, aut conſuetudinis, vel ex Apoſtolico Indulto, juxtà Honorii III. reſcriptum Epiſcopo Tolonenſi *in cap.tua nobis 32.de verb.ſignif.* ubi notanda ſunt illa verba *-pro revelatione oneris debitorum -* quod idem ſtatuit Bonifacius VIII. *in cap. ſi propter 10. ſub tit.de reſcript.in 6.ibidem - propter tua debita perſolvenda - & denuò eod.lib.6.in cap.præſenti 9.de reſcript.cap.ſi tibi 26.de præbend. & dignitat. ibid.- pro ſolvendis debitis quibus eſt Eccleſia tua onerata.*

87. Verumtamen allegatæ Joannis XXII.reſervationes de percipiendis fructibus beneficiorum vacantium, triennalem exactionem non exceſſerant,& Epiſcopatibus, atque Abbatiis Regularibus exceptis,minora tantùm beneficia complectebantur, & fructus ipſos ſuo tempore à Cameralibus colligendos reſpiciebant; undè juremeritò annatæ illæ, ex quibus demum cunctis totius Orbis majoribus beneficiis, & præcipuè Epiſcopalibus, & Abbatialibus dignitatibus, perpetua ſervitus ergà Romanam Eccleſiam fuit impoſita, tribuendæ omninò ſunt in ſua vera origine Bonifacio IX. qui, dum inter incendia ſchiſmatis Avenionenſis,Romæ ſederet, ingraveſcentibus,ut refert Raynaldus *ad ann.1392. nu.1.* rei pecuniariæ difficultatibus,ſanxit, ut ab omnibus beneficiis,quæ à Sede Apoſtolica conferebantur, hujuſmodi annatæ Fiſco Pontificio addicerentur: & ità tradunt *Platina de Bonifacio IX. Polidor Virgil.de rer.invent.lib.8.cap.2. in fin.*

Gigas de penſ.quæſt.26.nu.1.Æneas Silvius, in ſuo Pontificatu Pius II. nuncupatus,in Epitome ad Blondum lib.10.decad.2.ad ann.1400. fol.mihi 288.Amydenius de ſtylo Datariæ lib.1.cap.18.§.3.num.18.Ciaconius de vit. Pontif. tom.2.ad ann.1389.de Bonifacio IX. fol.mihi 694.verſ.annatarum ſolutione. Spondanus ad ann.1399.num.2.& ad ann.1410.num.5. nec in luctuoſiſſimo illo ſchiſmate Pontifices Avenione ſedentes idem Jus exigendarum annatarum in ſuæ obedientiæ Terris omiſerunt: prout eruitur ex Caroli VI. Francorum Chriſtianiſſimi Regis Pariſienſi Senatus-conſulto *de anno* 1406. quod refert *Thomaſſinus cit. part.3. lib.2.cap.58. num.12.* ſiquidem utrumque urgebat eadem anguſtia moleſtiſſimæ inopiæ, ob quam juſtum ſemper, & æquum eſt, ut inferiores Eccleſiæ ſuo Supremo capiti ſubveniant.

88. Ex iiſdem annatis orta ſunt quindennia, de quibus fusè loquitur Cardinalis de Luca *ſub tit.de benef.diſc.*89.nũ ſi fortè beneficia annatis ſubjecta alicui Collegio,Monaſterio,aut Eccleſiæ perpetuò uniantur,aut unita reperiantur, undè ceſſet ſpes vacationis:tunc loco annatarum certa quantitas de quindennio in quindennium jure relevii,ſeù amortiſationis Reverendæ Cameræ exſolvenda ſubrogatur,cujus Authorem fuiſſe Paulum II.*de anno* 1469.*probat ejuſdem conſtitutio* 8.*in Bullario Romano, quam ampliando,& declarando ſequuti ſunt Paulus V.conſtit.*131.*in eod.Bullario Romano*, ubi recenſetur etiam alia conſtitutio extenſiva Urbani VIII. edita idus Junii,Pontificatus ſui anno primo.

89. In iiſdem temporibus, & ab eodem fonte Pontificiæ poteſtatis, ad ſupplendas graves Apoſtolicæ Sedis, & Curiæ Romanæ neceſſitates, emanarunt favore Reverendæ Cameræ ſpolia Beneficiatorum, & fructus vacantium beneficiorum, de quibus aliqua tradidi in meo reſponſo ſuper ſpoliis Eccleſiaſticis in Regione Pedemontana: & latè ad propoſitum thema differit Thomaſſinus diligentiſſimus novæ, & veteris diſciplinæ indagator *de benef.par.3.lib.2.cap.57. videndus num.5.& ſequentibus*. Reſpexerunt etiam univerſalem Catholicæ Eccleſiæ utilitatem, & ædificationem, penſiones illæ, quibus fructus beneficiorum liberæ collationis authoritate Apoſtolicæ Sedis affici tunc cæperunt, ultrà cauſas à priſcis canonibus inſtitutas, quas declarat Cardinalis de Luca *in ſua ſumma poſt tract.de penſ.cap.1.& fusè quoad illarum originem, & progreſſum docet Thomaſſinus par.3.lib.2.cap.31.* quibus in ſuo glorioſo Pontificatu frænum injecit piiſſimus Pontifex Innocentius XII. omne ex qualibet cauſa penſionis onus rejiciens à beneficiis actualem animarum curam habentibus. Pontifex verè Sanctus: ab illis adeò alienus, quæ carnem, & ſanguinem ſapiunt, ut nec obulum quidem exigi permitteret pro expeditionibus Bullarum, & quarumcumque litterarum Apoſtolicarum, quoties redditus temporalis Dominii ad Romanam Sedem ſpectantis publicis Sacerdotii, & Regni neceſſitatibus ſufficerent; Hæc namque neceſſitatis ratio ad omnes prædictas exactiones pecuniarias in Curia Romana introducendas Summis Pontificibus omnium rationum inſtar fuit; & hac conſideratione omnes pedetentim Nationes hæc onera ſubiiſſe annuit Spondan. *ad ann.*1399.*nu.*1. licet novas, & altiùs petitas rationes ad hoc jus ſuffulciendum aſtruxerint. *Proſp.Fagnan.in cit.cap.præterea ſub tit.ne Prælat.vices ſuas à num.14.uſque ad num.58.Loterius de benefic.lib.3.quæſt.20.num.19.& ſequentibus, Azorius inſtit.moral. part.2. lib.6.cap.34.quæſt.2.*quæ cujus ponderis ſint docet eruditiſſimus Petrus de Marca *de concord.Sacerdot.& Imper. lib.6. cap.12.num.4 & 5.item num.10.& 11.* quibus conveniunt ea, quæ in ordine ad

pro-

propugnandas reſervationes beneficiorum, ſavore Sedis Apoſtolicæ excogitata, & accumulata fuiſſe notat *Thomaſſinus part. 2. lib 1. cap. 44. num. 3. in fine, & ſeqq. uſque ad §. ſed longè.*

§. II.

Exortæ adverſus Recentem in rebus Beneficialibus Diſciplinam contentiones referuntur.

90. Neceſſe habui in præcedentibus Paragraphis brevi compendio veterem, & recentem in rebus beneficialibus diſciplinam exponere, ſine quarum prævia notitia impoſſibile fuiſſet profundas initæ à Nicolao V. promiſſionis ergà Ludovicum Sabaudiæ Ducem, radices detegere: ex quarum vi civiliter inſita debuit omninò Pontificia promiſſio in illa abſoluta, & paſſiva neceſſitate præviæ intentionis, & declarati conſenſus ex parte Principis ergà perſonas idoneas de Epiſcopalibus, aut Abbatialibus dignitatibus à Summo Pontifice providendas, non inanes, & ſupervacuas frondes, ſed veræ, & realis nominationis debitum fructum producere; prout ex iiſdem radicibus pullularunt omnes nominationes, quibus Magni, & Supremi Principes, ex quolibet titulo, etiam merè gratioſo: videlicet ex Indultis, & Conceſſionibus ſub quocumque verborum ſono conceptis, proponendi, conſentiendi, offerendi, præſentandi, vel ſupplicandi fruuntur, in nominandis perſonis idoneis ad beneficia olim electiva; nunc autem Sedi Apoſtolicæ jure collationis reſervata promovendis.

91. Non defuit, ſanè, Summo Fidelium Rectori, nec cauſa, neque poteſtas ad hanc recentiorem diſciplinam in rebus beneficialibus ſtatuendam; neque mirùm videri debuit, quòd in rebus ad externum Eccleſiæ regimen ſpectantibus, Summi Pontifices Chriſti Vicarii, & Petri Succeſſores, ad majora Religionis incrementa, & ampliorem Catholicæ Eccleſiæ edificationem, novas leges prioribus Inſtitutis ſubrogaverint; nam, licet quoties lex Pontificia Sacroſanctæ Fidei materiam reſpicit, & aliquid de Fide declarat, immutabilis ſit, nec ullo poſſit loco, vel tempore variari, & ideò immutata, atque inviolata permaneat: Attamen illa, quæ circà diſciplinam verſantur, perpetua eſſe nequeunt, novis hominum moribus novas leges expoſcentibus; Siquidem utiliter ſæpiùs ab initio conſcripta, progreſſu temporis vertuntur ad noxam: itàut uterque ſit commendandus, & qui priùs decretum edidit, & qui poſteà ipſum novis ſanctionibus abrogavit; prout annuit Stephanus Papa relatus à *Gratiano in cap. ſicut quædam 2. diſtinct. 14. Innocentius in cap. quod pro remedio 7. cauſ. 1. quæſt. 7.* & eleganter tradit Æneas Silvius, dein ſub nomine Pii II. ad Summum Pontificatus apicem evectus *epiſtol. lib. 1. cap. 130. fol. mihi 670. Antonius Ciarlaſſius Canonicus Apamien. in ſuo tractat. de libert. Eccleſ. Gallic. lib. 2. cap. 2.* quod idem in legibus politicis monuit *Lucius Valerius apud Livium ibid. – Ego enim quemadmodum ex his legibus, quæ non in tempus aliquod, ſed perpetuæ utilitatis causâ in æternum latæ ſunt, nullam abrogari debere fateor, niſi quam, aut uſus coarguit, aut ſtatus aliquis Reipublicæ inutilem fecit. Sic quas tempora aliqua deſiderarunt, leges mortales, ut ità dicam, & temporibus ipſis mutabiles eſſe video.*

deo. Quæ in pace latæ ſunt, plerumque bellum abrogat, quæ in bello pax, ut in Navis adminiſtratione, alia in ſecundam, alia in adverſam tempeſtatem uſui ſunt – neque enim aliter poſcit libera ſupremi legislatoris voluntas; cum noti juris ſit, ea, quæ per modum legis à ſupremis Principibus ſtatuta ſunt, per ſe, & abſolutè poſſe ab iiſdem mutari, & abrogari; cum ſola voluntate Principum fulciantur. *§. conſtat autem Inſtitut.lib.1.tit.2.*

92. Verumtamen, quamvis hujuſmodi leges, quæ ad externam Eccleſiæ diſciplinam, non autem ad mores, aut Catholicæ Fidei dogmata pertinent, Subditos ad ſui obſervantiam aſtringant, dum non deficiunt legislatoris intentio, & authoritas, prout in Subditis notitia, & parendi facultas; nihilominùs recepta videtur apud omnes Juliani ſententia *in l.de quibus* 31. *ff.de legib.* videlicet, novum Jus tacito populi conſenſu ſtabiliendum eſſe: & hoc eſt, quod dicebat Leo Imperator *in l. cum de novo* 10. *Cod.de legib.& conſtitut.* novum Jus inveterato uſu ſtabiliendum eſſe; undè notat *Gratianus in cap.* 3. *diſtinct.* 4. leges inſtitui cum promulgantur firmari, cum moribus utentium approbantur; quod tamen cum grano ſalis intelligendum eſt: videlicet, non ad effectum, ut leges naturali, aut divino juri minimè repugnantes, ſuam à ſubſequuta acceptatione, & populorum obſervantia vim accipiant: quod eſſet graviſſimum, & intolerabile abſurdum, ex quo, turbato tam Eccleſiaſticarum, quàm politicarum rerum ordine, totum Monarchici Imperii regimen deſtrueretur: ſicut docet *Suarez de legib.civil. lib.*3. *cap.*19. *& de leg.Eccleſiaſt. lib.*4. *cap.* 16. atque fusè proſequitur *Ciarlaſſius ubi ſupra lib.* 2. *cap.* 5. *&* 6. ſed ad eum dumtaxat finem, ut quoties populi hujuſmodi legibus acceptandis reluctantur, vel quia illorum antiquis, & probatis moribus repugnant, aut ex eo, quod eorumdem commodis officiant, & proprium Jus inveteratum notabiliter lædant, detur Supremo Eccleſiæ Legislatori locus judicandi, an præſtet in ſimilibus caſibus prudentis conſilii potiùs regulas adhibere, quàm propriæ poteſtatis gradus metiri, ſingulare S.Bernardi ad Eugenium III. monitum inſequendo *de conſid. lib.* 3. *cap.* 4. – *Omne opus ſuum trina quadam conſideratione præveniet: primum quidem, an liceat: deinde, an deceat: poſtremò, an expediat. Nam etſi conſtet in Chriſtiana utique philoſophia non decere, niſi quod licet: non expedire, niſi quod decet, & licet; non continuò tamen omne quod licet, decere, aut expedire conſequens erit* – vel Alexandri III. moderationem amplectendo *in cap.ſi quando* 3. *de reſcript.ibid.* – *patienter ſuſtinemus, ſi non feceris quod nobis fuerit prava inſinuatione ſuggeſtum* – aut tandem à *Clementis III. placitis non recedendo in cap.quod dilecto* 3. *§.nos itaque ſub tit.de conſang.& affin. ibid.* – *unde in hac parte conſultiùs duximus multitudini, & obſervatæ conſuetudini deferendum, quàm aliud in diſſentionem, & ſcandalum populi ſtatuendum, quadam adhibita novitate.* Ità ut ipſemet Legislator ſilentio ſuo, ubi de rebus Fidei, aut morum non agitur, ſubſequutam promulgatæ legis inobſervantiam, paterna charitate diſſimulans, ſatis oſtendat ſe ipſius legis acceptationem populorum arbitrio reliquiſſe, & optare quidem, ut mandatis ſuis obtemperetur; nolle tamen Infirmorum, aut conſcientias illaqueare, aut pacem, & quietem, fortunam, vel alia bona, ſeù publicam utilitatem in diſcrimen adducere; ſed, ſi ità qualitas rei patiatur, ſeveritatem novæ legis aliquo benignitatis temperamento compeſcere, ex quo ferendi jugi pondus, quanto fieri poſſit, leve magis, & ſuave reddatur: quod præcipuè in hiſce rebus externis convenire videtur Eccleſiaſticæ poteſtati, quæ de ſui natura ſuavis, & temperata, non neceſſitate, ſed voluntate,

non

non timore, ſed dilectione niti debet, juxtà illud *Matthæi* 20. *Lucæ* 22. *ibid.* – *Reges gentium dominantur eorum, & qui poteſtatem habent ſuper eos, benefici vocantur; vos autem non ſic* – quod D. Bernardus Eugenio III. vehementi ſermone declarat *De conſid.lib.2.cap.6.*

93. Recens hoc jus Pontificium, ex quo, juxtà hucuſque in præcedentibus allegata poſt duodecimum Seculum, priſca in rebus beneficialibus diſciplina, vulgatis Cancellariæ regulis, & Apoſtolicis conſtitutionibus paulatim defecit, oppugnari remiſſiùs, aut contumaciùs cœpit: prout ſucceſſivè nimis dura ſupremis Principibus, Clero, & populo reddebatur; hinc adversùs prædictas Pontificias expectativas, & reſervationes auditæ in decimo tertio Seculo frequentes adeò omnium Nationum quærelæ, quas referunt *Petrus de Marca lib.4. cap.9. Thomaſſinus par.2. lib. 1. cap.43. Franciſcus Duarenus de Sacr. Eccleſ. Miniſt. lib.5. cap.48.* ut Innocentius IV. eadem mandata, & reſervationes abrogare ſtuduerit in ſua conſtitutione edita de anno 1254. quam allegat *Thomaſſinus ubi ſupra verſ.quamquam ubique:* & ad litteram exhibet Additionator ad Matthæum Paris *hiſtor. Anglic. fol. mihi* 124. & dein Alexander IV. Innocentii ſucceſſor iiſdem temperamentum aliquod imponere curaverit: prout eruitur ex Synodo Colonienſi de anno 1260. *can.*13. nec in eodem decimo tertio Seculo deſuerunt ultrà Epiſcoporum, & Cleri contradictiones, Regia etiam edicta ad tuendam adverſus Pontificias reſervationes canonicam electionem, & collativa Ordinariorum jura ſervanda: ſicuti conſtat ex S.Ludovici Francorum Regis Pragmatica ſanctione, lata de anno 1268.

94. Majores ubique rumores excitarunt Gallicani Pontifices poſt tranſvectam Avenionem à Clemente V. de anno 1305. Apoſtolicam Sedem, ubi uſque ad annum 1376. continuata ſeptem Pontificum ſerie permanſit, & profundiores radices injecerunt jam antè introductæ beneficiorum reſervationes, & pullulata redditibus beneficialibus onera: de quibus omnibus, conquæſtos fuiſſe Viennenſis Concilii Patres, probatur ex promulgatis à Guillielmo Durando Epiſcopo Mimatenſi in ſuo opuſculo, prædicti Clementis V. juſſu edito, de rebus in Concilio Viennenſi definiendis *part.2. tit.7. & 20. & part.3. tit.43.* oſtendendo, quibus expurgandis ab eodem generali Concilio incumbendum eſſet: quod idem ab alio Anonymo Auctore demonſtratum fuiſſe referunt Eccleſiaſticorum Annalium Scriptores ad annum 1311. inter quos *Raynaldus num.59. & 60. item ad annum 1343. n. 90. & duobus ſeqq. Abraham Bſovius num. 1. & ſeqq. Joannes Andreas videndus in cap. inter cætera 15. num.13. in fin. ſub tit. de offic. Judic. ordin.*

95. Hujuſmodi reſervationibus, & exactionibus mitiùs tunc adverſati ſunt Galli, qui Epiſcopatus, & Abbatias, atque Commendas à dictis Pontificibus pro libito extorquebant: & maximè dum, ut plurimum, ea omnia ejuſdem nationis commodo, & lucro cedebant, ſicut animadvertit *Thomaſſin. de beneſ. par.2. lib.1. cap.44. num.6. & 7.* Iiſdem tamen fortiter obſtitiſſe Anglorum, & Hiſpaniarum Reges tradit *Raynald. ad annum* 1343. *num.*90. *& duobus ſeqq. & ad ann.* 1348. *num.*14. *Bſovius ad eumdem ann.*1343. *num.*7. *Spondanus ibidem num.* 14. nam Clemens VI. adeò ſuam in hujuſmodi exactionibus poteſtatem cunctis nationibus intolerabilem effecerat, ut Innocentius VI. ejuſdem Succeſſor, eas poſt adeptum Pontificatum ſtatim ſuſpenderit, & dein retractaverit: prout teſtatur *Spondan. ad ann.* 1353. *num.*1. Platina *in vita ejuſd. Pontiſ. de Innocent. VI.* quinimò non deſunt qui aſſerant, ab eodem Innocentio, integerrimæ vitæ, magnæque con-

conſtantiæ, & ſeveritatis Pontifice, fuiſſe ſpeciali conſtitutione affatim abrogatas; ſed nec hoc jus diù valuit, ſiquidem in ſubſequuto Gregorii XI. Pontificatu, Hiſpanis, & Anglis denuò reclamantibus adverſus hunc Pontificiæ poteſtatis uſum :tandem cum Anglis conventum fuit, ut Pontifex ſe ab hujuſmodi reſervationibus abſtineret. *Bſovius ad ann.* 1373. *num.*20. *Spondan.ad eumdem ann. num.*1.

96. Nihil ferè veteri rerum beneficialium diſciplinæ relictum in perniciosiſſimo, & teterrimo illo ſchiſmate, quod poſt obitum Gregorii XI. ſtatim exortum ab anno 1378. uſque ad annum 1417. Catholicum Orbem innumeris calamitatibus afflixit; ſiquidem tres quandoque inſimul præſumpti Pontifices adfuerunt, qui in diverſis Regnis, atque Provinciis diviſi, ſe pro Chriſti Vicario, & Petri Succeſſore gerentes, plenum, & abſolutum in Eccleſiaſticis beneficiis, & eorum proventibus dominium exercere nitebantur; undè Germani, Galli, Hiſpani, & Angli Pontificias expectativas, & reſervationes rejecerunt; quinimò publicis ibidem Edictis ſancitum, ut beneficia per electionem canonicam, vel ad libitum Epiſcoporum, & ad Patronorum nominationem providerentur. *Thomaſſin. de beneſ. part.*2. *lib.*1. *cap.*44. *num.*6. *Spondan.ad ann.*1381. *n.*5. & 6. *Raynald.ad ann.*1379. *num.*30. & *ad ann.*1391. *n.* 14. & *ſeqq.* Neque Itali huic abſoluto Pontificio in rebus beneficialibus dominio remiſſiùs obſtiterunt, Florentinis, & Bononienſibus hoc intolerabile jugum palàm detrectantibus: prout plerique Scriptores illorum temporum memorant, & habetur in Hiſtoria Pragmaticæ ſanctionis *Guillielmi de Monſerrat. fol. mihi* 1111. cum de cætero vetus in Italia diſſidium inter Sacerdotium, & Imperium, quod tunc maximè exarſit, irritam in hujuſmodi pecuniariis exactionibus Romani Pontificis poteſtatem efficeret: & maximè, dum integra ferè Ditio temporalis Romanæ Eccleſiæ à Tyrannunculis premebatur, ità ut Summi Pontifices ſpeciem magis, quàm vim in ſua ampliſſima temporali Italiæ Ditione tàm mediata, quàm immediata retinerent. Nec defuerunt inſignes Canoniſtæ, qui contrà prædictas Pontificias beneficiorum reſervationes, & pecuniarum exactiones obſtreperent, conquærentes, quod ex illis totum jus canonicum deſtrueretur, & non debere Summum Pontificem ſuis commodis, ſeù neceſſitatibus Romanæ Curiæ providere cum tam gravi Ordinariorum præjudicio, quibus totum ferè jus providendi abdicabatur. *Abbas in cap. mandatum* 38. *de reſcript. num.* 2. *verſic. ex quo infertur*. *Decius in cap.*1. *num.*6. *de election. Pariſius conſil.*19. *num.*5. *lib.*4. hinc Alexander V. anno 1409. in Concilio Piſano *ſeſſ.*22. profeſſus eſt, quòd ſe a reſervatione annatarum, ſeù fructuum vacantium beneficiorum abſtineret, prout refert *Spondan. ad prædict.annum* 1409. *num.*17.

97. In Concilio Conſtantienſi congregato de anno 1414. ad extinguendum teterrimum Schiſma, quo jam diù Eccleſia laborabat, auditæ ſunt ſingularum Nationum quærelæ adverſus Pontificias beneficiorum expectativas, reſervationes, & pecuniarias exactiones, de quibus meminit *Thomaſſin.part.*2. *lib.*1.*cap.*44.*n.*7. & *part.*3.*lib.*2.*cap.*59.*num.*2.*Spondan.ad ann.*1417.*num.*6. *Petrus de Marca lib.* 6.*cap.*11.*num.*6. & 7. ubi refert Cardinales Piſanum, Cameracenſem, & Florentinum à Concilio Delegatos fuiſſe unà cum Deputatis quinque Nationum, ut in commune conſulerent, quid facto opus eſſet circà reformationem Eccleſiæ, tàm in capite, quàm in membris; Cardinales verò delegatos mentionem inter alia injeciſſe annatarum, & minutorum ſervitiorum, eaque legitimo jure deberi probare,

bare, conatos fuiſſe; Majorem autem partem Delegatorum exiſtimaſſe, annatas, & ſervitia illa aboleri debere, Cardinales tamen obſtitiſſe, ne ſententia concluderetur: ex qua contentione effectum eſt, nè Concilium Conſtantienſe hanc quæſtionem definiret. Hinc, quamvis ejuſdem Concilii Patres *ſeſſ. 39. ſub tit. de ſpoliis, & procurationibus* interdixerint, nè ſpolia decedentium Prælatorum, aliorumque Clericorum à Collectoribus, & aliis authoritate Apoſtolica deputatis, ſivè deputandis exigerentur, ſeù perciperentur, ſed eadem, & bona ipſorum mortis tempore reperta, plenè, & liberè ad illos pertinerent, quibus de Jure canonico competebant, ad effectum, ut ceſſarent gravia Eccleſiis, Monaſteriis, & aliis beneficiis, Eccleſiaſticiſque perſonis detrimenta, quæ prædictæ exactiones, & perceptiones afferebant: Attamen in ſubſequuta *ſeſſione* 40. rem circà alia prætenſa à prædictis ſingulis Nationibus gravamina indeciſam relinquentes, ſtatuerunt, quòd futurus Romanus Pontifex de proximo aſſumendus cum eodem Sacro Concilio, vel deputandis per ſingulas Nationes, reformare deberet Curiam Romanam ſecundum æquitatem, & bonum Eccleſiæ regimen, antequam Concilium diſſolveretur ſuper articulis jam per Nationes oblatis, inter quos ibidem leguntur reſervationes Sedis Apoſtolicæ *num.* 2. Item annatæ, communia ſervitia, & minuta *num.* 3. prout de collationibus beneficiorum, & gratiis expectativis *n.* 4. de Commendis *num.* 10. de fructibus medii temporis *num.* 11. quæ omnia controverſam, & oppugnatam rerum beneficialium materiam complectebantur.

98. Pernicioſiſſimi quidem Schiſmatis incendium extinxit Conciliaris electio veri, & indubitati Pontificis, in perſonam Odonis Cardinalis Columnæ, qui ſub die 11. Novembris anno 1417. unanimi Patrum voto ſub nomine Martini V. à Deo ſupremum Eccleſiæ regimen accepit; Verumtamen in actis Conciliaribus, exinde ipſomet Pontifice præſente ſubſequutis, non legitur aliquid ſuper præallegatis Nationum petitionibus fuiſſe proviſum, niſi intuitu fructuum, & proventuum ab Eccleſiis, Monaſteriis, & beneficiis tempore vacationis obvenientium, quos Summus Pontifex Concilio annuente Juris conſuetudinis, vel privilegii diſpoſitioni reliquit, illoſque ſibi, vel Apoſtolicæ Cameræ applicari prohibuit: prout habetur ibidem *ſeſſ. 43. ſub tit. de fructibus percipiendis*: ubi etiam *ſub tit. de Decimis, & aliis oneribus Eccleſiaſticis*, præcepit, & mandavit, Jura prohibentia inferioribus à Papa Decimas, aliaque onera Eccleſiis, & perſonis Eccleſiaſticis imponi, diſtrictiùs obſervari: ſtatuendo, quòd per eumdemmet Pontificem nullatenus imponerentur generaliter ſuper totum Clerum, niſi ex magna, & ardua cauſa, & utilitate univerſalem Eccleſiam concernente, & de Conſilio, & conſenſu, & ſubſcriptione S. R. E. Cardinalium, atque Prælatorum, quorum conſilium commodè haberi poſſet: Nec ſpecialiter in aliquo Regno, vel Provincia inconſultis Prælatis ipſius Regni, vel Provinciæ, & ipſis non conſentientibus, vel eorum majori parte: ità tamen, ut eo caſu per perſonas Eccleſiaſticas, & authoritate Apoſtolica dumtaxat exigerentur: ex cujus decreti diſpoſitione mitigata videtur præcedens ejuſdem Concilii conſtitutio circà hujuſmodi Decimarum Pontificias indictiones, & exactiones, quam affert *Petrus de Marca lib. 6. cap. 12. n. 7. & 8.*

99. Re itaque infecta quoad Pontificias beneficiorum reſervationes, annatarum, aliarumque exactionum, contrà quas fuerat à Nationibus reclamatum, Martinus V. Pontifex Maximus ſub die 22. Aprilis 1417. Conſtantienſe Concilium diſſolvit, ipſique placuit rem hanc in aliud tempus magis idoneum trans-

ferre: & ut omnes intelligerent ſibi id in animo eſſe, in Seſſione 44. locum futuri Concilii generalis, de omnium conſenſu, Civitatem Papienſem deſignavit, ad quam cuncti convenirent in dicto tempore, juxta Conciliare Decretum emanatum *Seſſione 39.ſub tit.de Concil.generalibus.*

100. Exiſtimari facilè poterat, quòd Baſileenſe Concilium authoritate ejuſdem Pontificis Martini V. dein Eugenii IV. juxtà præcedentia Decreta Concilii Conſtantienſis *ſeſſ.*44. & Senenſis *ſeſſ.*1. legitimè anno 1431. inchoatum Juliano Cardinale Ceſarino Legato Apoſtolico, hujuſmodi rerum beneficialium contentionibus finem imponeret; Etenim, quamvis Eugenius vix inceptum Concilium revocaſſet: attamen poſt *ſeſſionem* 14. ipſemet Pontifex in hanc demum cum Baſileenſibus Patribus ſententiam convenit, & inter alia profeſſus eſt Concilium Baſileæ eſſe, & hactenus legitimè fuiſſe, atque omnia contrà illud, ejuſque ſectatores à ſe Decreta revocare, ac ſe Concilio adhærere, prout refert *Spondanus ad ann.*1433.*num.*26. quod idem ratum habuiſſe notat ipſemet *Spondan. ad ann.* 1434.*num.*3.

101. Statutum quidem fuit in eadem Synodo *ſeſſ.*21.*ſub tit.de annatis*, nè tàm in Curia Romana, quàm alibi pro, ſeù in confirmatione electionum, proviſione, collatione, inſtitutione, &c. de Eccleſiis etiam Cathedralibus, & Metropolitanis, Monaſteriis, dignitatibus, beneficiis quibuſcumque, &c. nihil penitùs antè, vel poſt exigeretur ratione litterarum, Bullæ, ſigilli, annatarum communium, & minutorum ſervitiorum, & prout plenè habetur in eodem Decreto, de quo meminit *Spondan.ad ann.*1435.*num.*13. ſed adversùs huius Decreti diſpoſitionem ſtatim proteſtati ſunt Legati Pontificii, iniquum eſſe demonſtrantes, inaudito Pontifice, tantum detrimenti Romanæ Eccleſiæ inferri, ſicuti refert *Spondan. ad eumd.ann. num.*14. *& ſeqq.* hinc expreſſa Summi Pontificis reprobatio ſubſequuta eſt; undè inter mutuas altercationes res ad illud divortium, & deplorabile ſchiſma tranſivit, de quo ſupra *num.*36.

102. In hoc fatali diſſidio non deſierunt Baſileenſis Concilii Patres *in ſeſſ.* 23. *habita ſub die* 8. *Aprilis* 1436. *ſub tit. de electionibus*, generalem omnium Eccleſiarum, & dignitatum electivarum Pontificias reſervationes abolere, decernentes, ut prædictis Eccleſiis, & dignitatibus per canonicas electiones, & confirmationes providendum eſſet, omneſque ſpeciales, ſeù particulares ipſarum Eccleſiarum electivarum reſervationes prohibendo, per quas libera in eiſdem eligendi, & confirmandi facultas impediri poſſet: quod dein de novo conſtituit ibidem *ſub tit.de reſervationibus*, regulis Cancellariæ, aliiſque Pontificiis conſtitutionibus, & extravagantibus omninò abrogatis, reſervationibus tamen in corpore juris expreſſè clauſis, & his, quas in terris Romanæ Eccleſiæ ratione directi, ſeù utilis dominii mediatè, vel immediatè ſubjectis fieri contingeret, dumtaxat exceptis.

103. Alia demum *in ſeſſ.*31.*ſub tit.de collationib. benefic.* conſtitutio emanavit: videlicet, nè Romanus Pontifex ullas deinceps expectativas, aut reſervationes concederet, & jam factæ irritæ eſſent; itàut Ordinarii Collatores ſuum collativi juris miniſterium ex integro retinerent.

§. III.

§. III.

Quomodo, & qualiter hoc novum Jus Pontificium fuerit univerſaliter in uſu receptum, & ſingulariter in Ditione Ducis Sabaudiæ.

104. Præmemorata in rebus beneficialibus Baſileenſis Synodi decreta, non ſolùm Apoſtolicæ Sedis placito, & authoritate carentia, ſed etiam à Summo Pontifice Eugenio IV. expreſsè reprobata, nullum ſanè jam emanatis in eodem ſubjecto Pontificiis legibus præjudicium afferre potuerant; ſed non ex eo minùs eædem, & acriores diſſentiones, atque acerbiora diſſidia remanſerunt, quibus conciliandis poſt dimiſſum, ut jam ſupra memini, à Felice V. Pontificatum, Nicolaus V. Eugenii Succeſſor, paterna charitate, & benignitate aliquo dato, atque retento primus incubuit, cujus prudentiſſimum exemplum ſequuti, ejus in Pontificatu Succeſſores, tandem hanc ab Eccleſia zizaniam affatim extirparunt; Nam etiamſi in Summo Pontifice, neque authoritas, neque cauſa deficerent: Attamen quàm difficile, & arduum eſſet antiquam in hujuſmodi rebus beneficialibus diſciplinam continuato duodecim Seculorum ſpatio in Eccleſiis inferioribus radicatam, & Sacrorum Canonum præſidio munitam, quamvis in meliùs mutare, relatæ facti qualitates oſtendunt, & ſubſequutæ omnium Nationum contradictiones manifeſtè convincunt.

105. Agebatur dè reſervationibus favore Sedis Apoſtolicæ omnium Epiſcopalium, & Abbatialium dignitatum, aliorumque beneficiorum Eccleſiaſticorum, prout etiam ad augenda Cameræ Pontificiæ, & Curiæ Romanæ commoda de pecuniariis exactionibus, aliiſque oneribus, quibus Eccleſiæ, & beneficia ipſa gravabantur, unde collativa Epiſcoporum, aliorumque Ordinariorum jura peribant, non ſine gravi Supremorum Principum, Cleri inferioris, & populorum detrimento, quibus reſpectivè non intererat, ſibi quæſitam in electionibus canonicis authoritatem amittere, pecunias extrahi, & beneficia ad Extraneos transferri, aut in favorem Exterorum penſionibus onerari; Hinc, dum inſtabat ſua unicuique utilitas, res ex ſeipſa loquitur, tantum opus, in quo de materia Fidei non agebatur, ſed de externo in rebus beneficialibus regimine, perfici nullo modo potuiſſe, quoties Supremi Principes, Clero, atque populis hanc inviſam mutationem egrè ferentibus expreſsè faviſſent; neque Principes ab hoc patrocinio, undè propriæ dignitatis decus, & publica utilitas oſtendebantur, retrahi potuiſſe, niſi quoquo modo Summi Pontifices ipſorum Principum dignitati, atque indemnitati conſuluiſſent: cujus veritatis ſoliditatem agnovit *Spondan. ad ann.* 1410. *num:* 5. ubi tradit fuiſſe perpetuò contrà iſtas novitates à ſingulis ferè Nationibus acriter conclamatum, ſed non potuiſſe Eccleſiaſticos Principum juſſionibus reſiſtere, qui aut precibus importunis, aut præmiis allecti, ad eas permittendas ſe faciles præbuerunt.

106. Ex hac neceſſitate in præmium verſa, originem ſuam traxerunt concordata, promiſſiones, & Indulta, quibus hodiè Supremi Principès ex Sedis

Digitized by Google

Apoſtolicæ placito gaudent in nominandis, præſentandis, vel ſupplicandis, aut proponendis Epiſcopis, atque Abbatibus, aliiſque Prælatis in eorumdem temporali Dominio conſiſtentibus; neque enim hoc novo Jure Pontificio in rebus beneficialibus nondum univerſaliter admiſſo, aut adhuc impugnato, & canonicis electionibus, ac collativa Ordinariorum facultate in ſuo robore manentibus, ulla hujuſmodi Indultorum, ſeù conceſſionum, aut concordatorum, vel promiſſionum veſtigia reperiuntur; ſola enim antiqui Canones Patronorum jura in præſentandis Clericis ad aliquod beneficium promovendis agnoverant, & in Canonicis electionibus ea Principes facultate uti poterant, quam ipſis Lateranenſe Concilium de anno 1122. ſub Calixto II. reliquerat, prout ſuprà retuli *nu.*64.

107. Incæpit Nicolaus V. cum Imperatore Federico III. & Natione Germanica, hujuſmodi contentiones amicabili temperamento componere; nam, cum Germani pro integra in rebus beneficialibus Baſileenſium Decretorum obſervantia tenaciter inſiſterent, ad id tandem unanimi conſenſu deventum eſt, ut in omnibus Eccleſiis, tàm Epiſcopalibus, quàm Abbatialibus maneret Capitularis electio dein à Summo Pontifice confirmanda, aliorumque beneficiorum collatio, exceptis ſpecialiter reſervatis Apoſtolicæ Sedi, inter Summum Pontificem, & Ordinarios alternis anni menſibus divideretur, integra tamen annatarum, & ſervitiorum Jura in proviſionibus faciendis Fiſcus Pontificius obtineret: prout latiùs habetur in concordatis de anno 1448. ad id dumtaxat initis, ut Germani, quantò magis fieri poſſet, à Decretis Baſileenſis Concilii recederent: ſicuti teſtatur Æneas Silvius, tunc Cardinalis Senenſis nuncupatus, qui in iiſdem Germanicis Comitiis interfuit *Epiſtol. lib.*1.*cap.*369. *fol. mihi* 856. quem refert, & ſequitur *Thomaſſinus part.*2.*lib.*2.*cap.*38. *à num.*10. *uſque ad num.* 13. *Spondan. ad ann.*1457.*num.*5. *Raynald. ad eumdem ann. num.* 47. Diverſimodè actum fuit cum Franciſco Sfortia, cujus prima, & ſemper ardua dominationis initia, in Ditione Mediolanenſi à Germanis, Gallis, atque Venetis adhuc oppugnata, illud dumtaxat in rebus beneficialibus ab eodem Pontifice Nicolao exigere potuerunt, ut quæcumque collationes Beneficiorum per Sedem Apoſtolicam fiendæ illis tantummodò perſonis ſuffragarentur, quæ eidem Franciſco Duci gratæ fuiſſent; alioquin ex nunc pro tunc nullius roboris exiſterent: prout conſtat ex ejuſdem Nicolai Apoſtolicis litteris ſub die 1. Aprilis 1450. in quibus reſidet principale fundamentum Apoſtolici, & Regii oeconomatus, hodiè in eodem Mediolanenſi Ducatu vigentis.

108. Ex iiſdem radicibus pullularunt concordata, quæ pariter cum Polonis inita fuiſſe refert *Thomaſſinus par.*2.*lib.*1.*cap.*45. *num.*4. *in fine*, quorum vigore Eccleſiæ Epiſcopales ejuſdem Regni, abrogatis Canonicis electionibus, à Summo Pontifice ad Regis ſupplicationem conferuntur. *Martinus Gromerus de rebus Polon. lib.*25. *fol. mihi* 371. *&* 372. *litt. B. & lib.*24. *fol. mihi* 361. *litt. B.* ubi loquitur de Abbatiis non ſine Regio aſſenſu providendis.

109. Galli ultrà Edictum promulgatum à Rege Carolo VI. de anno 1418. fortiter amplexi ſunt Baſileenſia Decreta, quæ in vim pragmaticæ Sanctionis Rex Carolus VII. anno 1438. licet in aliquibus immutata, obſervari præcepit: nec ab iiſdem, non obſtantibus Eugenii IV. dein Nicolai V. aliorumque Pontificum precibus, & monitis, removeri potuerunt, niſi de anno 1515. ex concordatis Bononiæ celebratis inter Leonem X. Summum Pontificem, & Regem Franciſcum I. in quibus Regi omnium Epiſcopatuum, atque Abbatiarum, alio-

rum-

rumque beneficiorum electivorum nominationes conceſſæ fuerunt, electionibus, expectativis, atque reſervationibus Pontificiis prorſus extinctis, & in reliquis minoribus beneficiis manſit libera apud Ordinarios collativa poteſtas in aliqua parte modificata, quoties eadem beneficia in quatuor menſibus Graduatorum favore dicatis, vacare contingeret: prout etiam accidit intuitu illorum beneficiorum, quæ ab iiſdem Ordinariis ad primas Regis preces conferuntur, juxtà conſuetudinem ab Apoſtolicis Indultis firmatam, de quibus fusè loquitur *Thomaſſ.par.2. lib.1. cap.54.* nec non in illis beneficiis, quæ juxtà Pontificia Indulta poſt concordatorum receptionem obtinent Cancellarius Franciæ, Præſides, & Senatores Parlamenti Pariſienſis, licet jam iiſdem oblatum ſimile Indultum ab Eugenio IV. recuſaſſent, dum ſatiùs tunc viſum fuit, Baſileenſe Concilium, & pragmaticam ſanctionem retinere, ſicuti notat *Thomaſſ. ubi ſuprà nu. 7. verſic.multò ſimilius verò.*

110. Cæterum prædicta majora beneficia quæ Conciſtorialia nuncupantur, ad Regis nominationem, & præſentationem de perſonis idoneis, à Summo Pontifice providenda, annatarum, & minutorum ſervitiorum ſolutionibus obnoxia remanſerunt, & ſola reſervatio quorumcumque beneficiorum in Curia vacantium Apoſtolicæ Sedi relicta eſt, ſicuti plenè conſtat ex Bulla ejuſdem Leonis X. in Concilio Lateranenſi, ipſomet præſente approbata, & confirmata *ſeſſ.* 11. in cujus actis de anno 1516. Bononienſia concordata inſerta reperiuntur, quæ, quamvis in Ducatu Britanniæ, atque Comitatu Provinciæ locum non habeant, prout etiam in aliis Regionibus, quæ ex poſt ad ſupremam Regiæ illius Coronæ poteſtatem pervenerunt; Nihilominùs ibidem fruitur Rex Chriſtianiſſimus jure ſaltem proponendi, ſeù ſupplicandi ad omnia beneficia Conciſtorialia, aut ex jure ſibi unà cum iiſdem Regionibus ceſſo, ſeù ex Pontificiis indultis dein obtentis, quorum omnium tenorem noviſſimè compilavit *Franciſcus Pinſonius in ſuo Invent.Indult.ad tractat.de Jur.Reg.Franc.in benef.Eccleſiaſt.tom.2.*

111. Jam, ut novo juri Pontificio à Supremis Principibus locus daretur, Eugenius IV. paſſim ad ipſorummet Principum preces, Epiſcopales, & Abbatiales dignitates conferebat, prout poſt *Raynaldum ad annum* 1434. *num.* 16. *item ad annum* 1439. *num.*37. *& ad ann.* 1440. *num.2. teſtatur Thomaſſ. part.2. lib.1. cap.45.num.3.* ubi eumdem Pontificem ità loquentem adducit—*ſupplicant nobis Reges Franciæ, Angliæ, & Hiſpaniæ, cæterique pro Prælatorum promotionibus, nobiſque commendant quos utiles, & idoneos credunt: nos exaudimus, quantum à Deo poſſumus, & honore noſtro preces eorum; ubi verò aliter videtur nobis pro commodo, & bono regimine Eccleſiarum, Reges, & Principes acquieſcunt.* Hunc tamen uſum ad ſtabiliendam novi juris in rebus beneficialibus obſervantiam prudentis conſilii fuit ſubſequutis Pontificibus erga eoſdem Principes ſpecialibus concordatis, indultis, promiſſionibus, ſeù conceſſionibus ſtrictiùs aſſerere, plus, aut minus novæ illius diſciplinæ iiſdem Principibus relaxando, aut indulgendo, vel paciſcendo, prout ſua unumquemque eorumdem Principum pietas ſuaſit, aut utilitas adegit, vel neceſſitas aſtrinxit. Hinc ex Indultorum, aut concordatorum diverſitate, ſeù ex variis Sedis Apoſtolicæ placitis, quamvis in toto Orbe Catholico, intuitu beneficiorum Conciſtorialium dumtaxat, recepta fuerit, annatarum, & minutorum ſervitiorum ſolutio nunc ante expeditionem Bullarum facienda: Attamen quoad Cancellariæ Regulas, & alias Pontificias Conſtitutiones à compilatis in Bullario Romano petendas, in quibus tota ferè hodierna

dierna in rebus beneficialibus diſciplinà verſatur ; non eadem ubique ratio habita fuit , & alii alio jure utuntur , atque ex eodem motivo ipſimet Principes à conceſſionibus , ſeù conventionibus Pontificiis jus ſuum metientes , alii nominant , vel præſentant , alii verò ſupplicant , ſeù proponunt perſonas idoneas ad Prælaturas , cæteraque majora beneficia , à Summo Pontifice promovendas, omni quoad effectum diſparitate ſublata , prout reſpectivè ad ſingulos Principes oſtendit Author operis inſcripti—*ſpecimen Juris Eccleſiaſtici : impreſſi Pariſiis anno* 1680.*tom.*2.*in fin.fol.mihi* 215.

112. Ad hoc propoſitum notandum eſt illud , quod in Memoriali expoſito S.M. Urbani VIII. de anno 1633. ab Oratoribus Regis Catholici, ad obtinendam diminutionem , ſeù abolitionem reſervationum , & onerum , quibus ex vulgatis Cancellariæ regulis ſubjacent Eccleſiæ , & beneficia Hiſpaniarum ; Reſpondit nomine, & de mandato ejuſdem Pontificis M. A. Maraldus, tunc Apoſtolicorum Brevium Secretarius *in cap.* 7. ejuſdem Memorialis in illis verbis, quæ hic Italico idiomate, prout Typis Romæ edita fuerunt, referre non piget:

113. *Che le riſerve generali ſono giuſte, poiche il Papa eſt Dominus omnium Beneficiorum, & dicuntur ipſius manualia , e ne può diſporre liberamente a modo ſuo , come Diſpenſatore univerſale del Patrimonio di Noſtro Signore Giesù Criſto : e Sua Maeſtà ne riceve grandiſſimo utile; poiche, medianti quelle, gode il frutto di tanti indulti di nominazione , e preſentazione de' Beneficj, Veſcovadi, ed Abbatìe, che altrimenti toccarìa ad altri.*

Ex quo verborum conceptu manifeſtè convincitur veritas hucuſque inculcata: videlicet omnia indulta , & concordata Pontificia, quibus Nicolaus V. poſt promulgata Synodi Baſileenſis Decreta prudenti conſilio viam aperuit , eam præcipuam cauſam habuiſſe , ut Supremi Principes novo , & externo rerum beneficialium regimini, Clero, & populis inviſo, ipſiſque Principibus præjudiciali, antiquitatis priſcæ diſciplinæ legibus , actualem vim , & durabilem obſervantiam propria auctoritate firmarent.

114. Nullus ſanè inter Supremos illorum temporum Principes arctiori vinculo, quàm Sabaudiæ Dux Baſileenſis Synodi Decretis manebat obſtrictus, quorum Amedeus ab eadem Synodo ad Pontificatum evectus , pars magna fuerat : nec non omnes Epiſcopi , atque non pauci Abbates utriuſque Sabaudiæ , tàm Gallicæ, quàm Italicæ, videlicet Allobroges, & Pedemontani, qui in eodem Concilio intervenerant, & ipſamet Decreta unà cum aliis Patribus unanimiter condiderant , inter quos Archiepiſcopus Tarantaſieñ, Epiſcopi Gebenneñ, Belliceñ, Lauſaneñ, Maurianeñ, Taurineñ, Auguſteñ, Vercelleñ, & Iporedieñ ; Abbates S. Benigni Fructuarieñ, S. Juſti Secuſieñ, S. Michaelis Cluſiñ, recenſentur in actis ipſius Concilii *ſeſſ.* 38. *& ab Hiſtoric. Amed. Pacif. num.*48. *fol.mihi* 117. unde, cum non ſolùm Dux Sabaudiæ , ſed etiam Epiſcopi, & Abbates ejus Subditi prædicta Decreta, non minùs quàm Germani, & Galli amplexati fuiſſent, & ad ea tuenda juſtus, veluti proprii partus, amor impelleret : Non mirum , quòd Nicolaus V. poſt initam cum Germanis conventionem , & fruſtrà tentatam cum Gallis concordiam , neceſſarium duxerit , hoc de rebus beneficialibus diſſidium cum Ludovico Sabaudiæ Duce componere , ad quem effectum, prout ex ipſius Apoſtolicis litteris edocemur , non rogatus , neque requiſitus ſine aliqua præcedenti Ducis Ludovici ſupplicatione , non tamen ſine prævio mutuo tractatu , Cancellariæ Regulas, aliaſque Pontificias Conſtitutiones, adhibito temperamento

to

to modificans, eumdem Ducem Ludovicum certum fecit, ipſique promiſit, ut ad Metropolitanas, Epiſcopales, & Abbatiales dignitates neminem promoveret, niſi habitis priùs intentione, & conſenſu ipſiuſmet Ducis de perſonis ad eaſdem Dignitates promovendis, & quoad alia minora beneficia, nulli conferret, niſi eſſet Subditus ejuſdem Ducis, aut perſona eidem grata, & accepta, prout plenè legitur in prædictis litteris Apoſtolicis, quarum tenorem in ſubſtantialibus adduxi ſuprà *cap.* 1. *num.* 4. *& ſeq.*

115. Ad tuenda Jura ſuæ Regiæ Celſitudinis, opus habui in præcedentibus, eas priſcæ, & recentis in rebus beneficialibus externæ diſciplinæ leges ab alto repetere, ſine quarum cognitione ad unicum illum finem (ſalva ſemper ſuprema Summi Pontificis, & Apoſtolicæ Sedis poteſtate) pervenire non poteram, quem duntaxat habui, ſolemnis hujus Pontificiæ promiſſionis, cui minus rectè, aut conſultò nudi Indulti, aut meræ conceſſionis nomen tribuitur, profundiores radices, & cauſas oſtendendi, quas ſi quis ultrà jam cumulatas ſuprà *num.* 36. *& ſeqq.* æqua mente reſpexerit, exiſtimabit, confluxiſſe ex benigna Pontificum retributione in Regiam Sabaudiæ Domum omnia illa majora privilegia, quæ poterat Apoſtolica Sedes Principibus adeò benemeritis impartiri, ſed effuſæ nimium liberalitari obſtitit eorumdem Principum moderatio, qui maxima meriti, modicis contenti ea ſibi tantummodò tribui maluerunt, ex quibus illæſa Apoſtolicæ Sedis auctoritate in rebus ad Eccleſiaſticam diſciplinam pertinentibus propriæ dumtaxat dignitati proſpiceretur.

116. Nimis tamen grave cunctis videbitur, quòd etiam ab illis, quæ tot meritorum intuitu circa beneficiorum proviſiones Sabaudis Principibus Apoſtolica Sedes promiſit, aut indulſit, ſtudeant adverſantes, ſanctiſſimam Summi Pontificis mentem retrahere, & veritatem luce meridiana clariorem fictilibus umbris obtegendo, non ſinant rem hanc innata claritate gaudere; ſed quoties vacantis Eccleſiæ, & maximè Abbatialis caſus contingit, puriſſimas cryſtallini hujus fontis aquas iiſdem ſemper agitationibus perturbare nitantur, quamvis juſtitiæ, atque æquitati conſonum eſſet illorum intacta jura ſervare, repetitis Apoſtolicæ Sedis promiſſionibus roborata, & maximè, dum hujus facultatis intuitu faciles ſe piiſſimi illi Principes præbuerunt ad omnia illa, quæ Summis Pontificibus placuit in rebus beneficialibus de novo ſtatuere; Nihil autem in hac promiſſione, & ſubſequutis indultis datum fuit Sabaudiæ Ducibus, niſi jus, quo in electionibus Canonicis utebantur, in nominationem convertere, ſicuti reſpectu concordatorum Franciæ notavit *Petrus de Marca lib.* 6. *cap.* 9. *num.* 13. *Cardinalis Sfondratus de regal. Sacerd. in prælud.* §. 1. *verſic. quamvis fol. mihi* 6. ubi pari ratione concludit, Clerum Gallicanum de ſublatis electionibus conqueri non potuiſſe, cum etiam ante concordata Regius conſenſus in eligendis Prælatis neceſſariò adhiberetur.

117. Verùm ne videar hanc cauſam illis dumtaxat fundamentis firmare, quæ licet validiſſima ſint, & in nudo ſenſu veritatis convelli nequeant; Idcircò ut Curialibus, atque Cauſidicis ſatisfaciam, apud quos cuncta ad forenſis trituræ normam reducuntur, & ſolet magis prævalere, quod actum eſt, quam quod agi debuerat, neceſſe habeo ea luculenter oſtendere, ex quibus manifeſtè conſtet Pontificiam promiſſionem, & ſubſequuta Apoſtolica Indulta debitæ expectationi reſpondiſſe, & in illis implicitam ſaltem, & virtualem nominandi facultatem favore Ducis Sabaudiæ ad Epiſcopales, & Abbatiales dignitates exiſtentes in

ejuſdem

ejuſdem temporali dominio contineri; quod in primis ratione, & auctoritate, dein exemplo, & obſervantia demonſtrabo.

CAPUT IV.

Promiſſio Nicolai V. & ſubſequuta Pontificum Indulta, quale jus præbeant ſuæ Regiæ Celſitudini in Proviſionibus Epiſcoporum, & Abbatum, oſtenditur ratione, & authoritate.

118. EX facto quidem jus oritur, ſed exangue, ſi ratione careat; nam apud Juriſprudentes ſola ratio eſt anima legis: Incipiens itaque à ratione, cui cætera in judiciis obtemperant, prout annuit *D. Auguſtinus relatus à Gratiano in cap. ſana quippe* 11.*diſtinct*.9. ipſius vim fundamentaliter conſtituo in legali, & ſano intellectu Pontificiæ promiſſionis, juxta cujus inevitabilem ſignificatum, niſi quis velit contra propriam facti conſcientiam, ſeipſum decipere, fateri cogitur Nicolaum V. Summum Pontificem certum feciſſe Ludovicum Sabaudiæ Ducem, quòd nemini Metropolitanas, Epiſcopales, & Abbatiales dignitates conferret, neque illis de quorumcumque perſonis provideret, niſi habitis prius intentione, & conſenſu ipſius Ducis de perſonis idoneis ad hujuſmodi regimina, ſeù dignitates promovendis, vel de quarum perſonis tales proviſiones eſſent faciendæ. Non potuit enim circà hoc Nicolaus, aut clariùs, aut enixiùs loqui, neque fortiori vinculo Pontificiam Fidem obſtringere, quam in illis verbis, quæ jam ſuprà *cap.* 1.*num*.5. hic denuò repetere non erit inutile, prout jacent in ejuſdem Nicolai Apoſtolicis litteris ibidem:

119. *Præfatum Ducem harum ſerie certum reddimus, & ſibi promittimus, quòd ipſo, & dominio hujuſmodi in integritate dictæ obedientiæ perſiſtentibus, ad quarumcumque Metropolitanarum, vel aliarum Cathedralium, earundem regimina, aut dignitates Abbatiales infra diſtrictum prædictum neminem præficiemus, ſeu illis de quorumcumque perſonis non providebimus, niſi habitis prius per nos intentione, & conſenſu ipſius Ducis, de perſonis idoneis ad hujuſmodi regimina, ſeu dignitates promovendis, vel de quarum perſonis tales proviſiones fuerint faciendæ.*

120. Hoc poſito pro irrefragabili: videlicet, quòd Summus Pontifex, aliqua Eccleſia Cathedrali, aut Abbatiali dignitate in temporali Sabaudi Ducis ditione vacante, teneatur ante proviſionem, ſeù collationem ejuſdem Epiſcopatus, aut Abbatiæ expectare, & habere ante omnia intentionem, & conſenſum Ducis, favore perſonæ idoneæ ad Epiſcopatum, vel Abbatiam ſic vacantem promovendæ, ſeù de qua perſona talis proviſio fuerit facienda: Certiſſimi juris eſt, quòd ipſemet Pontifex nequit rationabiliter de tali Epiſcopatu, vel Abbatia citra manifeſtam datæ fidei, & contractæ promiſſionis infractionem, aliam perſonam idoneam providere, niſi illam, cujus favore ipſemet Dux eidem Pontifici ſuam prius inten-

intentionem aperuit, & proprium conſenſum ſignificavit, & quòd teneatur omninò ſequi intentionem, & conſenſum Ducis, pari, & fortiori ratione, ob quam eidem fas eſt, ſequi voluntatem illorum Principum, quibus, non ſolùm ex promiſſionibus, & concordatis, ſed etiam ex Indultis, & conceſſionibus Apoſtolicis datum eſt nominare, vel proponere, ſeù præſentare, aut ſupplicari pro perſonis idoneis, ad hujuſmodi beneficia Conciſtorialia promovendis.

121. Hæc indubitata Juris concluſio, quam tanquam neceſſarium conſequens ad cauſas, ex quibus hæc ſolemnis Pontificia promiſſio ſuam originem traxit, prout in præcedentibus *cap.* 2. *&* 3. demonſtravi, litteraliter convincitur ex ipſius initæ promiſſionis contextu, ponderando in primis dictionem illam *Niſi*, cujus natura eſt, ut poſtpoſita negativæ, quæ legitur ibidem in præcedentibus verbis, *de quorumcumque perſonis non providebimus*, ponat, & determinet affirmativam in caſu nominato, & excepto. *l. actione* 4. *atque ibi Bart. & alii communiter Cod. de transactionibus, quos cumulat Barboſ. de diction. cap.* 217. *num.* 2. *&* 5. *ubi num.* 9. docet, hanc dictionem relatam ad futurum tempus, eſſe conditionalem, prout etiam quòd ipſius actus faciendi formam importet ibidem *nu.* 10. juxtà tradita per *Oſaſcb. dec. Pedem.* 174. & hæc forma loquendi, adeò enixam diſponentis voluntatem oſtendit, ut reddat actum contrarium de jure impoſſibilem, quia negativa, tanquam malignantis naturæ, magis negat, quàm affirmativa affirmet. *Cardin. Tuſcus litt. N. concluſ.* 26. *ferè per totam, Gratian. deciſ.* 51. *nu.* 6. Quinimò ea eſt vis prædictæ dictionis, quoties præcedit negativa, ut expreſſam in caſu oppoſito conceſſionem inducat, ſicuti docet *Labeo Juris-Conſultus in l. quibus diebus* 40. *§. quidam Titio, ff. de condit. & demonſtr.* ubi tradit idem eſſe dicere, *quas pecunias cuique legavi, eas hæres meus, ſi mater mea moriatur, dato: aut ità, nè dato, niſi mater mea moriatur*; unde infertur idem fuiſſe Nicolao Pontifici dicere—*de quorumcumque perſonis non providebimus, niſi habitis prius per nos intentione, & conſenſu ipſius Ducis de perſonis idoneis ad hujuſmodi regimina, ſeu dignitates promovendis, vel de quarum perſonis tales proviſiones fuerint faciendæ*—ac ſi affirmativè dixiſſet, ſe de illis perſonis idoneis proviſurum, ergà quas haberet præcedentem intentionem, & conſenſum Sabaudiæ Ducis; nam illud dicitur affirmativè expreſſum, quod neceſſariò ſequitur ex propria ſignificatione, & natura ſermonis prolati. *l. Prætor ait* 20. *§.* 1. *ff. de nov. oper. nunciat. ubi Gloſ. in verbo expreſſum, l. ſi nominatim* 34. *ff. de condit. & demonſtr.*

122. Singularem ponderationem meretur adjecta dictio *priùs*, quæ, cùm denotet, & importet prioritatem ordinis, & temporis reſpectu actus faciendi, ſicuti fusè probat *Barboſa dict.* 283. *& dict.* 287. neceſſariò, antequam Pontifex procedere valeat ad ea, quæ præcedunt collationem, ſeù proviſionem, tenetur, in vim prædictæ promiſſionis, implere compactam conditionem, ad quam conventa temporis, & ordinis prioritas refertur, quæ in ſubjecta hypotheſi reſpicit intentionem, & conſenſum Ducis, prout ibidem—*niſi prius habitis per nos intentione, & conſenſu ipſius Ducis*; Etenim ordo præſcriptus ſemper eſt attendendus. *cap. mandato de præb. & cap. penult. de reſcript. lib.* 6. *l. qui pignus C. qui pot. in pign. hab.* & præcipuè, ubi prioritas in ordine, & tempore eſt, prout in caſu noſtro de forma, & ſubſtantia actus. *Cenc. de cenſib. part.* 1. *cap.* 1. *quæſt.* 4. *art.* 2. *num.* 12. *Oſaſcb. deciſ.* 165. *num.* 16. nam forma eſt de genere indiviſibilium. *l. ſi veritas C. de fideicomm. Barboſ. axiom.* 100. *num.* 3. *&* 14.

123. Huic noſtræ concluſioni lucem meridiana clariorem affert verbum il-

F lud

lud ablativum *habitis*, quod ex ſuimet natura formam, & conditionem importat. *l.1.in verbo ſcriptura interveniente*, & ibi *Gloſ.Cod. de Jur.emphyt. Ludoviſius*,& ibi addentes *deciſ.*36.quæ ſupponitur jam de facto verificata.*l.habere* 188. *de verb.ſignific.* Aliud enim eſt, quòd quis teneatur activè implorare, aut petere conſenſum alterius:aliud quòd quis promittat aliquod non agere,niſi paſſivè,habito priùs conſenſu alterius; Nam Summus Pontifex, promittendo, quòd aliquem non promovebit, niſi habitis priùs per eum intentione, & conſenſu Ducis, efficitur quodam modo debitor in illa parte ipſius Ducis; unde tenetur hunc conſenſum obtinere.*vulgata l.debitor, ff. de verb.ſignific.* quia in hoc caſu formalis hæc præambula neceſſitas,ſeù conditio ex parte Pontificis implenda,non conſiſtit in petendo, vel requirendo, ſed in obtinendo, aut habendo Ducis intentionem, atque conſenſum, prout ibidem–*de quorumcunque perſonis non providebimus, niſi habitis priùs per nos intentione, & conſenſu ipſius Ducis de perſonis idoneis ad hujuſmodi regimina, ſeù dignitates promovendis, vel de quarum perſonis tales proviſiones fuerint faciendæ.*

124. Idem fortiùs convincitur ex genuino, & naturali ſignificatu illius verbi *intentione*, juxta quem,cùm ab intentione, quam Ariſtoteles propoſitum nuncupat, omnes actiones ſuam primævam originem ducant, ex eodem *Philoſopho lib.6.Ethicor.cap.2.* Hinc voluntas nihil moliri poteſt, aut exequi, niſi ex præviæ intentionis impulſu. Eſt enim intentio omnium actionum principium, propoſitum, & conſilium, ex qua motio naſcitur, itàut voluntas nihil penitùs agat, niſi ex prævia intentione, ſivè propoſito finem ſibi præfixerit: neque ab Ariſtotelis doctrina lōgè diſtant Juris-Conſulti veram philoſophiam profitentes, qui intentionem pro petitione accipiunt, ut ſunt *Textus in l. 2. in princip.ibi–quod in intentionem, condemnationemve deductum eſt–juncta Gloſ. in verbo condemnat, circa finem, ibi–ideſt dicere condemnationis petitionem–ff. de except. & in l.2. Cod. ubi in rem actio exerc. deb. ibidem–actoris intentiones excipiat–cap. quoniam,§. quod ſi ſuper rebus ſub tit.ut lit.non conteſt. ibid.–actoris intentionem excipiat–Alberic. de Roſat. in ſuo Dictionar. Jur.litt.I. verſic. intentionem ſuam, ideſt petitionem.*

125. Cùm itaque Summus Pontifex,ex cauſa collationis faciendæ, deſignationem perſonæ providendæ Sabaudi Ducis intentioni reliquerit, nulla collationi via aperitur, præfata intentione nondum exiſtente, & movente,niſi quis velit in eadem collatione,ſeù inſtitutione ordinem neceſſarium inverti, quem natura, & ratio in omnibus ſervant; Ordo autem inverteretur, ſi executionem inſtitutionis intentio minimè præcederet, quæ ſicuti generaliter, in aliis eſt omnium agendorum origo, ità hujus proviſionis faciendæ debet eſſe principium, petitio, & regula, quæ omnia quamlibet Pontificis propoſitionem de perſonis providendis Duci priùs faciendam excludunt; ultrà quod idealis hæc, & nunquam apud Apoſtolicam Sedem intellecta in proviſionibus beneficialibus ſubauditio maximam in puncto contractæ promiſſionis pareret abſurditatem.Etenim, cùm propoſitio priùs facienda loquatur de perſonis idoneis, videretur Pontifex judicium idoneitatis Duci ſubmittere, & ex ea nihil niſi indecorum Pontificiæ Majeſtati oriri poſſet; nam, dum Pontifex de neceſſe tenetur habere Ducis intentionem, atque conſenſum, poſſet ſemper ipſemet Dux ad libitum diſſentire. Quòd ſi ad formandum prævium Ducis conſenſum alterius perſonæ in unum

ſenſus

ſenſus requiratur , id referri nequit, niſi ad perſonam ab eodem Duce in intentione habitam, cujus voluntatem explorare omninò debuit, antequàm favore ipſius Pontifici propriam intentionem declararet, ne ipſa intentio deſtituta conſenſu favore providendi in irritum caderet : neque aliter denotant illa verba, ad quæ conſenſus iſte dirigitur, ibidem : *De perſonis idoneis ad hujuſmodi regimina, ſeu dignitates promovendis, vel de quarum perſonis tales proviſiones fuerint faciendæ.* Summus namque Pontifex quoad intentionem, atque conſenſum prius à Principe habendum, gerit ſe merè paſſivè, juxtà infrà notanda in verbo *habitis*. Siquidem Principis deſignatio procedens ex prævia intentione, atque conſenſu, non importat integram, & abſolutam nominationem, ſed efficacem dumtaxat diſpoſitionem ad conceſſionem, ſeù proviſionem neceſſariò à Summo Pontifice faciendam, quoties perſona priùs deſignata ſibi idonea videatur. *cap. tranſmiſſæ 31. ſub tit. de jurepatronat.* quod ſingularitèr recenſuit *Pinſon. de regal. tom. 1. cap. 8. nu. 4. in fine*, ubi notat, quòd præcedens nominatio, ſeù conceſſio ponitur pro conſenſu.

126. Nec alterius intentioni hìc ratio aliqua haberi poteſt; cùm munus exequendi, & inſtituendi, ſibi ſolùm Pontifex reliquerit, data Duci facultate intendendi ergà perſonam idoneam, cujus proinde petitioni, ſeù propoſito acquieſcere debet, ut morem gerat intentioni, de qua in promiſſione, à qua recedere minimè poteſt citrà ipſius promiſſionis infractionem, niſi ad alienum ſenſum verba ipſa trahantur, & intentionis vis, atque efficacia eludatur; Inutiliter ſiquidem promiſiſſet Pontifex Ducis intentionem expectare, ſi nullum pareret effectum; alium autem habere non poteſt, niſi movere Pontificem, ad inſtituendam perſonam illam idoneam, ergà quam ejuſdem Ducis intentio præceſſit, quæ verificari nequit poſt ſequutam inſtitutionem; nam intentio de ſui natura eſt deliberativa; unde verſari non poteſt circa præterita, ſicuti monet *Philoſophus lib. 6. Ethic. cap.* 3. Nec enim quiſquam de præteritis deliberat, ſed de futuris, iiſque omnibus, quæ fieri poſſunt.

127. Tenebatur quidem Pontifex, in vim ſuæ promiſſionis, ſequi præviam Ducis intentionem, tanquam cauſam motricem, & moraliter impulſivam, ſed indeterminatè, & ſecundùm quid, non autem ſimplicitèr, & abſolutè : videlicet quatenùs ea ad perſonam idoneam dirigeretur, prout præſeferunt illa verba ibid. *de perſonis idoneis*; Unde ad hoc, ut nominatio perſonæ providendæ ſuum non ſolùm in intentione principium, ſed etiam in executione finem, & implementum à Ducis perfecta voluntate conſequeretur : Juremeritò voluit ultrà præviam intentionem ex ſe inefficacem, etiam ipſius Ducis conſenſum exigere ibid. *niſi habitis priùs intentione, & conſenſu.* Etenim intentio tanquam propoſitum, & petitio Ducis ex ſe ſola ſubſiſtebat in animo Principis, neque admittebat alienæ voluntatis conſortium; quapropter in ſolo ipſius intentionis adimplemento cadere potuit ſociata Pontificis, & Ducis voluntas, ideſt conſenſus, cujus natura, & proprietas eſt duorum ſaltem ſenſum ſimul unire. *cap. 1. §. conſenſus, cauſ. 29. quæſt. 1.*

128. Nulla quidem Duci Sabaudiæ præfigitur in hac ſolemni promiſſione forma individualis, juxtà quam debeat ſuam voluntatem ſignificare favore illius perſonæ, quam intendit, & conſentit, ad Epiſcopatum, vel Abbatiam promoveri: ſicuti poſt ſubſequuta inter Leonem X. & Franciſcum I. Galliarum Regem concordata, cæperunt Pontifices ſpecialiter exprimere in ſuis conventionibus, aut

indultis favore Supremorum Principum, quorum aliis datum fuit, hac facultate uti per viam nominandi, vel præſentandi: Aliis verò per modum ſupplicandi, aut proponendi. Verumtamen in hac etiam parte Nicolaus antiquam, & uſque tunc ſervatam à Sacris Canonibus formam retinens favorabiliùs ſe geſſit ergà Ducem Sabaudiæ, dum exigens ab eodem in terminis generalibus præcedentem intentionem, atque conſenſum, generalem etiam; & indefinitam exprimendæ propriæ voluntatis formam ipſius Ducis arbitrio commiſit; nam nominare, proponere, præſentare, eligere, aut ſupplicare, nihil aliud in ſubjecta materia ſunt, quàm intendendo, & conſentiendo, præviam voluntatem ſignificare, de qua perſona proviſio fuerit à Summo Pontifice facienda. *Lambertinus de jur. patronat. part.1.lib.2.quæſt.1.art.1. Corraſius de Benefic. part.4. cap.1. Anaſtaſius Germonius in Paratil.Decret.ſub tit.de jur. patronat. lib. 3. tit.*38. undè parum refert, quibus verbis iſta voluntas exprimatur; nam leges, & pacta, non verbis, ſed rebus imponuntur, quod adeò verum eſt, ut Sacri Canones jus Electorum, & Patronorum in deſignandis perſonis ad beneficia electiva, & collativa reſpectivè promovendis, ut plurimùm ſub nomine præſtiti cōſenſus expendant, atque ſignificent. Ità apud *Gratianum diſtinct.60. cap.13. & diſtinct.63. cap.6. cum concordant. de quibus ſupra num.43. & in libris Decretalium ſub tit. de jur. patron. cap.20. & cap.* 30. Nam ſi attentè jus canonicum à Gratiano compilatum, & Pontificiæ Decretales legantur, atque inſpiciantur, nulla ibidem ſit mentio de jure nominandi, ſed illi dumtaxat actus recenſentur, ex quibus deſiderium, votum, intentio, atque voluntas Patronorum, aut Eligentium oſtendatur; unde oritur nominatio, licèt imperfecta; nam, ut ſupra dictum eſt, pro ſui executione, & implemento in eo, quod reſpicit idoneitatem perſonæ præſentatæ, aut oblatæ, ſeù deſignatæ, judicium Collatoris expoſcit.

129. Ita propemodum occurrit in primariis illis precibus, quas Summi Pontifices ab antiquis temporibus Imperatori, & Chriſtianiſſimo Regi conceſſerunt, in quibus, cùm ante collationem præcedere debeat ergà perſonam providendam conſenſus Imperatoris, vel Regis, idem jus agnoſcitur, quòd præberet expreſſa nominandi facultas. *Pinſon. de regal. tom.* 1. *cap.* 11. *& ſequentibus*. Et hanc veritatem probant compacta Cardinalium in conclavi electionis Pii II. *Thomaſſin.de Benefic.part.2.lib.2.cap.35. num.* 10. *Odericus Raynaldus ad annum* 1464. *nu.*65. atque aliud compactum ſimile in Bulla Pauli IV. quæ habetur penès *Pinſon.tom.2.fol. mihi* 1261. neque diverſimodè ſervatur ergà S. R. E. Cardinales in beneficiis vacantibus per obitum ſuorum familiarium: quamvis juxtà vetus Pontificium indultum à Gregorio XI. inchoatum, de quo in regulis Cancellariæ *cap.* 32. ipſis non competat, niſi facultas prævii conſenſus ergà perſonas de hujuſmodi beneficiis providendas: & ex eadem ratione receptiſſimi juris eſt, prævium Patroni conſenſum habere vim nominationis, & præſentationis, prout etiam quòd poſſeſſionem præſentandi conſervet. *Rota in recent. part.4.deciſ.261.num.3. & deciſ.482. num.5. & part.5. deciſ.290. num.7.* atque alibi paſſim. *Cardin.de Luca ſub tit.de jur.patron.diſcurſ.9.nu.3. item diſcurſ.63. num.11. & num.* 28. Nam illa neceſſitas formalis prævii conſenſus ergà perſonas ad aliquod beneficium promovendas continet in ſe virtualiter, & implicitè verum jus nominandi, ſicuti diſtinguendo tacitum ab expreſſo annuit *Loterius de re benefi.lib.2.quæſt.15.num.*30.

130. Hanc noſtram concluſionem in debilioribus terminis irrefragabilem

efficit

Digitized by Google

efficit communis illa Canoniſtarum traditio, ex qua habemus, quòd, quoties in beneficiis tàm electivis, quàm collativis requiritur formaliter alicujus conſenſus, intuitu perſonæ providendæ, tunc Collator, ſeù Eligens tenetur non ſolùm talem conſenſum habere, ſed etiam neceſſariò ſequi, prout diſtinguendo conſilium à conſenſu probant *Gloſæ in cap. cum in veteri 52. in verbo expectatum, ſub tit. de elect. in cap. venerabili 37. in verbo conſilio de off. Jud. deleg. & in cap. unico, §. cum verò, in verbo aſſenſu ſub tit. ne Sede vacant. lib. 6. cum concordant.* Docent *Cardinalis Hoſtienſis in cap. cum in veteri 52. ſub tit. de elect. num. 4. in illis verbis ibidem: – Item ſi requirendus eſt conſenſus in tractatu de ſpeciali mandato Papæ, hoc fieri debet, puta quoniam mandat, quod ſine conſenſu talis non eligant, in quo caſu neceſſe eſt, quòd ante electionem in perſonam conſentiat eligendam – & in cap. cum olim 7. ſub tit. de arbitris num. 4. ibid. – Si aliquod debeo facere cum conſenſu alterius, niſi voluntatem ſuam habuero, nihil poſſum; ubi verò de conſilio alicujus, ſufficit, quòd hoc requiram, & expectem congruo tempore, ſed ſequi non teneor – Abbas Panorm. ſuper eod. cap. cum in veteri num. 12. ibid. – Secus eſt, ſi quis tenetur habere conſilium, & conſenſum, ſed conſenſum tantùm; quia tunc oportet ſequi illius conſenſum – Petrus de Ancarano in cap. cum olim de arbitris nu. 4. verſ. venio*, ubi ait, quòd, ant dictum fuit, quòd cum conſilio tenerentur eligere, aut cum conſilio, & aſſenſu: primo caſu tenentur Electores conſilium requirere, ſed non ſequi: ſecundo caſu tenentur requirere, & ſequi. *Ægidius Bellamera in eod. cap. cum olim num.* 11. ubi diſtinguendo docet, quod quoties electio eſt celebranda de licentia alterius, non requiritur ejus præſentia, ſed ſufficit petere ejus licentiam; ubi verò eſt conſilium requirendum, tunc requiritur ejus conſilium, & in ipſo tractatu electionis faciendæ eſt requirendum, & congruo tempore expectandum, ſed de neceſſitate non eſt ſequendum; ubi autem conſenſus requiritur de conſuetudine tantùm, reſtringitur talis conſuetudo tanquam odioſa, & fit interpretatio, quòd requiratur poſt electionem jam factam: ſed, ſi de ſpeciali mandato Papæ conſenſus alicujus requiratur, & ſit dictum in mandato, quòd ſine conſenſu alicujus non eligant, neceſſe eſt, quòd ante electionem in perſonam conſentiat eligendam: quam diſtinctionem valdè notandam ſequitur *Butrius in eod. cap. cum olim num.* 18. *Joannes Andreas num.* 19. *Gonzalez Telles in citat. cap. cum in veteras de elect. num. 4.* ubi diſtinguendo conſilium à conſenſu concludit, quòd, ſi quis tenetur aliquid facere cum conſenſu alterius, & petere, & ſequi cum debet, qui verò de conſilio, illud tantùm requirere, non autem ſequi. *Guilhelmus Benedic. in cap. Raynutius in verbo Uxorem, de teſtament. deciſ. 2. num. 80. & ſeqq. Henricus Boſch. ad cap. nobis 25. de jur. patron. num. 12. Hieron. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. gloſ. 46. num. 80. & 81. & gloſ. 47. num. 1. uſque ad nu.* 10. quod idem ſentiunt unanimiter Cæſarei Juris Interpretes poſt *Bartol. in l. 1. §. ſi plures nu. 7. ff. de exercit. act.* nam conſenſus, & voluntas idem ſunt in caſu propoſito *l. 2. §. voluntatem, ff. ſolut. matr. l. fin. §. neceſſitate Cod. de bon. quæ lib.* & collatio, quæ fieri nequit ſine prævio alterius conſenſu, libera dici nequit, ſed omninò neceſſaria reſpectu perſonæ idoneæ promovendæ. *Gloſ. in clement. dudum, §. ſi verò in verbo liberè de ſepulturis, Abbas in cap. de multa num. 3. de præbend. Loterius de benefic. lib. 2. qu. 15. num. 17. Gonzalez ubi ſupra gloſ. 45. num. 10. & gloſ. 47. nu. 4.*

131. Non deſunt ſanè caſus, in quibus conſenſus, quamvis ab aliquo requirendus, non tamen eſt neceſſariò ſequendus, prout accidit, quando ex natura rei, de qua agitur, ſumendus eſt potiùs pro conſilio; vel ſi exigatur non ex pa-

ſto, vel privilegio Pontificio, ſed ex conſuetudine læſiva liberæ collationis: aut ſi requirendus ſit poſt electionem, vel nominationem, ſicuti animadvertunt Canoniſtæ ſupra laudati, & ſingulariter *Abbas in cap. cum terra 14. nu. 1. de elect.* Poteſt etiam conſenſus in actu, vel ante actum à lege, vel Statuto requiſitus quandoque ſuppleri à Superioribus Juriſdictionem habentibus, ſi ſine juſta cauſa negetur; ſed hoc locum habet quoties adhibendus eſt non tanquam in re propria, ſed ut contrahentium ſexus, vel ætatis imbecillitati proſpiciatur, ut notat *Abbas in cit. cap. cum in veteri num. 23. cap. nullus 17. & ibi Canoniſtæ de jur. patron. l. cum non ſolùm, §. neceſſitatem, ubi Civiliſtæ Cod. de bon. quæ lib. Lambertinus de jur. patron. lib. 1. part. 2. quæſt. 1. art. 20. Selva de benef. part. 1. qu. 6. nu. 42.* Quinimò etiam negligi poteſt, quando ille, cujus conſenſus etiam ante actum; & pro ſuo intereſſe exigendus eſt, intrà conſtitutum à lege, vel pacto tempus; ſuam voluntatem non declarat, prout occurrit in caſu, quem determinat Imperator *in l. fin. Cod. de jur. emphyt.*

132. Cæterum in ſubjecta facti ſpecie, ubi Pontifex ſibi ipſi in vim contractæ promiſſionis præviam, & paſſivam habendæ intentionis, atque obtinendi conſenſus à Duce Sabaudiæ neceſſitatem impoſuit, de perſonis idoneis ad Epiſcopales, vel Abbatiales dignitates in ſuo temporali dominio promovendis, nulla poteſt cadere rationabilis dubitatio, quòd non teneatur ſequi Ducis voluntatem; nam arbitrium Papæ non verſatur, ſtante dicta promiſſione, ſimpliciter circa perſonam, ſed dumtaxat in ordine ad idoneitatem: ità ut ſi perſona minùs idonea à Principe proponeretur, ab eodem Pontifice monendus eſſet Princeps, non autem ſequendus; nam judicium idoneitatis ad eum pertinet, ad quem ſpectat manus impoſitio. *cap. venerabilem 34. de elect.*

133. Removetur omne dubium circa prædicta, dum Nicolaus in illa ſolemni promiſſione, & ejus Succeſſores ſtatuerunt, aliter factas collationes, & proviſiones, fore invalidas, & nullius momenti: ità ut, tàm ipſe Dux, quàm ejus Subditi illis parere, ſine aliquo cēſurarum periculo, non teneantur; quinimò ipſis etiam fortiter reſiſtere valeant. Huic autem contraventioni daretur locus, quoties Pontifex, poſt præcedentem intentionis, atque conſenſus præſtationem, quam obtinere, ſeù habere in primis tenetur à Duce ergà perſonam promovendam, dein eamdem Epiſcopalem, vel Abbatialem dignitatem de alia perſona provideret: ultrà quod inita promiſſio ad nihilum redigeretur, atque illuſoriè dediſſet Sabaudo Duci arundinem vacuam, quoties non teneretur ſequi voluntatem ipſiuſmet Ducis; nam etiam in liberis collationibus non cogitur Princeps ad acceptandam deſignationem Prælati ſibi ſuſpecti, aut inviſi, ſeù de quo aſſerat ſe confidere non poſſe. *cap. cum terræ in fin. de elect. cap. quod ſicut eod. tit. cap. lectis diſtinct. 63. Selva de benefic. part. 2. quæſt. 29. num. 5. & ſeqq. Paulutius in ſua Juriſprud. Sac. lib. 2. cap. 16. num.* 8. & ad idem cogit diſcretiva locutio, in qua immediatè Pontifex promiſit, alia minora beneficia non providere, niſi de perſonis idoneis, quæ eſſent de locis Ditionis ipſius Ducis, aut ſibi gratæ, vel acceptæ de aliis locis oriundæ; unde è contra manifeſtè convincitur, quòd in Epiſcopatibus, & Abbatiis, de quibus loquutus fuerat in prima parte ejuſdem promiſſionis, voluit reſervare collationem intentioni, & conſenſui ipſiuſmet Ducis, & de illis providere juxtà propoſitionem, & ſupplicationem ab eodem Duce faciendam. *Corraſ. de benef. part. 4. num. 63. Covarruv. pract. quæſt. cap. 36. num. 4.* aliàs diſcretiva illa locutio confunderetur contrà illud, quod docent communiter DD. *in l. unic. §. ſin autem C. de caduc. tollend.*

134. In-

134. Inconvincibiles rationes hucuſque in hoc capite allegatæ,ad intentum noſtrum traxerunt Scriptores de hac Nicolai V. promiſſione, & Pontificiis indultis ſpecificè loquentes, inter quos ſupereminet authoritas Sacræ Rotæ Romanæ penès Jacobum Cardinalem de Puteo, maximum Nicienſis Patriæ decus. *deciſ.*25. *lib.*2. *lata ſub die* 18. *Maji* 1543. ubi deciſum fuit, litteras Apoſtolicas Nicolai V. favore Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ non comprehendere in illa dictione *De aliis*, Parochiales reſervatas, ſed dumtaxat Eccleſias Cathedrales, & Monaſteria conciſtorialia, in quibus concludit Rota, voluiſſe præſervare conſenſum Ducis, quo poſito ſubintrant prædictæ rationes, ex quibus talis conſenſus eſt de neceſſitate ſequendus.

135. Hanc veritatem agnovit Cardinalis de Oſſat *lib.*8. *epiſt.*301. ad Villaregium, in illis verbis, quæ Eminentiſſimis D.D. meis ſæpius attuli, & hic referre litteraliter à Gallico idiomate ad Italicum non piget:

136. *Voi vederete, conforme la prima conceſſione di queſti Indulti fù fatta da Niccolò V. a Ludovico Duca di Savoja, dipoi confermata, e continuata da Siſto IV. Innocenzio VIII. Giulio II. Leone X. Clemente VII. Giulio III. Gregorio XIII. e dal Papa Clemente VIII. oggidì regnante. Li detti Indulti non danno al Duca di Savoja la facoltà eſpreſſa di nominare, e così la Santa Sede non hà fin' ora in virtù de i medemi ricevute le loro nomine, ma hà ſempre proviſto puramente, e ſemplicemente a i beneficj de' ſuddetti paeſi: In quanto però allo ſtile, e maniera di parlare delle Bolle Apoſtoliche; Ma bensì contengono li ſuddetti Indulti una coſa, come equipolente al diritto di nominare, qual'è in ſomma, che il Papa non proveder à ogli Arciveſcovadi, Veſcovadi, ed Abazìe delli ſuddetti Paeſi, ſenza aver avuto primieramente l'intenzione, ed il conſenſo del Duca, nel toccante le perſone capaci, che doveranno eſſer proviſte, come anche ne' tre Priorati di Talloira, Ripaglia, e della Novaleſa, e della Prepoſitura di Montegiove; Ed in quanto alle più grandi dignità delle Chieſe Cattedrali dopo la Pontificale, ed alli Priorati Conventuali, come anche a gli altri beneficj riſervati, per le Regole della Cancellarìa di Roma, alla diſpoſizione della Santa Sede, il Papa le proveder à di perſone capaci, native delle Terre, e Signorìe del medemo Duca, ma non di altri: ſalvo foſſero grati all'iſteſſo Principe, altrimente le proviſioni Apoſtoliche ſaranno nulle in tutti li caſi, come ſopra ſpecificati.*

137. Oſſatum ſequitur eruditiſſimus Ludovicus Thomaſſinus *de Beneficiis part.*2. *lib.*2. *cap.*40. *num.* 11. ubi etiam aſſerit, licèt propriè jus nominandi non fuerit à Pontificibus indultum Sabaudis Ducibus, & ideò nulla in Bullis mentio fiat de nominatione Ducis; Attamen ad idem penè rem redire, cum ſpoponderint Pontifices non conferre Epiſcopatus, & Abbatias, niſi habitis priùs intentione, & conſenſu Ducum -- *Lipomanus in ſua relatione Senatus Veneti, quæ habetur in Theſauro politico fol. mihi* 418.

138. In idem conſentit Franciſcus Pinſonius, inſignis in Curia Pariſienſi cauſarum Patronus, in ſuo tract. Gallico idiomate Pariſiis impreſſo anno 1688. de Regalibus, & Juribus Regis Franciæ ſuper beneficiis Eccleſiaſticis *tom.* 1. *cap.* 14. *num.* 10. *&* *num.* 41. *& fuſiùs tom.*2. *à fol. mihi* 941. *uſque ad fol.* 999. ubi inſeruit conſultationem in hac materia editam à Præſide Chriſtophoro Fauſſono, & omnes prædictas Apoſtolicas Conſtitutiones emanatas in favorem Regiæ Sabaudiæ Domus, videndus præcipuè *fol.* 955. & in obſervationibus ad eadem Pontificia compacta, & indulta *fol. mihi* 997.

139. Idem

139. Idem jus agnovit Joannes Corraſius Juris-ConſultusTholoſates, quem recollegit author operis inſcripti–*ſpecimen Juris Eccleſiaſtici*–Typis editi Pariſiis anno 1680. *tom. 2. in fin. fol. mihi* 215. ubi referens Indulta Apoſtolica ergà Supremos Principes in nominandis Epiſcopis, & Abbatibus, de Duce Sabaudiæ *fol.* 220. loquitur hiſce propemodum verbis:

140. *Hoc idem ſervatur in Ducatu Sabaudiæ, & Principatu Pedemontano; ubi Dux Sabaudiæ, etiamſi jus habeat nominandi, & præſentandi à multis annis, & confirmatum à Clemente VIII. quæ nominatio, & præſentatio tranſmittitur ad ſuum Oratorem in Romana Curia commorantem; de ea tamen nulla ſit mentio in Bullis; Nihilominùs Orator ipſe ſubſcribit huic nominationi, ſeù præſentationi, ſine qua Cardinalis protector illius Principis non proponeret in Conſiſtorio Eccleſiam, ſeù Monaſterium ejuſmodi; neque ipſi Eccleſiæ, ſeù Monaſterio provideretur, attento quòd Pontifex non ſolet providere Eccleſiis, aut Monaſteriis Ditionum illius Principis abſque expreſſo conſenſu, aut expreſſa ipſius nominatione, etiamſi neutrum appareat in Bullis.*

141. Iſtis accedunt Antonius Faber, magnum Juriſprudentiæ luminar, in hujus veritatis teſtem adductus à *Cardinale Oſſato epiſt.* 260. *lib. 7. fol. mihi* 574. & demum Gottofredus à Bavo, meritiſſimus olim Sabaudiæ Protopræſes, in ſua praxi criminali *lib. 1. impreſ. de anno* 1615. *quæſt.* 16. *ex num.* 110. ubi referens Jura regalia competentia Sabaudiæ Ducibus, illud præcipuè recenſet, ut in electionibus Prælatorum, ideſt Epiſcoporum, Abbatum, & Prioratuum, tàm Sabaudæ, quàm Pedemontanæ Regionis, interveniant conſenſus Principis, ſeù ipſius nominatio, citrà quæ non attenditur proviſio Summi Pontificis, aſſerens, ità ſemper fuiſſe practicatum, ibi–*in electione Prælatorum requiritur Ducis conſenſus in ſcriptis, ſine quo non habet locum electio Pontificis*: & paulò infrà: *quorum numerus eſt ingens, qui omnes fuerunt electi, & nominati à Sereniſſimo Duce, & ejus Prædeceſſoribus à primo uſque ad ultimum.*

142. Non minori authoritate hanc veritatem evincit ſempèr magni facienda hiſtorica fides, juxtà quam hoc jus nominandi, tanquam indubitatum, poſt emanatam à Nicolao V. promiſſionem Sabaudiæ Ducibus aſſeritur in hiſtoria genealogica Sabaudiæ ultimo loco edita ab Equite Samuele Guicenonio *tom.* 1. *cap.* 11. *fol. mihi* 95. *ibidem* ex gallico idiomate, quod Italicè ſonat, prout ſequitur:

143. *Li Sovrani Pontefici, in conſiderazione de i grandi ſervizj reſili da quei Principi, li hanno accordato Privilegj molto riguardevoli, fra' quali, che Sua Santità non potrà provedere li Arciveſcovadi, Veſcovadi, ed Abbazìe di Savoja, e del Piemonte, come anche li Priorati di Talloira, Ripaglia, della Novaleſa, e della Prepoſitura di Mongiove, ſenza aver avuta primieramente l'intenzione, ed il conſenſo del Duca nèl toccante le perſone da provederſi: il che è una coſa equipolente al diritto di nominare, che hanno i Rè di Francia; Ed in quanto alle maggiori dignità delle Chieſe Cattedrali dopo le Pontificali, ed alli Priorati Conventuali, ed altri beneficj riſervati per le regole della Cancellarìa di Roma alla diſpoſizione della Santa Sede, il Papa ne provede di perſone capaci, ma native delle Terre, e Signorìe del medemo Duca, e non d'altre, ſalvo ſiino del gradimento del Duca, altrimente le proviſioni Apoſtoliche ſiino nulle.*

CA-

CAPUT V.

Hoc idem Jus, favore ſuæ Regiæ Celſitudinis, exemplo, & obſervantia comprobatur.

144. ALlegatis rationibus, atque authoritatibus, etiam exempla concordant, tantò digniora imitatione, quantò excellentiora, prout fuit illud emanatum à Leone X. ſub die 9. Julii 1515. ergà Carolum, tunc Archiducem Auſtriæ, dein Romanum Imperatorem, & Hiſpaniarum Regem: quod, licet expreſsè coarctatum ad ejus vitam, & intrà limites Galliæ Belgicæ, nihilominùs, circà formam ſervandam in proviſionibus, & collationibus beneficiorum, legitur iiſdem verbis conceptum, & in nihilo diſcrepans à promiſſione Nicolai V. quam ipſemet Pontifex Leo X. paulò ante, videlicet ſub die 16. Junii ejuſdem anni 1515. innovaverat, & ampliaverat favore Caroli III. Sabaudiæ Ducis; ſiquidem ignorare nequeunt Officiales Datariæ eumdem Carolum Archiducem, ad mentem ejuſdem Indulti, ſemper admiſſum fuiſſe ad nominationem, per viam ſupplicandi, & proponendi, omnium Abbatiarum in Belgio: dein, vigore extentionis obtentæ à Clemente VII. etiam in Comitatu Burgundiæ exiſtentium: & idem ex conceſſione Leonis X. ſervatum fuiſſe in favorem Principiſſæ Margaritæ, viduæ relictæ à Philiberto Duce Sabaudiæ, jus ſuum habentis ab eodem Carolo ejus fratre; neque diverſimodè actum ergà Regem Hiſpaniarum Philippum II. Caroli Patris, in prædictis Galliæ Belgicæ, & Comitatus Burgundiæ Regionibus Succeſſorem ex renovatione ejuſdem Indulti, cum prædictis reſtrictionibus, habita à Pio IV. de anno 1560. & à Gregorio XIII. de anno 1582. atque à Sixto V. de anno 1589. prout etiam favore Archiducis Alberti, & Iſabellæ-Claræ-Eugeniæ, Hiſpaniarum Infantis Conjugum, vigore Indulti, quod poſt ceſſionem iiſdem factam à prædicto Rege Philippo II. obtinuerant anno 1600. à Clemente VIII. quod idem omnibus notum eſt, obſervatum fuiſſe ad favorem Philippi IV. ex novo Indulto Urbani VIII. de anno 1640. & hodie adhuc vigere ergà Catholicum Regem Carolum II. quinimò, cùm ex tractatibus Aquiſgrani, & Neomagii aliquæ Regiones Belgii, & integer Comitatus Burgundiæ devenerint ad ſupremum dominium Regis Chriſtianiſſimi, conſequutus eſt etiam ipſemet Rex aliud ſimile Indultum ad ejus vitam, & intrà eaſdem Regiones, expreſsè limitatum à ſan. mem. Innocentii XI. quod legitur ſub die 20. Maji 1686.

145. Tantum abeſt, quòd hoc Pontificium Indultum à Leone X. primo loco, favore Archiducis Caroli cum prædictis coarctationibus, ut ſuprà, conceſſum, atque ſucceſſivè uſque nunc renovatum ergà omnes, tàm univerſales, quàm particulares, in ipſiſmet dominiis ejuſdem Caroli, ſivè in toto, ſivè in parte Succeſſores ſemper uſque ad præſentem diem ipſorum favore, certum, & indubitatum jus nominandi ad mentem earumdem conceſſionum per viam ſupplicandi, & proponendi perſonam idoneam ad Abbatiales dignitates promovendam non dederit: ut immò Gregorius XIII. in quodam Brevi epiſtolari ad Archiepiſcopum Cameracenſem ſub die 3. Aprilis 1579. hoc jus nominandi, tanquam ſatis expreſſum in iiſdem Indultis, ex neceſſitate præcedentis intentionis, atque conſenſus,

Digitized by Google

agnoverit: quæ dein ipſemet Pontifex ſub eodem verborum conceptu, ut ſuprà dictum eſt, renovavit ſub die 26. Septembris 1582. nec Sixtus V. in præmemorato Brevi Apoſtolico ſub die 31. Martii 1589. aliquam inter nominationem, & præcedentem conſenſum differentiam conſtituit; unde loco inſerendi illa verba in omnibus Apoſtolicis indultis uſque tunc adhibita *niſi præviis intentione, & conſenſu*, illo unico vocabulo uſus eſt *niſi prævia nominatione*: ex quibus Pontificiis oraculis manifeſtè convincitur, converti inter ſe jus nominandi, & neceſſitatem præcedentis intentionis, atque conſenſus, & unum in alio contineri, ſicut definitio in ipſa re definita, ſatis immò pleniùs exprimitur; nam legislatori ſatis eſt, rem per demonſtrationem deſcribere. Hinc, tàm ipſe Rex Philippus II. quàm ejus Succeſſores, eamdem formam in proponendis, & ſupplicandis Abbatibus retinuerunt, & adhuc retinent, qua, ante prædictum Sixti V. Indultum, Carolus, & Margarita uſi fuerant, videlicet proponendo, & ſupplicando, non autem nominando; Quid enim aliud eſt, ſuam intentionem declarare, & proprium conſenſum præbere ergà perſonam providendam de aliquo beneficio, quā eamdem perſonam ad idem beneficium nominare? Quoties ille, ad quem pertinet collatio beneficii, ſibi hanc præbendæ intentionis, atque conſenſus ab alio neceſſitatem impoſuit, & in eumdem nominandi ſenſum acceptum fuiſſe à Carolo Archiduce, Leonis Indultum probat ejuſdem Cæſareum Edictum ſub die 19. Novembris 1552. & ità paritèr à Rege Philippo II. in ſuo Edicto ad Senatum Dolenſem ſub die 11. Maji 1584. in quo mandat executionem ſuprà relati Brevis Apoſtolici, quod à Gregorio XIII. ſub die 26. Septembris 1582. acceperat: Quæ omnia documenta, ut ſuprà allegata, facilè quilibet legere poterit ab Inventario, quod edidit Franciſcus Pinſonius poſt ſuum tractatum impreſſum Pariſiis anno 1688. *de Regal. & Jur. Franc. in benef. Eccleſiaſt. tom. 2. à fol. mihi* 1092. *uſque ad fol.* 1146. pro quorum applicatione ad rem noſtram, exhibitæ fuerunt ſolidiſſimæ ratiocinationes, quas, ſub titulo familiarium epiſtolarum, nuperrimè in lucem emiſit eruditiſſimus Dominus Marchio, & in Senatu Pedemontano Præſes, Joſeph dell'Eſcherene, videndus epiſtola quarta: cujus præclarum nomen Aulæ, & Foro gratiſſimum, authoris modeſtia ſuppreſſum retinere non debui. Quinimò ipſe Imperator Carolus V. & ejus in Gallia Belgica ſucceſſores, in vim hujus indulti, eodem jure potiti ſunt pro nominationibus ad primarias dignitates in Eccleſiis Collegiatis, prout teſtatur *Bernardus Vaneſpen de univerſo jure Eccleſiaſtico tom. 2. part. 2. cap. 25. num. 14. & ſeq.* Undè idem omninò ſervandum foret intuitu Ducis Sabaudiæ, pro quo, ex Nicolai V. ſolemni promiſſione, fortior ratio militat.

146. Demum non ignorant rerum beneficialium, & Sacrorum Canonum periti, prout ſupra dixi, & hìc iterum repeto, hoc idem Jus, ex quo Collatoris arbitrium, quoad perſonam providendam, arctatur ab alterius voluntate in canonicis ſanctionibus, & Pontificiis decretalibus, omiſſo explicitæ nominationis vocabulo, paſſim majoribus ergà Electores, & Patronos vocibus præviam voluntatem denotantibus implicitè ſignificari: videlicet præſentatione, petitione, precibus, oblatione, voto, intentione, deſiderio, ſeù conſenſu; neque diverſam formam in nominationibus habuiſſe preces primarias favore Imperatorum, & Regum, prout vetus illud indultum, quo hodie adhuc in vulgatis Cancellariæ regulis *cap.* 32. ex neceſſitate prævii conſenſus gaudent S.R.E. Cardinales in nominationibus ad beneficia vacantia per obitum ſuorum familiarium; quæ omnia

adeò

adeò vera ſunt, ut rectè dici poſſit, ante Leonis X. concordata de anno 1516. cum Franciſco I. Galliarum Rege, vix reperiri in ſubjecta materia aliquod Pontificium Indultum, ubi fuerit hoc jus, ſub explicito nominandi vocabulo, expreſsè conceſſum, ſed dumtaxat per verba æquipolentia, & idem quoad ſubſtantiam ſignificantia.

147. Propriùs urget individuale illud factum ſequutum tempore, quo Galli ab anno 1536. uſque ad annum 1559. integram Sabaudiæ Provinciam, & totum ferè Principatum Pedemontanum occupabant. Rem narrat prædictus *Cardin. Oſſat. cit. epiſt. 301. hiſce propemodum verbis:*

148. *In quanto alla confirmazione, ch'Enrico II. ottenne per ſe, ed i ſuoi ſucceſſori, ne i ſuddetti Paeſi, oltre ciò, che vien riferito nella ſuddetta lettera del fù Mareſciallo di Briſſac, hò ritrovato nelle mie ſcritture una copia di certe lettere patenti, ſpedite a favore della Sede Apoſtolica, toccante il Ducato di Bretagna, date in S. Germano li 18. Aprile 1553. nelle quali il medemo Rè, frà le altre conſiderazioni, che lo moſſero alla ſuddetta ſpedizione, dice, che il Papa d'all'ora Giulio III. li aveva pochi giorni innanti conceduta la confirmazione dell' Indulti, che avevano i ſuoi Predeceſſori, li Duchi di Savoja, Principi del Piemonte, di nominare, e preſentare a i beneficj conciſtoriali de i ſuddetti Paeſi, con altre grazie, e conceſſioni contenute ne i medemi Indulti. Oltre di ciò hò ancora ritrovato una copia d'un Breve ſpedito dall'iſteſſo Papa al ſuddetto Rè in data delli 28. Ottobre 1550. per il quale, ſenza che il medemo Rè aveſſe fatta alcun'altra dichiarazione a favore della Santa Sede nel toccante li Paeſi della Savoja, e del Piemonte, nulladimeno pretendeva, che i ſuoi Predeceſſori Duchi aveſſero avuto dell' Indulti, e che eſſo Rè doveſſe gioirne; Sua Santità diſſe, che Sua Maeſtà non aveva coſa alcuna da eſibire de i detti Indulti del tempo di Paolo III. nè del ſuo; e nientedimeno promette in parola di Papa per ſe, e ſuoi ſucceſſori Papi, e per la Santa Sede, che, ſe Sua Maeſtà proverà frà dieciotto meſi, che ſiano ſtati conceſſi privilegj, ed indulti Apoſtolici, a i ſuddetti Duchi, e che li detti privilegj, ed indulti ſiano ſtati validi, ed in uſo, e che a ragione di eſſi il detto Rè abbia qualche diritto in riguardo de i Veſcovadi, ed Abbazie de i ſuddetti Paeſi, le ſaran fatti buoni; ed a fine che voi con ciò poſſiate meglio giudicare di tutto queſto affare, vi traſmetto copia delle ſuddette ſcritture, dal ſeguito delle quali, e de i loro atti, è facile a giudicare, che dopo il detto Breve di Giulio III. dell'anno 1550. ſino all' ultima dichiarazione di Enrico II. delli 18. Aprile 1553. il detto Rè fece apparire delli Indulti conceſſi a i Duchi di Savoja, e ne ottenne la confirmazione per ſe, la quale deve eſſer ſeguita poco tempo innanti li 18. Aprile 1553. mentre il Rè aſſeriſce nelle medeme lettere patenti, di averla ottenuta pochi giorni innanti, di maniera che quella dev'eſſer ſtata ſpedita ſu'l fine del 1552. o nel principio del 1553. il che ſervirà per trovarne coſtì più preſto le Bolle, o ſii Breve; non laſcerò per tanto di farli ricercare in queſti Regiſtri, ſe vi potrò penetrare, il che mi sarà forſi difficile.*

149. Quòd autem Henricus II. hoc indultum nominandi ad dignitates Epiſcopales, & Abbatiales utriuſque Provinciæ Sabaudiæ, & Pedemontis à Julio III. obtinuerit, non ſolùm teſtatur Cardinalis Oſſatus, & ibidem Mareſciallus de Briſſac, qui eo tempore Pedemontanum Principatum pro ipſomet Rege gubernabat, & noviſſimè *Thomaſſinus cit. lib. 2. cap. 40. num. 11. d'Oviat. in ſuo ſpecimine juris Eccleſiaſt. apud Gallos recepti tom. 1. in præfat. cap. 9. nu. 3. fol. mihi 62.* ſed indubitatum efficitur ex duabus publicis patentibus ejuſdem Regis Henri-

ci ad Parlamentum Nannatenſe ſub die 18. Aprilis, & 29. Octobris 1553. in hoc ferè verborum ſenſu conceptis:

150. *Enrico II. &c. avendo noi per lettere patenti in forma d'Editto delli 14. Giugno 1549. e 29. Luglio 1550. conceſſa alla ſan. me. di Paolo III. come anche al preſente Pontefice Giulio III. fatta ampia, ed eſpreſſa dichiarazione della noſtra volontà, ed intenzione, per far godere, ed uſare l'iſteſſo Papa, e la Santa Sede Apoſtolica delle autorità, prerogative, potere, e focoltà preteſe ne i noſtri Paeſi di Bretagna, e della Provenza, conforme i Papi di lui predeceſſori avevano goduto, cioè circa le riſerve de i meſi Apoſtolici, ed altre riſerve generali, e ſpeciali coſtituzioni, ordinanze, regole della ſua Cancellarìa, &c. ed altre ſpecificate nelle noſtre ſuddette lettere lette, pubblicate, e verificate ne i noſtri Parlamenti de i ſuddetti Paeſi: E che tuttavia il Nunzio di Sua Santità reſidente appreſſo di Noi ci abbia rinovato in nome, e per parte di Sua Santità, eſſer ſtata la Santità Sua avvertita, che ne i detti Parlamenti eſſendoſi proceduto alla lettura, e verificazione delle ſuddette noſtre lettere, ſono ſtati fatti certi regiſtri ſecreti, continenti molte reſtrizioni, e modificazioni contro il tenore delle noſtre ſuddette lettere; onde per queſto mezzo il ſuddetto noſtro Parlamento di Bretogna non voleva permetterne l'eſſecuzione, la quale veniva anche impedita dal noſtro Procuratore Generale nell'iſteſſo Parlomento: con che li ſuddetti diritti, autorità, prerogative, e preeminenze del noſtro Santo Padre, e della Santa Sede, venivano giornalmente ſprezzate, impugnate, e dibattute, ſenza che ſeguiſſe alcuna dimoſtrazione, o atto di giuſtizia, per ripararne li attentati, e far eſſeguire la noſtra volontà, ed intenzione, &c.*

Ed eſſendo noi ricercati dal ſuddetto Nunzio di volervi apportare il conveniente rimedio, conſiderato, che a noſtra richieſta il noſtro ſuddetto Sonto Padre ci hà ne' giorni paſſati liberalmente accordata, e conceſſa la confirmazione dell'Indulti, che avevano i noſtri Predeceſſori Duchi di Savoja, Principi del Piemonte, di nominare, e preſentare a i beneficj conciſtoriali de' noſtri ſuddetti Paeſi, con le altre grazie, e conceſſioni contenute ne i ſuddetti Indulti, aſſicurandoſi Sua Sontità, che avendo fatto per noi quanto alla detta confirmazione noi fareſſimo anche il ſimile per eſſa, quanto all'eſſecuzione delle noſtre ſuddette lettere di dichiarazione per la goldita, ed uſo delle ſuddette autorità, prerogative, preeminenze, poteri, e facoltà, eſſendoci a queſta condizione ſtati dalla medema Santità Sua confirmati li ſuddetti Indulti, &c. Quindi è, che noi vogliamo non ſolamente oſſervare al noſtro ſuddetto Santo Padre il contracambio, mà di più fare tutto ciò, che potremo per giuſtificarlo, e compiacerlo, &c.

151. Poſt hanc regiam declarationem ſubſequitur edictale præceptum in totum favorabile petitionibus Nuncii Pontificii ſub die 18. Aprilis 1553. dein iiſdem ferè verbis reiteratum ſub die 29. Octobris ejuſdem anni, quæ ambo fuerunt ex poſt regiſtrata, & verificata à prædicto Parlamento Nannatenſi: ſicuti legitur in calce eorumdem Edictorum, quorum omnium tenores de verbo ad verbum habentur penes *Pinſonium in ſuo præallegat. Invent. tom. 2. à fol. mihi 455. uſque ad fol.* 463. de quibus etiam loquitur *tom. 1. cap. 14. n. 10. fol. mihi* 281. & conqueritur celebris Advocatus Patru in ſua diſputatione 4. habita in Magna Pariſienſis Conſilii Aula ſub die 10. Septembris 1643. ubi invehit in damna, & præjudicia, gratæ illius retributionis, qua Henricus II. in confirmatione prædicta compenſavit Summum Pontificem Julium III. & Apoſtolicam Sedem, cujus favore omnia in iiſdem edictis contenta adhuc illæſa ſervantur, & permanet irrefragabile hujus veritatis monumentum. 152. Ema-

152. Emanavit ab Henrico II. aliud ſimile Edictum ad Senatum Sabaudiæ ſub eadem die 18. Aprilis 1553. in quo Rex mandat obſervantiam declarationis jam factæ de anno 1549. & 1550. intuitu Sabaudiæ, & Pedemontii,in favorem Apoſtolicæ Sedis: & hoc attenta confirmatione, quam paucos ante dies habuerat à Summo Pontifice Julio III. Indultorum Pontificiorum, quibus anteà gaudebant ſui Prædeceſſores Sabaudiæ Duces, & Pedemontii Principes pro nominatione Epiſcoporum, & Abbatum in prædictis Regionibus, cujus Edicti, in eodem Sabaudiæ Senatu verificati, tenorem affert laudatus Marchio, & Præſes *dell'Eſcherene in ſua epiſt.3. pag.22.* & ibidem acutiſsimè ponderat, prout etiam *in epiſt.4.fol.7.& ſeq.*

153. Indiguit ſanè Henricus II. hoc gratioſo, & ſpeciali Indulto, ad nominandos Epiſcopos, & Abbates in prædictis Provinciis Sabaudiæ, & Pedemontii, quas nulla alia, niſi ultima (*quam vocant*) Regum ratione detinebat; unde jure-meritò ipſemet Pontifex Julius III. nè ullum ex hoc Indulto præjudicium oriri poſſet contrà verùm legitimum, & naturalem earumdem Regionum Principem, dein anno ſubſequenti 1554. ſexto Idus Octobris, inſtante Duce Emanuele-Philiberto,Apoſtolicis litteris ad perpetuam rei memoriam Nicolai V.promiſſionem,ac præmemorata Leonis X. & Clementis VII. Indulta,non ſolùm in forma ſpecifica confirmavit, ſed etiam pro majori cautela, (prout ibidem legitur) de novo conceſſit, ſtatuit, & ordinavit, atque perpetuæ firmitatis robur apoſtolica auctoritate obtinere, & inviolabiliter obſervari decrevit : itàut ipſe Dux Emanuel-Philibertus, & pro tempore exiſtens Sabaudiæ Dux, perſonæ Ducatus, Dominii, & Ditionis,quibuslibet litteris in contrarium derogatoriis, ac Executoribus, eorumque mandatis parere minimè tenerentur, ſed his firmiter reſiſtere, & litterarum hujuſmodi executionem impedire, nec ratione reſiſtentiæ hujuſmodi cenſuris Eccleſiaſticis innodari poſſent,&c.

154. Validiſſimum exemplum deſumitur ex indubitato jure, quo fruitur Rex Chriſtianiſſimus proponendi, & ſupplicandi ad beneficia conciſtorialia in Ducatu Breſſiæ, aliiſque conterminis Regionibus, quarum ſuprema dominatio pervenit ad Regem Henricum IV. vigore tractatus Lugudenenſis ſub die 17. Januarii 1601. cum Duce Carolo-Emanuele,hujus nominis primo; neque enim Rex Henricus, ejuſque ſucceſſores,aliud unquam Indultum petierunt à Sede Apoſtolica, pro nominandis, ſeù proponendis Epiſcopis, & Abbatibus illius Provinciæ, prout *Pinſonius tom. 1.fol.mihi* 311. *num.* 41. cæterique Scriptores Galli profitentur, aut illos alio novo Indulto indigere exiſtimavit Curia Romana, dum ex participatione, & communicatione acquiſita cum univerſitate rerum à Sabaudiæ Ducibus, ſufficienti titulo muniti reperiuntur, ad hujuſmodi nominationes faciendas, ſicuti paſſim Rex Chriſtianiſſimus admittitur, ex ſolo jure ſibi ceſſo à Regia Sabaudiæ Domo in vim prædicti tractatus, ex quo Rex in omnibus beneficiis conciſtorialibus conſentit, & Papa confert: pro ut notat *Pinſonius tom.2.in margine fol.mihi* 999. *& ſeq.*

155. Nec diverſimodè ſe habuit Romana Dataria favore ejuſdem Regis Chriſtianiſſimi, intuitu inſignis Abbatiæ Pinerolii in Regione Pedemontana,ex ſolo jure, quod ipſemet Rex obtinuerat à Victorio-Amedeo I. Sabaudiæ Duce vigore ſecreti tractatus Cheraſchi de anno 1631. die 31. Martii.

156. Illud etiam conſtat nunquam fuiſſe hoc jus controverſum Sabaudiæ Ducibus,quoad Archiepiſcopales, & Epiſcopales dignitates; unde neſcio quo ju-

juſtitiæ, & æquitatis motivo eadem ratio haberi non debeat in ordine ad Abbatias, quas Nicolaus in ſua promiſſione, & ſubſequuti Pontifices in ſuis Apoſtolicis indultis æqua lance librarunt.

157. Objicient fortaſſe adverſantes, ex præallegato rerum contextu, conſtare quidem de implicita, & virtuali facultate nominandi, quam Summi Pontifices in ſubjecta facti ſpecie, non ſolùm ergà utentes jure proprio ſibi immediatè ab Apoſtolica Sede quæſito, ſed etiam ab ipſiſmet Sabaudiæ Ducibus communicato paſſim agnoverunt; verumtamen ex hoc inferri minimè poſſe, quòd idem jus adhuc vigeat intuitu ſuæ Regiæ Celſitudinis, dum ex ſuorum Prædeceſſorum non uſu, & contraria Apoſtolicæ Sedis obſervantia jam reperitur extinctum.

158. Iſtud objectum, quatenùs, data habilitate terminorum, poſſet de ſummo illo jure ſubſiſtere, quod viri prudentes ſummam injuriam vocant, & damnat Imperator *in Authent. de Sacroſ. Eccleſ. collat. 2.* minùs rectè trahitur ad rem noſtram, quoties in veritate, & æquitate ponderentur ſingularitates ad hanc facti ſpeciem pertinentes, videlicet:

159. Primò, data ſemel à Summis Pontificibus, in contracta promiſſione, Supremo Principi fides, religioſè ſervanda.

160. Secundò, natura rei promiſſæ canonico Juri non inviſa, immò ergà Dominantes valdè conformis.

161. Tertiò, Cauſa finalis initæ promiſſionis publicam, atque perpetuam Principis, & Subditorum ſecuritatem reſpiciens.

162. Quartò, facultativi Juris ratio nunquam ex non uſu, aut contraria obſervantia deficiens.

163. Quintò, qualitas Supremi Principis ex propria perſona ſuccedentis.

164. Sextò, data dignitati potiùs quàm perſonæ, atque ideò nunquam peritura facultas, & tandem militans ergà non utentem neceſſitatis, vel obſequii cauſa: quæ omnia diligenter perpenſa, omnem ex ſuppoſito non uſu præſumptæ renunciationi locum obtrudunt, juxtà receptiſſimas utriuſque Juris Interpretũ traditiones, quas, ab aliis in hac eadem cauſa ſcribentibus fusè cumulatas, hìc repetere ſupervacuum exiſtimo; ultrà quòd ſola vis, quam Pragmatici in ſubjecta materia derogatoriis, & irritantibus clauſulis unanimiter tribuunt, ſatis iſtud jus omninò illæſum adverſus omnem non uſum, & inobſervantiam præſervaſſet, inter quas ex illis, quæ habentur in exhibitis Apoſtolicis litteris, illam præcipuè notandam duxi, quam poſt Leonem X. adhibuerunt ſubſequuti Pontifices ibidẽ:

165. *Et nihilominus præmiſſa omnia, & ſingula, prout per prædictos Prædeceſſores, Imperatores, & Reges conceſſa fuerunt, de novo concedimus, & indulgemus, ac ſtatuimus, & ordinamus, quòd illis, ac præſentibus litteris nullo unquam tempore, etiam per Sedem eamdem derogari poſſet: nec derogatum cenſeatur, niſi de toto tenore, & data præſentium plena, ſpecifica, individua, ſpecialis, & expreſſa, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes, mentio fiat, & ipſius Caroli, & pro tempore exiſtentis Sabaudiæ Ducis, expreſſus accedat aſſenſus: & ſic per quoſvis Judices, & Commiſſarios etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores in quibuſvis cauſis, & inſtantiis judicari, & definiri debere, ſublata eis, & eorum cuilibet quaſvis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate: & quidquid ſecùs ſuper iis à quoquam quavis auctoritate ſcientèr, vel ignorantèr contingeret attentari, irritum, & inane fore decernimus, & declaramus.*

166. Sed

166. Sed dicant, quæſo, adverſantes, in qua rei veritate hujus ſuppoſiti non uſus exceptionem fundare præſumant? dum indubitati juris eſt, habenti etiam ſimplex privilegium, aut Indultum ineſſe, quod ſufficit ad ſui privilegii, vel Indulti uſum, & obſervantiam, niſi excipiens contrarium doceat, qui aliter audiendus non eſt, cùm deficiat veritas facti, à quo in allegata exceptione jus oritur *cap. quoniam, cap. accedentibus de privileg. Abbas in cap. Porrò in primo notabili ſub eod. tit. Rota poſt Poſthium de manut. deciſ. 457. num. 4. Theſaur. deciſ. Pedemont. 106. num. 15. Vellans Vellaſque conſil. 71. num. 54. lib. 1.*

167. Obſervantia hujus promiſſionis conſiſtit eſſentialiter in duobus extremis, quorum primum in ordine pendet à facto Principis, videlicet à præcedenti declaratione propriæ voluntatis facienda Pontifici ergà perſonam idoneam, de beneficio vacante providendam; alterum verò reſpicit factum ipſius Pontificis, providendo effectivè de eodem beneficio vacante perſonam à Principe deſignatam. Scire nunc vellem, cui hæc ſuppoſita inobſervantia extinctiva juris jam quæſiti ab adverſantibus adſcribatur? an Sabaudiæ Ducibus, qui, jus ſuum non curantes, ſponte neglexerint hac præviæ voluntatis, ſeù intentionis, atque conſenſus facultate uti, undè tacitè juri ſuo renunciaverint? aut an id indignè imputetur Summo Pontifici, ex eo quod contrà datam in ſolemni promiſſione fidem, ſpreta Principis deſignatione, aliam in vacante beneficio perſonam inſtituerit, ità ut Princeps ſciens, & volens, ex ſubſequuta acquieſcentia ſuum jus amiſiſſe dicatur?

168. Quoad primum, cùm Princeps in Pontificia promiſſione habeat pro ſe intentionem fundatam, nulla poteſt à negantibus, & maximè in antiquis concludens probatio in contrarium afferri; nam, dum modus certiorandi Pontificem, eique præviam voluntatem ſignificandi, impleri æquè potuit à Principe per epiſtolam propria manu ſignatam, ſivè oretenùs per Nuncium ad id ſpecialiter adhibitum, aut Miniſtrum in Curia reſidentem. *Gloſ. communiter recepta in l. ſi cum dotem in verbo oportet, §. ſi patri, ff. ſolut. matrim. l. conſenſu, ff. de action. & obligat. Gonzal. ad reg. Cancell. gloſ. 47. num. 36. Borrell. conſ. 70. num. 1. & 11.* non patitur hæc negativa eam coarctationem, ſine qua quælibet illius probatio, tanquàm fruſtranea, & inanis, nihil ponit in eſſe.

169. Si verò ſubſequuta inobſervantia arguatur ex facto Pontificis datam in promiſſione fidem frangentis (quod temerarium, & improbum eſſet, non ſolùm aſſerere, ſed etiam ſuſpicari) non ſufficit idealis cogitationis imaginem ad rem indubiam referre; ſed tenentur adverſantes individualem inveriſimilis facti ſpeciem proponere, & probare: ut ponderatis ipſius facti circumſtantiis, & qualitatibus decernat bonus, & æquus Judex, an illud Principi non reclamanti, aut acquieſcenti nocere, & inſimul ſuis in Principatu Succeſſoribus jus proprium proſequentibus, aliquod inſanabile præjudicium inferre potuerit: quæ omnia, quamvis ſufficerent, ad hoc ut vana ſuppoſitæ inobſervantiæ, vel non uſus jactatio corrueret, nihilominùs ex abundanti, ea pro veritate non fuerunt omiſſa, ex quorum contextu hæc exceptio non minùs in facto erronea, & commentitia, quàm de jure incongrua, & incivilis apparuit.

170. Supervacuum duxi coram Eminentiſſimis D.D. meis inquirere de uſu, & obſervantia ab anno 1451. in quo iſta promiſſio ſuum habuit initium, uſque ad annum 1515. Siquidem in hoc eodem anno Leo X. non ſolùm in forma ſpecifica eamdem Pontificiam promiſſionem ratam habuit, ſed eam Duci Carolo III.

de

de novo firmavit, & ampliavit; unde tollitur omne dubium, quòd in hoc medio tempore voluerint Sabaudiæ Duces per non uſum ſuo juri renunciare, aut quod Pontifices habuerint in animo ex inobſervantia illud extinguere.

171. Præbuit tamen hujus actualis uſus, & obſervantiæ maximum argumentum Duciſſa Jolanta, filia, & ſoror Chriſtianiſſimorum Franciæ Regum, Vidua relicta à Beato Amedeo Sabaudiæ Duce, quæ animadvertens, in promiſſione Nicolai fuiſſe dumtaxat actum de forma ſervanda circà proviſiones Eccleſiarum Cathedralium, & Abbatialium, aliorumque beneficiorum conciſtorialium, prout etiam de dignitatibus poſt Pontificalem majoribus, aliiſque Apoſtolicæ Sedi reſervatis, ultrà quatuor illá beneficia ibidem nominatìm expreſſa, petiit tanquam Mater, & Tutrix Ducis Philiberti, & obtinuit à Sixto IV. dein ab Innocentio VIII. ut alia minora beneficia, tàm ſimplicia, quàm curam animarum habentia, prout etiam dignitates, & beneficia Regularium ad omnimodam Forenſium, & alienigenarum excluſionem, non niſi Sabaudiæ ſubditis conferri poſſent: ſicuti conſtat ex Apoſtolicis eorumdem Pontificum litteris anno 1475. & 1485. quis autem ſani judicii credere poterit, quòd prudentiſſima illa Heroina, quæ perfectam in Regia Sabaudiæ Domo viduæ Matris, Tutricis, & regentis ideam reliquit, unde ejus ſaluberrima decreta adhuc hodiè in Dominio Snæ Regiæ Celſitudinis vim legis obtinent, voluerit in porrectis ad Sixtum IV. & Innocentium VIII. precibus, ad hoc ut circà beneficiorum in ſua Ditione conſiſtentium proviſiones, publicæ indemnitati conſuleretur, ſuam ſollicitudinem in ſolis minoribus, & parvi momenti beneficiis oſtendere, omiſſis majoribus, niſi quia ſciebat jus ſuum, quoad Epiſcopatus, & Abbatias, aliaque gravioris momenti beneficia, jam à Nicolao V. ſolemni promiſſione quæſitum conſiſtere, & actualiter vigere?

172. Eorumdem Indultorum confirmationem ab Innocentio VIII. Carolus III. obtinuit anno 1506. ſed, ut omnia ad hanc rem beneficiariam pertinentia repetitis Pontificum placitis majus robur acciperent, ideò ipſemet Carolus anno 1515. prædictas Apoſtolicas litteras à Leone X. conſequi curavit, in quibus conſolidata, & ampliata reperiuntur, quæ Nicolaus circà collationes beneficiorum Conciſtorialium promiſerat, & dein Sixtus, Innocentius, ac Julius intuitu minorum beneficiorum indulſerant.

173. Omnem in Carolo III. conſervandi hujuſmodi juris incuriam excludunt litteræ Apoſtolicæ ad ſupplicationem Principis dein emanatæ à Clemente VII. de anno 1527. in quibus Summus ille Pontifex ad æternam rei memoriam, ut quæ à ſuis Prædeceſſoribus ſtatuta fuerant favore Regiæ Sabaudiæ Domus, frequentiori Sedis Apoſtolicæ fulcimento communiret, promiſſionem Nicolai V. & Leonis X. indultum in forma ſpecifica approbavit, de novo conceſſit, & ordinavit, atque perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter obſervari decrevit, cum clauſulis derogatoriis, & irritantibus in ampliſſima forma conceptis.

174. Poſt prædictum Clementis VII. Indultum, præpotentes Galliarum Reges integrum ferè Caroli Ducis dominium tenuerunt uſque ad annum 1559. unde in hoc fatali tot annorum curſu, Sabaudi Principis Ditione, igne, & ferro penè conſumpta, non mirum ſi judicialia Magiſtratuum retroacta non extent; quibus de hoc uſu, & obſervantia valeat edoceri. Non levem tamen ſubſequuti uſus præſumptionem affert præallegatum ſupra *num.* 144. Leonis X. Indultum

Ca-

Carolo Auſtriaco paucos poſt dies conceſſum, in quo tàm ipſe Pontifex, quàm ejus Succeſſores implicitum, & virtuale nominandi jus agnoverunt; unde in eadem paritate rationis ambigendum non eſt, idemmet jus etiam in fortioribus terminis, nec fuiſſe à Sabaudiæ Ducibus neglectum, nec à Romanis Pontificibus denegatum.

175. Irrefragabilis tamen hujus veritatis probatio reſultat ex ſuprà narrato indulto, quod Julius III. Henrico II. tanquam prætenſo Succeſſori Sabaudiæ Ducis, & Pedemontii Principis, conceſſit: de cujus veritate dubitari rationabiliter nequit, ex traditis ſupra à *num.* 147. uſque ad *num.* 153. quamvis illius originale in Archivio Vaticano reconditum, difficilè niſi ab ipſis Datariæ Officialibus exhiberi poſſit, prout expertus ſum, & centum ferè ante annos de hoc eodem indulto loquens, monuit Villaregium *Cardinalis Oſſatus cit. epiſt.* 301. *lib.* 8.

176. Ad idem tendit Julii III. Indultum, dein Duci Emanueli-Philiberto ſine ulla modificatione *quatenus in uſu* conceſſum, in quo ut ſupra dixi *nu.* 153. voluit æquiſſimus Pontifex, non obſtante præcedenti conceſſione favore Regis Henrici, illæſa ſpoliati Principis jura ſervare. Nec deſunt hoc medio tempore, videlicet ab anno 1536. uſque annum 1559. deciſiones Sacræ Rotæ Romanæ, hujuſmodi indulta Pontificia favore Sabaudiæ Ducum recenſentes, ex quibus de neceſſe infertur fuiſſe tunc illa in actuali uſu, & viridi obſervantia, prout videri poteſt penès *Marcellum Cardinalem Creſcentium ſub tit. de probationibus deciſ.* 16. *& apud Jacobum Cardin. de Puteo cit. deciſ.* 25. *lib.* 2.

177. Tollitur omnis ſcrupulus circa non uſum, vel inobſervantiam, poſt recuperatum anno 1559. à Duce Emanuele-Philiberto Principatum, uſque ad annum 1580. in quo deceſſit, ex ampliſsimo indulto, quod à Gregorio XIII. pridie Idus Decembris 1572. ipſemet Princeps obtinuit, ubi ſingulas Prædeceſſorum litteras, & in eis contenta quæcumque ibidem ſpecificè relata, ac omnia, & ſingula privilegia, conceſsiones, gratias, & indulta, tàm per Romanos Pontifices, quàm Sacris Canonibus non contraria, per Imperatores, & Reges, Duci, & nationi Sabaudiæ conceſſa, auctoritate Apoſtolica confirmavit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter obſervari debere decrevit; & ulteriùs mandavit Archiepiſcopo Taurinen̄, & Epiſcopis Auguſten̄, ac Nicien̄, ut facerent Emanuelem-Philibertum Ducem, & Succeſſores ſuos pacificè frui, & gaudere, non obſtantibus, &c.

178. Carolo-Emanuele, hujus nominis Primo, gentilitium Principatum, poſt Emanuelis-Philiberti Patris deceſſum, adepto excitari cæpit in Curia Romana unicum dubium contrà promiſſionem initam à Nicolao V. ergà Ludovicum Sabaudiæ Ducem, ſub prætextu, quòd illa non eſſet realis, & perpetua, ſed merè perſonalis, ſicuti habetur in epiſtola Sixti V. ad eumdem Ducem Carolum-Emanuelem, inter recollectas, & typis impreſſas *à Bernardino Baldoino fol. mihi* 108. *ibidem:*

Dilecte Filj Nobilis Vir ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

179. *Avemo con noſtro piacere ricevute, e lette le lettere di V. A. portateci dal ſuo Ambaſciadore, il quale ci hà anche parlato à lungo ſopra la confermazione degl'indulti, ch'ella deſidera da queſta Santa Sede, e dataci copia della conceſſione fatta da Papa Nicolò V. al Duca di Savoja di quel tempo, Anteceſſore di V. A. Noi*

deſideriamo di compiacerla in ogni occaſione; ma avendo fatta vedere la ſcrittura a queſti Cardinali S. Marcello, ed Aldobrandino, ci hanno riferito, che la coſa non hà ſufficienza; poiche non ci eſſendo quelle parole: Ad perpetuam rei memoriam, ma dicendo ſolo ad futuram: e non facendoſi menzione di Succeſſore, la grazia non eccede la perſona, alla quale è conceduta, e per conſeguenza non è perpetua. Si farà conſiderar meglio: ed in tanto, ſe V. A. vorrà dir altro, l'intenderemo volontieri, eſſendoci molto caro il darle ſoddisfazione. Quant'al reſto, ch'ella ſcrive al Caracciolo, ſempre che occorrerà a' noſtri paſſar di coſtà, le manderemo la noſtra Benedizione.

180. Hanc perſonalitatis objectionem ad coarctanda Apoſtolicæ Sedis Indulta ergà Supremos Principes in Aula Romana ab antiquis temporibus uſitatam, & a Romanis Pontificibus repreſſam probant, quæ poſt concordata de anno 1122. inter Calixtum II. & Henricum V. Imperatorem narrat *Otrho Epiſcopus Friſingenſis Chronicor. lib. 7. cap.* 16. unde non miror, quòd exhibita dumtaxat ab Oratore Sabaudiæ Nicolai V. promiſſione, Hippolytus tunc Cardinalis Aldobrandinus, Prodatarii munere fungens, de hac re unà cum Cardinale Joanne-Baptiſta Caſtanea à Sixto V. conſultus, dubiam Pontificis mentem reliquerit, licèt motiva ab iiſdem D.D. Cardinalibus ad perſonalitatem inducendam allegata, non ſatis in jure tuta videri poſſent; nam in eo, quod dicebatur Nicolai V. diploma inſcriptum fuiſſe ad futuram, non autem ad æternam rei memoriam, exploratum eſt, futurum indefinitè conceptum non admittere aliquam temporis limitationem, niſi illam, cui ſubjacent omnia, quæ ſub Cœlo ſunt; nec minorem perpetuitatem ſignificari, ſi quid ad futuram rei memoriam ſancitum fuerit, vel quia tumidiori adjectivo ad perpetuam rei memoriam præcipiatur. Hinc litteræ Apoſtolicæ, tam in forma Brevis ſub Annulo Piſcatoris, quam ſub plumbo, quãvis ſemper duraturæ, nihilominus promiſcuè nunc ad futuram, nunc ad perpetuam rei memoriam promulgantur, prout paſſim occurrit in Bullario Romano, & in ſpecie docet *Duardus in commentario Bullæ Cœnæ Domini lib.* 1. *qu.* 4. ubi explicat eadem verba ibidem poſita *Ad futuram rei memoriam*. nec majoris momenti cenſeri poterat ſecundùm motivum ibidem pro perſonalitate allegatum, videlicet, quòd in prædicta promiſſione nulla de Succeſſoribus mentio haberetur, ſed appareret perſonalibus verbis concepta ibidem: *Tibi promittimus, &c. ipſius Ducis, &c. ejuſdem Ducis, &c.* Etenim perſona, ad quam promiſsio, tam activè, quàm paſsivè dirigitur, non facit pactum perſonale, ſed demonſtrat, cum quo pactum fuerit initum; & niſi aliqua dictione taxativa limitetur, denotat quidem perſonam, in qua incipit, non autem, in qua deſinit. *l. 7. §. pactorum, ff. de pactis.*

181. Adverſus hanc objectæ perſonalitatis exceptionem, in qua tunc Officiales Datariæ unicum ſuum Achillem adverſus Nicolai V. promiſsionem conſtituebant, ſtatim lato calamo ſcripſit indignis J. C. Antonius Bagnaſaccus, tunc Sereniſſimi Ducis Advocatus Generalis, dein nominatus, & electus Epiſcopus Foſſanenſis, qui adductis etiam, & ponderatis ſubſequentis Summorum Pontificum indultis, videlicet Leonis X. Clementis VII. Julii III. & Gregorii XIII. nullam tàm in facto, quàm in jure ſuper hoc puncto dubitandi materiam reliquit in ſuis doctiſſimis allegationibus impreſſis Taurini de anno 1588. quas ſequitur, & ſummoperè commendat eruditiſſimus *Anaſtaſius Germonius Archiepiſcopus Tarantaſieũ de Sacror. immunit. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 24. & 25. Hinc prædictus Cardinalis Hippolytus Aldobrandinus, qui priùs, tanquam Prodatarius, ratione muneris

neris ſibi injuncti, objecta perſonalitate Sabaudi Oratoris apud Sixtum V. precibus interceſſerat, ex poſt ad Supremum Pontificatus apicem evectus, aſſumpto Clementis VIII. nomine, pari clementia, & juſtitiâ, promiſsionem Nicolai V. & ſubſequuta indulta tanquam realia, & perpetua recenſuit, eademque in forma ſpecifica, Apoſtolica authoritate perpetuò confirmavit, & approbavit, illiſque plenariæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjecit in ſuis Pontificiis litteris ad perpetuam rei memoriam confectis, favore ejuſdem Ducis Caroli-Emanuelis ſub die 19. Junii 1595.

182. Pontificiæ promiſsionis obſervantiam, Carolo-Emanuele regnante, indubitatam efficiunt litteræ placitoriæ, annotatæ in Regiſtro Cameræ Taurinenſis, quas ſub die prima Septembris 1594. Joannes-Franciſcus de Sancto Georgio ex Blandratæ Comitibus, tunc Aquenſis Epiſcopus, obtinuit ab eodem Principe pro Abbatia Ripaltæ; neque aliter eidem jam à Clemente VIII. ad ſupremam Cardinalatus dignitatem ſub titulo S. Clementis evecto, datum eſt conſequi Abbatiam Caramaniæ, ſicuti conſtat ex aliis litteris placitoriis ibidem regiſtratis ſub die 11. Maji 1601.

183. Pro eodem uſu, & obſervantia concludunt quædam epiſtolæ Innocentii, tunc Nuncii Apoſtolici, dein Cardinalis de Bubalis, ad Petrum Cardinalem Aldobrandinum, intuitu Abbatiarum Caſænovæ, & S. Conſtantii de Villario in Regione Pedemontana, quas reſpectivè Octavius Cardinalis, & Joannes Abbas de Bandinis poſsidebant anno 1601. prout ex earumdem epiſtolarum tenore convincitur ibidem:

Copia di Lettera di Monſignore, che fù Cardinale del Bufalo, Nunzio al Rè Criſtianiſsimo Enrico IV. ſcritta al Signor Cardinale Aldobrandino ſopra l'Abazìa del Villare in Piemonte, per la reſegna, che deſiderava farne il Signor Abate Giovanni Bandino al Signor Cardinale ſuo fratello.

184. *Nel partir appunto che feci jeri da Macerata, che fù sù le 20. ore, l'Illuſtriſſimo Signor Cardinale Bandino mi comunicò, che per effettuar il deſiderio, che hà, di dar moglie al Signor Abate ſuo fratello, era neceſſario, prima ottener il conſenſo dal Signor Duca di Savoja per la renunzia dell' Abadìa à ſuo favore, e che per queſto deſiderava ch'io proponeſſi, e cercaſſi anco di diſponere S.A. per ottenere tal grazia; ma avendo io fatta riſoluzione, conforme all'obbligo mio, di non abbracciare, nè trattare negozio alcuno ſenza ſaputa, e conſenſo di V.S. Illuſtriſſima; però con la preſente hò voluto darle conto di tutto queſto, sì per ſapere la volontà di lei, come per riceverne il ſuo comandamento; poiche con queſta condizione hò accettato il carico di ſervire eſſo Signor Cardinale; la ſupplico dunque a reſtar ſervita inviarmene riſpoſta a Torino, verſo dove m' incamino a buoni paſſi, ed umilmente. Di Loreto 15. Luglio 1601.*

Al Medemo.

185. *Io mi ritrovo in Torino, ove giunſi appunto jeri ſera al tardi, ed alloggiato da Monſignor Nunzio, hò ricevuta molta corteſia, e molt'onore, avendo fatto meco complimenti di gratiſſima dimoſtrazione, con tutto che ſi trovi in letto molto*

 gra-

gravato di certo male, però, che non ſi può fare certo giudizio del ſuo fine; ed avendo oggi complito con queſt'Altezza, dalla cui benignità, come di queſti Principi, reſto molto ſoddisfatto, hò trattato in queſta medema congiuntura il negozio del Signor Cardinale Bandini, conforme al beneplacito di lei: e tuttavia ne ſtò aſpettando la riſpoſta, la quale però non mi tratterrà punto, ſendo riſoluto di partire in ogni caſo dì mattina, per ubbidire a quello, che V. S. Illuſtriſſima comanda, ed eſſere a Lione quanto prima, e poi a Parigi. Altro non m'occorre per ora, e però per fine le bagio umilmente le mani. Di Torino a' 2. Agoſto 1601.

Al Medemo.

186. *La riſpoſta, che mi diede il Signor Duca di Savoja ſopra il negozio del Signor Cardinale Bandini, mi colſe tanto sù l'eſtremo del mio partir da Torino, che non sù poſſibile, ch'io poteſſi farne parte a V. S. Illuſtriſſima, come era mio debito. Ora dunque, che ſon giunto, la Dio mercè, a Lione, e che da Monſignor mio di Modona hò preſo quell'inſtruzione, che dovevo ſopra le coſe di queſto Regno, e della Corte, vengo primieramente a ſignificarle, che circa il negozio del Signor Cardinale Bandini mi fece intender quell' Altezza per mezzo del Signor Conte Ripa, che averebbe ſoddisfatto volontieri al deſiderio del Signor Cardinale per la renunzia della Badìa del Signor Abate a ſuo favore; ma perche il Signor Cardinale, per quello che S. A. mi diſſe, deſiderava anche il conſenſo, di poter imporre una penſione ſopra la ſua Abazìa di Caſanova, a favore del Signor Abate: Si laſciò intendere, che a queſto non voleva condeſcendere; onde io chiarito, e fatto partecipe del tutto Monſignor Nunzio, ſenz'altra replica me ne montai a Cavallo, in modo che, come hò detto, mi ritrovo a Lione, ove dal Signor Stefano Bonviſi, che m'hà voluto alloggiare, ſono ſtato accarezzato, e favorito oltre miſura. fra due giorni al più ſarò disbrigato affatto, e con quella diligenza, che potrò maggiore, procurerò di compire il viaggio, che m'avanza. In tanto prego il Signore, che mi preſti il ſolito favore per condurmi a ſalvamento, ed a V. S. Illuſtriſſima per fine umilmente m'inchino. Di Lione a' 13. Agoſto 1601.*

187. In ſubſequuto Pauli V. Pontificatu Scipio Cardinalis Caffarellus, ejuſdem Pontificis ex ſorore nepos, ſuſcepto Burgheſiæ familiæ cognomento, & dato ſibi primi Miniſtri, seù Cardinalis regnantis, ſupremo munere, innumeris, prout refert Ughelius, divitiis, & Sacerdotiis honeſtatus, ad obtinendam Abbatiam Caramaniæ, tunc vacantem per obitum prædicti Cardinalis de Sancto Georgio, conſcius de Juribus Ducis Sabaudiæ circà proviſiones Abbatiarum in ſua Ditione conſiſtentium, hanc Sereniſsimo Duci epiſtolam miſit:

Sereniſsimo Signor mio Oſſervandiſsimo.

188. *Hà adempito il Signor Conte di Verrua l'officio, che V. A. ſi è degnata d'imporli nel particolare dell' Abazìa di Caramagna, deſtinata nella ſua intenzione alla mia perſona. Io le rendo infinite grazie, ch' ella penſi a prevenire li miei ſervizj, col farmi mercede, ed infinitamente me n'onoro; E ſi come in ogn' evento averò contratto un' obbligo immortale con la ſua umanità, così neſſuna coſa potrà ſuccedermi più conforme al mio deſiderio, che l'aver occaſione, e facoltà di ſoddisfarlo, e le bacio affettuoſamente le mani. Di Roma li 8. Ottobre 1605.*

D. V. A. Devotiſſimo Servo il Card. Borgheſe.

189. Poſt

189. Poſt obtentas ab ipſomet Cardinale Burgheſio prædictæ Abbatiæ Bullas, Franciſcus della Porta, tanquam Procurator ſpecialis ab eodem Cardinale deputatus, exhibendo eaſdem Bullas ab originali tranſumptas, hujuſmodi preces Principi porrexit:

Sereniſſimo Signore.

190. *Eſſendo ſtato dalla Santità di Noſtro Signore, a nominazione di V.A. Sereniſſima, proviſto dell'Abazìa di Caramagna l'Illuſtriſſimo Sign. Cardinale Borgheſe, come per lettere Apoſtoliche Dat. 15. Kalend. Novembris 1605. de' quali ſe ne fà fede per un Tranſunto autentico: acciò eſſo Sig. Cardinale poſſa gioire della grazia, con prendere il poſſeſſo di eſſa, e ſuoi membri, il Protonotario Franceſco della Porta, Procuratore ſpeciale coſtituito dal ſuddetto Signor Cardinale per conſecuzione di eſſa grazia, umilmente ſupplica V. A. Sereniſſima ſi compiaccia concederli il placet, che ſuole concedere per eſſecuzione delle Bolle, e poſſeſſione a chi ſia ſpediente, e comandare le ſia ſomminiſtrato quanto sarà biſogno, liberando ogni ſequeſtro fatto a Fittajuoli, ed altro con le ſolite inibizioni, come ſi ſpera dalla benignità di V.A. quam Deus, &c.*

Sequitur Decretum Sereniſſimi Ducis:

191. *Avendo la Santità di Noſtro Signore, a nominazione noſtra, e conforme gl'Indulti, quali teniamo dalla Santa Sede Apoſtolica, proviſto il Sig. Cardinale Borgheſe dell' Abazìa di Caramagna, ſotto il titolo di S. Maria, come per le Bolle di Sua Santità delli 14. d'Ottobre proſſimo paſſato appare; ed eſſendo mente noſtra, e piacendone, che detto Sig. Cardinale godi, e gioiſca delli frutti, e preeminenze, ed altre coſe, che da detta Abazìa ne dipendono. Per le preſenti, di noſtra certa ſcienza, e col parere del noſtro Conſiglio, mandiamo, e comandiamo a tutt'i noſtri Magiſtrati, Miniſtri, ed Offiziali mediati, ed immediati, a' quali ſpetterà, che in eſſecuzione di dette Bolle, e delle preſenti, debbano laſciarne di detta Abazìa pigliar al detto Sig. Cardinale, o ſuoi legitimi Procuratori, ed Agenti, il libero, reale, ed attual poſſeſſo; anzi facendo il biſogno, e ſendone richieſti, in quello metterlo, e mantenerlo con le clauſole, e ſotto le inibizioni opportune, con ridurlo, ſiccome noi lo riduciamo con detta Abazìa, ſuoi dependenti Maſſarii, Tenementarii, ed Agenti, ſotto la protezione, e ſalva guardia noſtra ſpeciale, facendo godere il detto Sig. Cardinale, e ſuoi predetti, della detta Abazìa, frutti, preeminenze, ed altre coſe da quella dipendenti. Rivocando noi a tal'effetto ogni ſequeſtro, e riduzione, che da eſſa Abazìa, e frutti, ne foſſe ſtata fatta alle mani noſtre, o della Camera noſtra; che così vogliamo. Dat. in Rivoli li 5. Novembre 1605. Carlo-Emanuel, &c. V. Provana Sig. & ſott. Roncas, &c.*

192. Eamdem formam ipſemet Cardinalis Burgheſius adhibuit eodem anno 1605. pro conſequenda Abbatia S. Mariæ de Pinerolio, prout conſtat ex litteris regiſtratis in libris Cameræ Taurineñ ſub die 15. Novembris 1605. nec diverſimodè ſe geſſit, quando prædictam Abbatiam Caramaniæ renunciavit Petro Cardinali Camporeo, qui dein anno 1625. in Pontificatu Urbani VIII. cupiens eamdem Abbatiam Caramaniæ dimittere favore unius ex ſuis nepotibus, in hunc modum Sereniſſimo Duci ſcripſit:

Sere-

Sereniſſimo Sig. mio Oſſervandiſſimo.

193. *Mi fece grazia l'A.V. molti meſi ſono,ad inſtanza del Sig.Principe Cardinal ſuo Figliuolo, e del fù Sig. Cardinal Borgheſe, d'aver per bene, che io riſegnaſſi la mia Abazia di Caramagna ad un mio Nipote, con riſerva di ducento ſcudi di penſione a favore del Sig. Carlo Aſinari: ed eſſendoſi poco fà ſpedite le Bolle, le mando nelle mani del Protonotario Vignali;acciò che,con buona grazia di V. A. ne pigli il poſſeſſo. Io ne dò conto a V. A. ed inſieme la ſupplico a deguarſi di dar'ordine, che il medemo Protonotario ſia in ciò favorito: aſſicurando l'A.V. che queſta grazia ſarà infinitamente da me ſtimata per l'occaſione, che averà il medeſimo mio Nipote di continuare con coteſta Sereniſſima Caſa la devotiſſima mia ſervitù, e di vivere ſotto la ſua protezione. E quì finiſco, con bagiare affettuoſamente le mani a V. A. e raccomandarmi alla ſua buona grazia. Di Cremona li 8. Giugno 1625.*

Di V.A. Devotiſſimo Servitore il Card. Campori.

194. Habentur in iiſdem libris Cameralibus aliæ litteræ placitoriæ ejuſdem Principis, occaſione, quòd Octavius Cardinalis Paravicinus, Abbatiam Caburrenſem Eraſmo Paravicino nepoti dimiſit: quod idem anteà obſervatum fuiſſe, conſtat,à Cardinale Gilberto,intuitu Abbatiæ S. Juſti de Secuſia. neque ibidem deſunt aliæ litteræ placitoriæ ante captam poſſeſſionem beneficii, quæ à proviſis præſentari conſueverant,exprimendo proviſionem fuiſſe factam ad Principis nominationem, ſeù intentionem, & voluntatem, prout eruitur ex traditis per *Theſaurum ſeniorem deciſ.* 121. *num.* 12. *ab Eccleſia obſervat. lib.* 1. *cap.* 190. *num.* 9. & 10. *Gothoſredum à Bavon ſua praxi crimin. quæſt.* 16. *num.* 11. *Amedeum de Ponte in tit. Quis ſit Judex cauſæ ſeudal.num.*48.

195. Urbano VIII. Barberino,Pontifice Optimo Maximo, dominante, Antonius Cardinalis Barberinus,ejuſdem Pontificis ex Fratre Nepos, & Sabaudiæ Protector, non aliter niſi ex prævia Ducis Victorii-Amedei voluntate proviſus fuit de Abbatia S. Stephani Vercellen̄, prout fidem faciunt litteræ placitoriæ à ſua Regia Celſitudine obtentæ de anno 1633. neque in diutino illo, & feliciſſimo Pontificatu, qui cæpit anno 1623. & deſiit anno 1644. fuit unquam dubitatum de hoc implicito, ſeù virtuali jure nominandi ſuæ Regiæ Celſitudinis ad dignitates Abbatiales ſui temporalis dominii; undè nemo invenitur proviſus de prædictis Abbatiis, niſi Subditus optimè meritus, qui virtutibus inſignis Ducis prævium conſenſum, ſeù voluntatem, & dein Summi Pontificis inſtitutionem meruerat, quorum nomina, & cognomina reſpectivè ad ſingulos de iiſdem Abbatiis proviſos, videlicet ab anno 1623. uſque ad annum 1644. recenſuit Franciſcus-Auguſtinus ab Eccleſia,Epiſcopus Salutienſis, in ſua Chronologica hiſtoria Epiſcoporum,& Abbatum Regionis Pedemontanæ.

196. Innocentius X. Urbani VIII. Succeſſor in ſuo vndecennali Pontificatu, tantùm abeſt, quòd unquam jus hoc indubitatum favore Ducis Sabaudiæ turbari permiſerit, ut immò, quàmvis jam Abbatiam Intramontes Camillo Cardinali Pamphilio,ex Fratre nepoti,deſtinaſſet:inſtante tamen Miniſtro Sabaudiæ, eamdem Abbatiam ſtatim contulerit perſonæ illi idoneæ, ergà quàm Regia Celſitudo Caroli-Emanuelis II. propriam intentionem, atque conſenſum eidem Pontifici ſignificaverat.

197. In primo biennio Pontificatus Alexandri VII. qui anno 1655. Innocentio X. ſucceſſerat, nihil circà proviſiones beneficiales innovatum reperio, quòd formam à Nicolao V. præſcriptam, & à ſuis Prædeceſſoribus religiosè ſervatam, in minimo læderet; donec poſt ſubſequutam die 9. Aprilis 1657. Cardinalium promotionem, in qua primo loco Flavium Chigium ſuum ex Fratre nepotem, inter purpuratos Eccleſiæ Patres adſcivit, illumque ſui primi Miniſtri dignitate, & imperio decoravit, cùm fortè in Regione Pedemontana vacaſſent per obitum Philiberti Scaliæ, ex Verrucæ Comitibus, Abbatiæ S. Juſti Secuſieñ, & S. Petri de Mullegio, ſeù de Silva, non levis poſt longiſſimi temporis tranquillitatem, adverſus firmam, & ineluctabilem Pontificiæ promiſſionis petram, tempeſtas emerſit, à contrariis Datariæ ventis excitata, quorum vim, licet tunc allegata pro parte ſuæ Regiæ Celſitudinis jura ſatis infringerent; nihilominus non deſiit Regia, & inviĉtiſſima Mater Caroli-Emanuelis II. Chriſtina, ſoror Regis Chriſtianiſſimi, de filii dileĉtiſſimi, ſuorumque Subditorum indemnitate ſemper ſollicita, proprios ſenſus Jacobo Cardinali Corrado, tunc Prodatario, ſignificare in ſua Regia Epiſtola ad eumdem Cardinalem inſcripta, cujus tenorem, de Gallico ad Italicum idioma tranſumptum, hic refero.

Signor mio Cugino.

198. *L'inclinazione, che voi avete tutt'i giorni teſtimoniato per l'intereſſe di queſta Corona, mi dona la confidenza di dirvi, che S.A.R. Sig. mio Figliuolo è ben ſorpreſo di ſentire le difficoltà, che s'incontrano nella ſpedizione delle due Abazie vacanti ne' ſuoi Stati, e che conſidera con diſpiacere, che tutti li ſervizi, che ſappi rendere alla Santa Sede Apoſtolica con tanto zelo, applicazione, e ſpeſa, non faccino alcuna impreſſione nell'animo di Sua Santità, e del Sacro Collegio, per far conſiderare il merito, che lui, e ſuoi Sereniſſimi Predeceſſori s'hanno acquiſtato verſo la Sede Apoſtolica, nell'occaſione, c'hanno avuto, di portare i ſuoi intereſſi. E ſenza parlare delle perdite, che queſta Caſa Reale hà ſofferto ne' tempi paſſati, per eſſerſi ſottopoſta agli Eretici, e per non averne voluto ammettere, nè ſoffrire alcuno nelle Terre Cattoliche del ſuo Dominio: Io vi prego a ſovvenirvi, che queſti ultimi anni S. R. A. laſciò le Frontiere de' ſuoi Stati eſpoſte all'invaſione de' ſuoi Nemici, per rivolgere le ſue armi contro quelli di Dio, e della Chieſa, che ſi trovavano adunati dentro le Valli di Lucerna: e ch'eſſendo animati da' ſoccorſi potenti d'uomini, e di denari, che li venivano da Francia, da i Svizzeri, da Geneva, d'Alemagna, e d'Inghilterra, concepivano grandi ſperanze in pregiudicio di queſti Stati, della Religione Cattolica, e della Santa Sede. Io sò ben, che Dio, per ſua Divina providenza, l'hà fermata, e ſtabilita ſovra una pietra ſtabile, contro la quale tutti i sforzi dell'Inferno, e dell'ereſia, ſaranno ſempre vani; ma queſto non deve già diminuir la ſtima, che la Santa Sede deve fare de i Principi zelanti nel ſuo ſervigio, e che ſono i primi a ſpiegare i loro ſtendardi contro i ſuoi Nemici, ed à mettere in compromeſſo loro beni, loro Sudditi, loro Stati, e loro propria vita, per difender la cauſa della Chieſa. Appreſſo queſt'ultima guerra delle Valli, voi vi ſovvenirete ancora, che li Cantoni Eretici, fomentati dal Protettore d'Inghilterra, Cramuel, e da tutt'i Principi Eretici d'Alemagna, avendo intrapreſo una guerra aperta contro i Cantoni Cattolici, con diſegno di rendere il Corpo Elvetico d'una ſola Religione contraria alla noſtra, e di formare in conſeguenza una potenza for-*

mi-

midabile per l'unione di detti Principi d'Alemagna, e delle Repubbliche Settentrionali infette della medema Ereſia, per opporſi a quella del Papa, e de' Cattolici Romani, e per procurarne la rovina, e diſtruzione. E ſua Santità informata, che S.A.R. inviò nel medemo tempo delle truppe per rinforzar la parte de' Cattolici, ed un' Ambaſciadore, per maneggiare, come fece fortunatiſſimamente, la pace frà li detti Cantoni, facendo così ſvanire tutti queſti gran progetti, che minacciavano tutt'i Principi d'Italia, e principalmente la Santa Sede. Doppo ſervizj sì recenti, non può S.R.A. che maravigliarſi, che ſi voglia in Roma, privarlo de i Privilegj, che li ſono ſtati accordati dalli Sommi Pontefici, e de' quali hà goduto ſenza contradizione da Papa Nicolò V. ſino al preſente, in materia delle Abazìe de' ſuoi Stati: e non potendo immaginarſi, che queſta novità venga da Sua Santità, nella quale S. R. A. hà ſempre conoſciuto una paterna bontà, ed una favorevoliſſima inclinazione verſo i ſuoi intereſſi, Io credo di dovervi pregare, come faccio inſtantiſſimamente, di non ſoffrire, che ſi faccino ſiniſtre relazioni a Sua Santità, contrarie a' noſtri Privilegj, ma di contribuire, ed interporre voſtri buoni offici appreſſo la Santità Sua, a finche detti noſtri Privilegj ſiino conſervati, per non porre in neceſſità un Principe, che ſtima tanto la voſtra perſona, ed hà tanto amore, e venerazione verſo Sua Santità, ed è sì zelante per gl'intereſſi della Santa Sede, d'opporſi alle proviſioni, che potriano eſſer date contrarie alle ſue ragioni, per le vie, che li permettono li medeſimi Privilegj, e Conceſſioni Apoſtoliche: come ſarà aſſolutamente aſtretto di fare, quando, nè le ſue preghiere, e ſommiſſioni, nè le rimoſtranze de' ſuoi Miniſtri, ſaranno aſcoltate; perche non vi è alcuna ragione, nè apparenza, che l'intenzione di Sua Santità ſia, di togliere a S.A.R. mio figliuolo i Privilegj, che li ſuoi Sereniſſimi Anteceſſori s'hanno acquiſtato per li ſegnalati ſervigj, c'hanno reſo alla Santa Sede, eſſendo formati i Caratteri di detti Privilegj con il loro proprio ſangue, e di quello de' loro Sudditi, ſparſo per la difeſa della Santa Sede, e della Religione Cattolica. Anzi eſſendo certo, che tali proviſioni non ſaranno derivate dalla ſanta, e retta intenzione di Sua Santità, averà S.A.R. tanto maggior fondamento di credere, che ſenza romper la giuſtizia, potrà ricuſar di riceverle, e di non permettere la loro pubblicazione. Io v'averò aſſieme con detta A.R. una particolare obbligazione, ſe vi prenderete la pena di rappreſentare queſte coſe a Sua Santità, e di diſporla, a farci ricevere le giuſte ſoddisfazioni, che noi dobbiamo attendere dalla ſua bontà, per levar tutte le occaſioni a gl'inconvenienti, che potriano naſcere, e ricever queſto teſtimonio della voſtra affezione. Io vi moſtrerò la medema in tutte l'occaſioni, eſſendo con verità, Sig. mio Cugino. Di Torino li 20. Febbraro 1659.

Voſtra affezionatiſſima Cugina Criſtina.

199. Pendente hac controverſia, materiam intentati gravaminis auxit ſubſequuta vacatio Abbatiarum S. Januarii, Caramaniæ, & S. Mauri, quarum Regiam nominationem placuit adverſantibus intrà eaſdem ambages involvere; neque repetitæ Sabaudi Oratoris ad Summum Pontificem preces, aut indubitata ſuæ Regiæ Celſitudinis Jura, à doctiſſimis Jure-Conſultis vulgata, profuerunt, ad tollendam remoram, qua in hac cauſa debitæ juſtitiæ curſus ſiſtebatur. Ad leniendum Principis animum adverſus juſta negantes, curavit Robertus Cardinalis de Victoriis, tunc apud ſuam Regiam Celſitudinem Nuncius, rem hanc aliquo temperamento componere, quod diù fruſtrà tentatum probat Epiſtola Religioſi viri, qui Mediatoris partes agebat, ad Eminentiſſimum tunc Cardinalem Prodatarium

tarium inſcripta, cuius tenorem neceſſe habeo hic inſerere, ut dignoſcatur, quid ab utraque parte dictum, & allegatum fuerit.

Copia di lettera ſcritta al Sig. Cardinal Corrado Prodatario da N. N. prout jacet.

Eminentiſſimo, e Reverendiſsimo Signore.

200. *Il deſiderio immenſo, che tengo di vedere terminate le differenze di Monſignor Nunzio con queſta Corte, e la paſſione ardentiſſima, che hò per il ſervizio, e ſoddisfazione dell'Eminentiſſimo Sig.Card.Chigi, doppo gli officj da me fatti a tal fine, ma ſenz' effetto, m' abbligan à rappreſentare a V. Eminenza le ragiani, che muovona queſta Camera de i diritti di S.A.R. ſperando, che V. Eminenza col ſuo vaſtiſſimo genio ricchiſſimo di partiti, ne troverà facilmente qualch'uno di ſoddisfazione ad ambe le parti; così pure il deſidera il Sig.Marcheſe di Pianezza, il quale fù a favorirmi jer l' altro in mia Camera, dove ſtò ritirato per qualche picciola indiſpoſizione, portando ſeco i privilegj conceſſi da' Sommi Pontefici a queſta Caſa, ed inſieme i Regiſtri della Camera di S.A.R. contenenti in parte le lettere placitorie, acciocchè ſendone io informato, ne traſmetteſſi la notizia a Voſtra Eminenza, perche indi giudicaſſe con qual fondamento ſi ſoſtengano gli avantaggi di S.A.R. nella diſeſa de' quali, ſe vi foſſe ſolamente probabilità, e non evidente certezza di ragione, (aggiunſe il Sig.Marcheſe) che la cauſa di S. A. R. ſi abbandonerebbe da' ſuoi Miniſtri medeſimi per affatto inconſiſtente.*

Primieramente ſi fondano i Miniſtri di S.A.R. nel titolo, che loro danno gli privilegj conceſſi da' Sommi Pontefici a' Duchi di Savoja, veduti da V. Eminenza, come credo, e de' quali deve aver copia il Sig. Commendatore Gini, Reſidente di queſta Corte preſſo Sua Santità. Queſti parlano così chiaro della neceſſità del conſenſo di S.A.R. nella collazione per Veſcovadi, ed Abadie &c. che pare, che nulla ſi poſſa opporre in contrario, ed in fatto per gli Veſcovi non ſi fà niuna difficoltà, tutto che i privilegj parlino ugualmente degli altri beneficj Eccleſiaſtici: tuttavia oppone Monſignor Nunzio, che il privilegio per Nicolò V. benche ſi ſtendeſſe a tutti gli Stati poſſeduti dal Duca Ludovico, ſpirava però nella ſua perſona, e per non eſſerſi fatta in tal privilegio menzione de' Succeſſori; ma a queſta obbjezione è ſtato anche altimamente riſpoſto l'anno 1659. dal Sig. Preſidente Fauſſone, come ſtà nel principio del libro de' privilegj, ſtampato l'anno ſuddetto, quale V. Eminenza è pregata di leggere con attenzione, e d'eſſaminarne le formole. Al che aggiungeſi la confermazione fatta da Leone X. e da altri Pontefici, per cui ſi propaga il privilegio per Nicolò a tutt' i Duchi di Savoja pra tempore exiſtentibus.

Secondariamente appoggiano i Miniſtri di S.A.R. le loro ragioni all' uſo, e conſuetudine delle lettere Placitarie, date da S.A. a' proviſti dell' Abazie di Piemonte. Io in preſenza del Sig. Marcheſe ſuddetto ne hò cavata la nota quì anneſſa d'un libro degli ultimi regiſtri della Camera, in cui hò inſeriti ſolamente gli ſtranieri, maſſime Cardinali, laſciãdo a parte i Sudditi, de' quali il numero è troppo grãde. Oppone Nonſignor Nunzio primieramente, che vuol vedere gli originali, non gli Regiſtri. A ciò ſi riſponde da' Miniſtri di S.A. che pare ſi faccia torto al medeſimo Principe, in dubitare della fede de' Regiſtri della ſua Camera, tenuti con tanta cura, e geloſia, come ogn' un sà, ed a quali ſi hà ricorſo con ugual ſicurezza,

Digitized by Google

come a' proprj originali, che pur anco di queſti ſe ne averà contezza, quando a queſto punto ſi riduca, e ſi ultimi la differenza, facendo queſta con le ricerche rinvenire ogni giorno nuove ſcritture, e notizie. Secondo, dimanda, che ſi trovino ne' Rigiſtri, ò altrove, gli altri Cardinali, che da cento anni in quà hanno poſſedute Abazìe di queſto Stato, quali dice, oltre le accennate, eſſere in grandiſſimo numero; ſi riſponde, che ſe ne dia la nota, perche facilmente per quelli, come degli altri ſi troveranno le lettere placitorie. di più, ch'in queſte contingenze ſi hà ſempre riſguardo agli ultimi atti per poſſeſſo, quali ſono i già motivati, e maſſimamente quello del Sig. Card. Antonio Barberini trent'anni ſono, doppo il quale non v'è ſtato più Card. ſtraniero, a cui ſia ſtata conferita alcuna Abazìa di Piemonte. dal che anco ſi ſcorge, che, ſe da trent'anni in quà non v'è ſtato alcun Card. ſtraniero poſſeſſore di queſte Abazìe, non ſaranno forſe in sì gran numero quelli, che Monſignor Nunzio ſuppone poſſeſſori anteriori. Aggiungeſi, che la Camera non può averne tenuto regiſtro ab antiquo, per non eſſere ſtata ſtabilita, e fondata, che da Emanuele-Filiberto, Padre di Carlo-Emanuele I. Monſig. Nunzio dice, che gli Agenti, i quali preſero lettere placitorie a nome de' Proviſti nella nota da me accennata, non aveano perciò fare, mandato ſpeciale di procura. ſi riſponde, che, perche gli Agenti dell' Abadìa di Caramagna prendono le lettere placitorie nella forma degli altri Agenti paſſati, nulla loro ſi dimanda di più. varie altre coſe ſi oggettano da Monſig. Nunzio, alle quali riſpondono i Miniſtri di S.A. con ugnale facilità, molti de' quali, (a cui hò parlato per procurare, e indurre le coſe ad ogni più dolce temperamento) m'han detto, che ſono così ſicuri in conſcienza, e che i diritti per S.A. ſono tanto certi a chi ſenza ſottigliezza eſſamina la verità, che, ſe foſſero per render l'anima, non cambierebbero il ſentimento. Quanto a me, quello, che più per tutto mi muove, ſi è, che il Sig. Marcheſe di Pianezza tanto amatore dell'equità, e tanto zelante in ciò, che riſguarda la Santa Sede Apoſtolica, non mi ſembra punto lontano dal buon penſiero. ſi ſono cercati varj ſpedienti; ed jeri ne concertammo uno con Monſignor Nunzio, ed era queſto, che Monſign. Nunzio diceſſe in ſcritto, che egli ſi maravigliava, che ſi dimandaſſero lettere placitorie, mentre il poſſeſſo dell' Abadìe era ſtato preſo con queſta ſoddisfazione, ed anco approvazione di S.A.R. ma la propoſizione è ſtata eſcluſa dalla Corte, e ſi perſiſte ſempre in dimandare, che in cambio delle lettere placitorie, Monſig. ſcriva, ſendo ſtate proviſte le Abadìe, con intenzione, e conſenſo per S.A.R. di tutto ciò V. Eminenza verrà informata per le lettere quì congiunte, ſcrittemi da jer ſera in quà dal Sign. Marcheſe di Pianezza, in una delle quali vedrà anco lo Stato degli Eretici ribellatiſi, ſopra di che il Signor Marcheſe di Pianezza mi diſſe l'altro jeri, che comunemente le altre Nazioni ſogliono appoggiare la ragion di Stato, col preteſto della Religione, e che Noi tutti all'incontro per la differenza della Religione abbandoniamo la ragione di Stato. ſcuſi V. Eminenza l'importunità di queſto diſcorſo, del quale però non mi poſſo pentire nella ſperanza, che hò, che indi ne ſia per riſultare col mezzo di V. Eminenza la pace.

Let-

Lettere placitorie cavate dall' ultimo Libro de' Regiſtri della Camera.

201. 1594. 1. *Settembre a ſavore del Card. S.Giorgio.*
1601. 12. *Maggio a ſavore del Card. S. Clemente.*
1605. 15. *Novembre a ſavore del Card. Borgheſe.*
1606. 23. *Dicembre a ſavore del medema.*
1610. 6. *Marzo a ſavore del medemo.*
1610. 24. *Giugno a ſavore del Paravicini per reſegna fattagli dal Cardinale ſuo Zio.*
1633. *a ſavore del Card. Antonio Barberini. Se n'è trovata una latina a ſavore del Sig.Vimarcata Milaneſe, fatta dall'Eminentiſs.Ghiberta nell'anno 1559.* 24. *Novembre per l'Abazia di Suſa. Il Sig. Marcheſe di Pianezza aſſicura d'averne veduta un'altra negli Archivj della Corte in ſavor del Zio del Card. Borgheſe.*

202. Nullus ſanè dari de jure poterat liberæ collationi locus, ubi Pontificiæ promiſſiones, & Apoſtolica indulta, perſonæ idoneæ providendæ, arbitrium Sabaudiæ Duci reliquerant; Aliqua tamen inſiti juris abdicatio, ſeù renunciatio induci non valuit ex eo, quod Princeps in obſequium Pontificis, & gratiam Cardinalium Nepotum remiſsiùs egerit, conſentiendo, ut juxtà tractatum dein initum inter Nuncium Apoſtolicum, & Marchionem Planitiarum, tunc Primarium Suæ Regiæ Celſitudinis Miniſtrum, Abbatia Caramaniæ prædicto Cardinali Chigio, & illa de Mullegio, ſeù de Silva, Antonio Cardinali Bichio, ejuſdem Pontificis ex ſorore uterina nepoti, conferrentur. De aliis verò tribus, videlicet S.Juſti Secuſieñ, S.Januarii, & S.Mauri providerentur perſonæ reſpectivè jampridem Pontifici à Principe deſignatæ.

203. Hac facti veritate detectâ, non habent adverſantes, quid jactent de aliquo lethali vulnere inflicto facultativo juri, quod habent Sabaudiæ Duces implicitæ, & virtualis nominationis ad beneficia Conciſtorialia ſui temporalis Dominii: quamvis prudentiſſimo, & piiſſimo Principi, tunc decere, & expedire viſum fuerit in prædictis duabus Abbatiis propriam voluntatem Summi Pontificis intentioni devovere, & ad ejuſdem Cardinalium nepotum commoda flectere, quos prævii conſenſus ad hoc emanati à Sua Regia Celſitudine gratias egiſſe, ex ejuſdem facti relatione comperio: in quo ulteriùs inveni exemplar epiſtolæ, quæ inſcripta dicitur ab eodem Cardinale Chigio ad Ducem Sabaudiæ Carolum-Emanuelem II. tunc regnantem, infraſcripti tenoris:

Sereniſsimo Signore.

204. *Rendo a V.A. mille grazie del ſavore, che mi hà fatto, ordinando al ſuo Ambaſciadore di ſupplicare Sua Santità, di concedermi l'Abazia di S. Gennaria: e di aſſicurarla, che alla qualità mia di Foreſtiere ſi compiace l'A.V. in conformità de' ſuoi privilegj, di contraporre il deſiderio, e le preghiere ſue per vedermene proveduto. Vi hà Sua Beatitudine benignamente inclinata: ed io dovrò rimanere con perpetua memoria di queſta sì ſpontanea, e favorevole diſpoſizione dell'A.V. verſo la mia perſona, per laquale ſi compiace anche d'avere nell'occorenza dell'Abadia di Caramagna tanta propenſione, come per quella di Silva per il Sig. Card. Bichi.*

Res tamen aliter ſe habuit ex ſubſequuto concordio,quoad Abbatiam Sancti Januarii, cujus nominatio, dein proviſio ceſsit in favorem Abbatis de Nomis,nobilis Pedemontani.

205. Cæterum ipſemet Pontifex Alexander VII.vacantem Abbatiam S.Pontii Nicień ex poſt contulit Gaſpari de Laſcaris Epiſcopo Carpectoratenſi, ergà quem Sua Regia Celſitudo eidem Summo Pontifici priùs ſuam intentionem ſignificaverat,& conſenſum præſtiterat, juxtà formam à Nicolao V. præſcriptam; atque eodem Principe ſupplicante,ſuper fructibus ipſius Abbatiæ,reſervatę fuerunt duæ annuæ penſiones, una aureorum centum,favore Comitis Octavii Morotii Equitis profeſſi SS.Mauritii, & Lazari, & alia aureorum quadraginta in favorem Abbatis Octavii Ripæ Epiſcopi Vercellenſis. Undè manifeſtè convincitur, Principem, ex complacentia habita in prædictis duabus Abbatiis, nullum ſuo juri præjudicium inferre voluiſſe: neque Pontificem habuiſſe in animo, liberam hujuſmodi Abbatiarum diſpoſitionem contrà Prædeceſſorum ſuorum promiſſa, & indulta, ſibi, & Apoſtolicæ Sedi tribuere.

206. Clemens IX. Alexandri VII. Succeſsor, illæſa Pontificiæ promiſſionis jura reliquit; Etquamvis in ſubſequuto Pontificatu Clementis X.non defuerit, qui occaſione vacantis Abbatiæ de Sixt, Diœceſis Gebennenſis, limpidas, & cryſtallinas hujuſmodi juris aquas,iiſdem quæſitis coloribus,denuò turbare tentaverit: Attamen, poſt cognitam cauſæ veritatem, atque juſtitiam, ceſſit ipſius Abbatiæ proviſio, favore Abbatis Cagnoli, pro quo Sua Regia Celſitudo præviam Suæ Sanctitati intentionem, atque voluntatem expreſſerat. nec diverſimodè obſervatum ab Innocentio XI. & Alexandro VIII. quoties aliquam Abbatiam vacare contigit, prout expertus ſum in Abbatiis Sancti Michaelis Cluſini, Caſenovæ, Altacombæ, Sanctæ Mariæ de Abundantia, de Sixt, atque bis in Abbatiis Sancti Pontii, & S. Mariæ de Alpibus, quamvis in tempore mei Prædeceſsoris apud eumdem Innocentium XI.Abbatia S.Januarii minùs propitiam ſortem invenerit, quæ cùm vacaſset per obitum præmemorati Abbatis de Nomis,ultimi poſseſsoris,remanet adhuc fruſtrata ſuo legitimo Succeſsore,illiuſque poſseſsionem, in grave damnum perſonæ jampridem à Principe deſignatæ, retinet, & fructus adhuc percipit nomine Reverendæ Cameræ Collector Pontificius ſpoliorum, & vacantium in Regione Pedemontana, cujus diutinæ dilationis cauſa in vindicandis juribus Suæ Regiæ Celſitudinis, licèt non tàm ſingularibus obſtaculis tunc de novo, quoad hanc Abbatiam dumtaxat ſpecialiter excitatis, quàm eximiæ pientiſſimi Principis moderationi tribui poſſit. Attamen pati non debet Optimus Princeps, ut in providendo jam à ſe electum, jus Suæ Regiæ Coronæ longiori morâ eludatur; nam,quod ad ejus pietatem, & clementiam referendum eſset, jam ex adverſo ad juris defectum detorquetur, non obſtante quòd non minùs erroneum in facto,quàm deficiens in jure detegatur præcipuum illud motivum, quo, ad remorandam iſtius Abbatiæ proviſionem favore perſonæ deſignatæ, adverſantes uſi ſunt: ſupponendo, illam in tempore ſequutæ Pontificiæ promiſſionis extrà temporalem Sabaudi Ducis Ditionem extitiſse. Non loquor de Abbatiis S.Mariæ de Silva, & S.Mariæ de Caramania ſupra memoratis à *num.*197. uſque ad *nn.*205. in quarum proviſionibus attenta vacatione in Curia, ſcù apud Sedem,per obitum eorumdemmet Cardinalium Nepotum ſan.mem. Alexandri VII. cadere poterant ſingulares inſpectiones intuitu reſervationum Apoſtolicarum,quæ,an Juribus Suæ Regiæ Celſitudinis nocere valeant veritati,

non-

nondum plenè diſcuſſæ relinquo; ultrà quod non defuit in prædictis proviſionibus præcedens declaratio Sabaudi Miniſtri, circa ſui Principis intentionem, atque conſenſum.

207. Irrefragabili rerum ità geſtarum veritati non officit, ſi fortè in Bullis, quæ favore Proviſorum expediri conſueverunt, nulla fuerit facta mentio de prævia Ducis ſupplicatione, ſeù de præhabitis illius intentione, atque conſenſu, ſicuti in punct, opoſt rem maturè perpenſam, concludunt *Oſſatus*, *Thomaſsinus*, *Pinſonius*, & *Corraſius* ſuprà laudati *à num.* 135. *uſque ad num.* 141. nam Bullæ referendæ ſunt non ad ſubſtantiam gratiæ intrinſecam, quæ perficitur, atque conſumitur in voluntate Papæ, multò minùs ad formam circà deſignationem perſonæ à Summo Pontifice ſervatam; ſed dumtaxat ad ſimplicem uſum extrinſecum, & exequibilem reſpectu perſonæ, cui fuit facta proviſio. *Gomeſ. ad reg. de non judicand. quæſt.* 1. *verſ. tamen quoad eſſentiam*, *Loter. de benef. lib.* 3. *quæſt.* 2. *num.* 8. & *ſeqq.* Et ideò non mutant priorem ſtatum beneficii, nec intervertunt formam à Summo Pontifice intuitu perſonæ providendæ ſervandam, prout docet *Loter. de benef. lib.* 1. *quæſt.* 34. *num.* 62. *Hieron. Palma alleg.* 73. *num.* 6. & 7. Neque enim Duces Sabaudiæ, pro obtinendo factæ ſibi promiſſionis implemento, aliud inquirere debuerunt, niſi ut Pontifex Epiſcopatus, & Abbatias vacantes effectivè, & realiter, non verbis, ſed facto de iiſdem perſonis provideret, ergà quas priùs eo, quo decet, obſequio ſuam eidem Pontifici intentionem ſignificaverant, & proprium conſenſum præſtiterant; quo actualiter verificato non mirum, ſi cætera tanquam inania tranſmiſerint, & veluti extrà datæ fidei implementum vagantia neglexerint.

208. Cum promiſſio à Nicolao V. emanata favore Ducis Sabaudiæ, longè antiquior ſit omnibus indultis, & concordatis, quibus hodiè Supremi, & Magni Principes utuntur, in nominandis, ſeù proponendis, vel ſupplicandis Epiſcopis, & Abbatibus, & conſequenter iſta expreſſio in Bullis Pontificiis denotans præviam nominationem, ſeù ſupplicationem pro majori Regii juris probatione, admiſſa, & introducta fuerit poſt prædictam Nicolai promiſſionem. Hinc eſt, quòd Officiales Datariæ, prout inconcuſſè ſolent, priſtinum morem retinuerunt in Bullis, ad prædictæ promiſſionis executionem, & implementum ſpectantibus. Cæterum nihil novi tentabitur, neque aliquid Sabaudi Principis juribus addetur, quoties ipſo nunc petente expreſſa in poſterum de prævia illius ſupplicatione in iiſdem Bullis mentio non omittatur, prout omnis juſtitiæ, & æquitatis ratio poſtulat; ſiquidem hæc in Bullis expreſſio, non ſolùm facta legitur correſpectivè ad aliud ſimile indultum conceſſum Archiducibus Auſtriæ in Gallia Belgica, & Comitatu Burgundiæ, ſed etiam intuitu participationis, quam Reges Chriſtianiſſimi de eodemmet jure à Sabaudiæ Ducibus obtinuerunt in Provincia Pinerolii, & adhuc retinent in Comitatibus Brixiæ, Bugeji, Gexii, & Vallis Romaricæ, de quibus reſpectivè memini ſuprà à *num.* 144. *uſque ad num.* 156.

209. Videbantur hucuſque coram Eminentiſſimis D. D. meis tàm in facto, quàm in jure deducta, & allegata, poſuiſſe cauſam Suæ Regiæ Celſitudinis extrà omnem aleam dubitandi, dum, ultrà urgentiſſima motiva, quæ à priori Pontificiæ promiſſionis manifeſtam correſpectivitatem, & neceſſitatem in præmium verſam oſtendunt; Militant etiam à poſteriori, ad juſtitiam, & veritatem convincendam indiſſolubili fœdere, Ratio, Authoritas, Exemplum, & Obſervantia. Verumtamen, dum Sabaudiæ Miniſter, de ſui Principis jure certiſſimus, ſollicitè

pre-

premeret, ut Sanctitas Sua omnes Abbatias in Pedemontio, nunc adhuc vacantes, providere dignaretur de illis perſonis idoneis, quas ipſemet Dux in litteris propria manu ſignatis, & ſupplici ſui Miniſtri voce, propriam intentionem declarando, & prævium conſenſum præſtando, Sanctitati Suæ propoſuit, & præſentavit: itàut futuris temporibus nulla remanere poſſet ambiguitas de hoc jure nominandi, proponendi, ſeù ſupplicandi favore Regiæ Sabaudiæ Domus, hoc ab iiſdem Eminentiſſimis D. D. Cardinalibus, à Sanctiſſimo Deputatis, reſponſum accepit: Se quidem poſt diſcuſſa merita cauſæ, unà cum ipſiſmet Dariæ Defenſoribus conveniſſe, quòd promiſſio Nicolai V. & ſubſequuta Pontificum indulta, jus perpetuum nominandi, ſeù ſupplicandi ad Epiſcopales, & Abbatiales Dignitates Sabaudiæ Ducibus præberent, ſed unicam, & peremptoriam intuitu Abbatiarum, de quibus agebatur, exceptionem diluendam ſupereſſe, in qua Datariæ Propugnatores adhuc inſiſtebant: aſſerentes, hoc jus Suæ Regiæ Celſitudinis ex iiſdem litteris Apoſtolicis coarctari intrà limites Geographicos Sabaudiæ Provinciæ ultrà Montes, & nullo modo verificari poſſe in Principatu Pedemontano.

210. Adduxit oretenùs Miniſter Sabaudiæ ea, quæ ſufficere exiſtimabat ad hujus exceptionis inſubſiſtentiam oſtendendam; ſed ab Eminentiſſimis Patribus interpellatus, dein à Sua Sanctitate juſſus, huic motivo, in quo ſuum Achillem adverſantes conſtituunt, ſcripto ſatisfacere, lubens obtemperat.

CAPUT ULTIMUM.

Confutatur inanis exceptio, in qua Adverſantes adhuc dumtaxat perſiſtunt, videlicèt quòd Nicolai V. Promiſſio, & pranarrata Pontificum Indulta, non egrediantur limites Geographicos Sabauda Provincia.

211. QUoties ſenſus ipſe verborum naturaliter rem determinat, ceſſat omnis quæſtio voluntatis. *vulgat. l. non aliter 67. ff. de legat. 3. l. Labeo ait 7. ff. de ſuppel. legat.* nam, ut inquit ibidem Tubero J. C. Quorſum nomina, niſi ut demonſtrent voluntatem dicentis; Arbitrari enim nemo debet quempiam dicere, quod non ſentiat, & mente priùs non agitaverit.

212. Cùm itaque Pontificia promiſſio loquatur univerſaliter de quibuſcumque Eccleſiis, vel Monaſteriis exiſtentibus infrà Diſtrictum Ducis Sabaudiæ, nulla cadere poteſt rationabilis ambiguitas, quòd verba prædicta ad Sabaudiæ Ducem directa, de ſui natura, & proprio ſignificatu ſecundùm communem uſum loquendi, atque omnem rationem recti ſermonis, non amplectantur cunctas Regiones, & Provincias ipſius Principis Imperio ſubditas; nam ubicumque Princeps habet poteſtatem diſtringendi, ſeù terrendi, dicitur de illius Diſtrictu,

ſeù

ſeù Territorio.*l.papillus* 239.*§.territorium,ff.de verb.ſignific. Bart.in l.non dubito,ff.de captiv.& poſtlim.Abb.Panorm.conſ.*20. *num.*1. Diſtrictus enim ſignificat non ſolùm territorium Civitatis, ſed etiam quidquid accedit in ſubjectionem extrà territorium, ut declarat *Angel.in l.fin.n.*5.*ad med.ff.de Juriſdict.omn.Judic.* & ibidem *Decius num.*19.*& Cagnol.num.*4. *verſ.videtis, & ſeqq.* ubi ſubjungit, Urbem Romam habuiſſe territorium uſque ad centeſimum lapidem,& tamen ſub ſuo Diſtrictu habuiſſe totum Orbem.*Franciſ.de Aret.conſ.*77.*num.*4.*Aſin.in praxi §.*7.*cap.*1.*num.*7.*& Lancellot Pallia ad conſuetud.Alexand.prælud.*8.*num.*54.

213. Certiùs hoc idem efficitur ex verbis immediatè ſubſequentibus, ad quæ Diſtrictus iſte refertur *ſui temporalis Dominii*. Siquidem Dominium temporale Supremi Principis cōtinet in ſe omnes Regiones, in quibus ipſemet Princeps dominatur. *authent.de non eligendis,§.illud quoque in fine, Calepin. in verb. dominium, & in verb.dominor*, quod idem importat vocabulum illud *Status*, quando reſpicit indefinitè alicujus Principis Juriſdictionem, prout legitur in iiſdem litteris Apoſtolicis ibidem in præfatione:*Nè Status ſui diſpendia ſubeant.* & inferiùs:*Nè ex promotione, &c. ſui Status ſuccedat diſpendium—Rota part.* 1. *diverſorum deciſ.*244.*num.*3.*ad fin.* eſt enim verbum univerſale, quod augmentum, & diminutionem recipit, & ideò etiam futura comprehendit, & trahitur ad loca poſteà quæſita. *l.prædia,§.finali,ff.de fund.inſtruct.Natta conſ.*340.*nu.*12. *&* 13. cujus extentionis ad futura interpretatio omninò ſumi debet, quando privilegium, ſeù indultum, reſpicit cauſam concedentis. *cap.quia circà de privileg.Valanſuel Velaſcb.lib.*1.*conſ.*85.*num.*57.*& lib.*2.*conſ.*146. *nu.*32. & præcipuè, dum inſpecta fuit dignitas Ducatus, & Subditorum utilitas. *cap.ex parte de Decim.Gratian.diſcept.for.cap.*834.*num.*28.*Suareſ.alleg.*28.*num.*7. *&* 8. ubi tradit, quòd Jura ſupervenientia non poſſunt diverſimodè conſiderari, quando concurrit eadem ratio. *Tiraquell.de retract.lignag.§.*1.*gloſ.*18.*nu.*53.*Alexand.conſ.* 178. *ex num.*9.*lib.*2. qui hanc concluſionem à fortiori tuetur, quando verba Indulti, ſeù Privilegii ſunt indefinita,& ſine aliqua temporis præfixione, cui adhæret *Rota deciſ.*265.*num.*40.*& deciſ.*325.*num.*12.*part.*5.*recent.*

214. Eumdem ſignificatum habent illa verba: *Niſi fuerint de locis Ditionis ipſius Ducis*, ſi ponderetur illud verbum *Ditio* indefinitè prolatum,ſicuti Grammaticos docet *Calepin.in verbo Ditio, cap.cum in partibus* 17.*§.cum autem*,& ibi *Gloſ.in verb.nomine terræ,de verb.ſignific.* Hinc Juſtinianus Imperator *in proem. Inſtitut.§.quorum utrumque in fine* ſub illo vocabulo *Ditionis* complectitur omnia Regna, atque Provincias, quæ Romano ſubjacebant Imperio; quo ſignificatu nihil frequentiùs legitur in Privilegiis, & Indultis Pontificiis ergà Supremos Principes, & penès Hiſtoricos Latinos, quando alicujus Magni Regis, ſeù Principis,integrum Dominium, licèt in plura Regna, & Provincias diviſum exprimere intendunt.

215. Hujus rei ſingulare documentum præbet *D.Petrus Cardinalis Damianus lib.*4.*epiſt.*3. ad Duciſſam Adelaidem,Umberti Sabaudiæ Principis uxorem, de qua memini ſupra *nu.*75.*& ſeqq.* ubi loquens de Ditione eadem,quam adhuc hodiè hæreditario jure retinent Sabaudi Principes, ità ſcriptum reliquit: *In Ditione verò tua, quæ in duorum Regnorum, Italiæ ſcilicet, & Burgundiæ porrigitur non breve confinium, plures epiſcopantur Antiſtites.* Habetur ibidem mentio de Burgundiæ, & Italiæ Regnis;nam quilibet,etiam modicè in hiſtoriis verſatus, non ignorat, Regionem illam ultrà Montes, in qua Sabaudi Principes domi-

nan-

nantur, olim fuiſſe comprehenſam in Regno Burgundiæ, prout Provinciam Pedemontanam in Regno Italiæ.

216. Neque diverſam interpretationem pati poſſunt verba illa indefinita; Ditio, Dominium, Status, & Diſtrictus, inter ſe ſynonima, & ad eumdem ſignificatum tendentia, quæ generaliter, & ſine aliqua reſtrictione prolata univerſaliter etiam, & indefinitè intelligenda ſunt: & maximè quoties ſubeſt eadem ratio omnium ſub indefinita loquutione comprehenſorum, ſicuti latè docet *Barboſ. axiom.* 123.*per totum*. Omni namque jure vetitum eſt, aliena verba, ſpreto communi ſignificatu ad proprium, & obliquum ſenſum deflectere. *cit. l. Labeo* 7.*verſ. non enim, ff. de ſuppelect. legat.* Siquidem verba debent intelligi, quatenus propria eorum ſignificatio patitur, atque accipienda ſunt ſecundum communem uſum loquendi. *l. librorum, §. quod tamen, ubi Bart. ff. de legat.* 3. vulgaris enim appellatio pro lege habetur ex *Gonzal. ad reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 11. & ſi generalia ſint, generaliter etiam ſunt interpretanda. *l. de pretio, ff. de public. in rem act. l. fin. ff. de dotis promiſſ.*

217. Non mè latet recedendum eſſe à naturali ſignificatu, & ab indefinita generalitate verborum, quoties è contrà pugnat aperta mens diſponentis, aut aliter cogit abſurditatis vitandæ neceſſitas, nè dum proprietas ſermonis attenditur, ſenſus veritatis amittatur, ſicuti monet *Gregorius-Magnus, relatus à Gratiano in cap. propterea* 8.*de verb. ſignific.* & habetur *in cit. l. non aliter, & ibi Gloſ. in verb. Teſtator, ff. de legat.* 3. Verumtamen hæc adverſus communem regulam exceptio minùs rectè trahitur ad caſum noſtrum, in quo juxtà Hilarii ſententiam *in cap. intelligentia* 6.*de verb. ſignif.* dictorum intelligentia ex ipſis dicendi cauſis aſſumitur, & naturalis verborum ſenſus Pontificiæ voluntati, atque voluntas verbis pari uniformitate deſerviunt; nam ex iiſdem Apoſtolicis Nicolai litteris expreſsè conſtat, non aliam contractæ promiſſionis præcipuam, & finalem fuiſſe cauſam, niſi illam, quam ibidem ipſemet Pontifex loquens in proemio generaliter de Supremis Principibus, Sibi, & Apoſtolicæ Sedi devotis adduxit in illis verbis: *Nè Status ſui diſpendia ſubeant, & quævis ipſos conturbet adverſitas inteſtina*; & dein deveniens ad promiſſionem initam favore Ducis Sabaudiæ, ſpecialiter expreſſit, prout ſequitur:

218. *Ne ex promotione quorumvis ad quorumcumque Eccleſiarum, vel Monaſteriorum infrà Diſtrictum ſui temporalis Dominii conſiſtentium regimina, ſeu proviſionibus quibuslibet de quibuſvis dignitatibus, diſpoſitioni noſtrę reſervatis, ibidem conſiſtentibus quibuſcumque perſonis per Nos faciendis, ſui Status ſuccedat diſpendium, aut alia quævis adverſitas inteſtina: præfatum Ducem harum ſerie certum reddimus, & ſibi promittimus, quòd ipſo, & Dominio hujuſmodi in integritate dictæ obedientiæ perſiſtentibus, ad quarumcumque Metropolitanarum, vel aliarum Cathedralium earumdem regimina, aut dignitates Abbatiales infrà Diſtrictum prædictum neminem præficiemus, ſeu illis de quorumcumque perſonis non providebimus, niſi habitis priùs per nos intentione, & conſenſu ipſius Ducis de perſonis idoneis ad hujuſmodi regimina, ſeu dignitates promovendis, vel de quarum perſonis tales proviſiones fuerint faciendæ.*

219. His ſic ſtantibus, omnis reſtrictio, non ſolùm naturalem verborum ſignificatum, ſed etiam loquentis expreſſam mentem ſubverteret. Siquidem ſana Pontificiæ promiſſionis intelligentia eam nequit irrationabilem interpretationem recipere, quòd ex pluribus Provinciis in generali temporalis Dominii, &

Di-

Ditionis expreſſione æqualiter contemplatis, una dumtaxat, cæteris excluſis, ad illud coæquale, & à cunctis optabile bonum admittatur, cujus participationem paterna Summi Pontificis providentia communem cunctis effecerat; & injurioſum omninò foret, atque ab omni ratiocinio alienum, iniquè præſumere, quòd Nicolaus Pontifex volens proſpicere ſecuritati Status, Ditionis, ſeù temporalis Dominii ad Ducem Sabaudiæ ſpectantis, nè ipſemet ſtatus diſpendia ſubiret, aut illum quævis conturbaret adverſitas inteſtina, Provinciam ultramontanam ſolummodò reſpexerit, & maritimas Alpes, atque Pedemontanam Regionem totius Italiæ propugnaculum neglexerit, prout etiam, quòd ipſemet Dux minorem curam, & ſollicitudinem habuerit de ſecuritate, & indemnitate Pedemontanæ Provinciæ, ubi Regia illa Domus, vim, & Sedem ſui Principatus obtinet.

220. Hanc fuiſſe Nicolai Pontificis mentem, oſtendit illa diſcretiva loquutio, in qua Subditi Sabaudiæ Ducis diſtinguuntur à non ſubditis, ibi— *niſi fuerint de locis Ditionis ipſius Ducis, aut ſibi gratæ, vel acceptæ de aliis locis oriundæ*— & paulò infrà— *perſonis dumtaxat, quæ locorum ejuſdem Diſtrictus alienigenæ, vel extraneæ non fuerint*— nullus enim Subditus ſuo Supremo Principi naturali alienigena, aut extraneus exiſtit, & maximè in Dominio, & Ditione Regiæ Sabaudiæ Domus, cujus Supremi Dominantes à ſuis Subditis, non tàm Principes, quàm Patres vocari gloriantur.

221. Ejuſdem voluntatis manifeſta probatio convincitur ex ſubſequutis Summorum Pontificum Indultis, Leonis X. Julii III. & Gregorii XIII. de quibus ſuprà *num.*25.28.30. ubi pro executione pontificiæ promiſſionis proviſum legitur æqualiter, & diſtributivè tribus illis Provinciis, in quas principaliter Ditio Sabaudiæ Ducis dividitur: & ea reſpectivè ratio habita fuit, ut pro Eccleſiis, & Abbatiis ultramontanis, ad Sabaudiam, geographicè ſumptam, pertinentibus, executionis pro tempore faciendæ cura daretur Epiſcopis Maurianeñ, & Belliceñ, pro Pedemontanis, Archiepiſcopo Taurineñ, & Epiſcopis Aſteñ, ac Auguſteñ, atque intuitu Subalpinæ Provinciæ Epiſcopo Nicieñ; unde per neceſſe concludendum eſt, ſatis ab iiſdem Pontificibus cognitam fuiſſe Nicolai voluntatem, non tàm ex verbis, quàm ex mente cuilibet locorum reſtrictioni repugnantem; Nam ultrà quod Regioni Sabaudiæ ſatis conſultum fuerat ope duorum Epiſcoporum, videlicet Maurianeñ, & Belliceñ, inauditum omninò eſt, neque aliquod afferetur exemplum, quòd, quoties tutus patet acceſſus, munus publicandi, & exequendi litteras Apoſtolicas, quæ ſuum obtinere debent effectum ultrà Montes, demandetur Epiſcopis Italiæ, & ab omni ſano judicio alienum eſt, quòd non ſolùm Epiſcopis Pedemontanis, ſed etiam Epiſcopo Nicieñ, qui per ducentum, & ultrà milliaria diſtat à Sabaudiæ ultramontanæ finibus, fuerit hæc cura commiſſa, ut quoties pro parte Ducis Sabaudiæ, pro tempore exiſtentis, fuiſſent requiſiti, prædictam promiſſionem, & Pontificia indulta firmiter obſervari facerent: & maximè dum jam ad idem munus reperiuntur delegati in iiſdem litteris Apoſtolicis viciniores, & comprovinciales Epiſcopi, prout ſemper conſueviſſe Curiam Romanam facilè quilibet ex lectura Bullarii poterit edoceri.

222. Nec minori evidentia Nicolaus propriam mentem aperuit, excipiendo à forma ibidem priùs præſcripta circà proviſiones, & collàtiones omnium Beneficiorum, & dignitatum poſt Pontificales majorum Prioratus Tallueriarum, Ripaliæ, & Novalitii, ac Præpoſituram Montisjovis, exiſtentes (prout ibidem legitur) in confinibus hujuſmodi dominiorum. Etenim conſtat Præpoſituram

Digitized by Google

Montiſjovis,quæ ibidem deſignatur poſita in confinibus ipſorum Dominiorum, diſtare ultrà viginti milliaria à Ducatu Sabaudiæ, & conſequenter extrà fines illius ultramontanæ Provinciȩ,quamvis indubitanter exiſtat in Dominio ſuȩ Regiæ Celſitudinis, & in partibus Italiæ Auguſtanæ Diœceſis, prout etiam Prioratum Novalitii in Principatu Pedemontano Diœceſis Taurineñ, ſicuti dilucidè demonſtravit laudatus *Marchio*, *&* *Præſes De l'Eſcherene in ſua epiſt.5.fol.mihi* 226.*&* *ſequentibus*. Exceptio autem debet eſſe de regula; aliàs eſſet deriſoria. *l.nam quod liquidè*, *§.fin.ff.de penu.leg.Gonzal.ad reg.8.Cancell. gloſ.*13. *num.*77. cum aliis, quos cumulat *Barboſ.axiom.*85.*num.*6.

223. Indubitata tandem redditur hæc veritas, Authoritatibus, exemplis, & obſervantia ſuprà allegatis à *num.*144. uſque ad *num.*210.ex quibus apud omnes in comperto ſemper habitum fuit, Nicolai V. promiſſionem,& Pontificia Indulta favore Ducis Sabaudiæ, in rebus beneficialibus emanata,locum ſibi æqualiter vindicare in omnibus locis, & Provinciis, quæ ejuſdem Principis, immediatam, aut mediatam Juriſdictionem agnoſcunt; quod ſi Curia Romana, hanc fuiſſe Nicolai, & ſuorum Succeſſorum mentem, ſemper probavit in omnibus Epiſcopatibus, tàm in Sabaudia, quàm in Pedemontio exiſtentibus, neſcio quo Jure impellente velint Adverſantes, inauditam hanc reſtrictionem inducere quoad Abbatias Principatus Pedemontani, dum prædictus Pontifex, illiuſque Succeſſores eamdem providendi formam, tàm in Epiſcopatibus,quàm Abbatiis in ſuis promiſſionibus, & Indultis præſcripſerunt, & nullam indefinitæ loquutioni, Status, Dominii, Ditionis, atque Diſtrictus limitationem adjecerunt; neque enim ignorare poſſunt,conſueviſſe Pontifices clauſulas exceptivas,ſeù reſtrictivas nominatim adhibere, quoties habuerunt in animo ab indefinita alicujus Principis Ditione,aliquam in ſimilibus Indultis ejuſdem Principis Provinciam, vel Regionem excipere: prout liquet ex Indultis Pontificiis adductis ſuprà *nu.* 144. *&* *ſequentibus*.

224. Huic ſolidiſſimæ veritati non officit, quòd Nicolaus V.mentionem ſolam fecerit de Ducatu Sabaudiæ, nominando Ludovicum ſimpliciter Sabaudiæ Ducem, neque aliquam eidem Duci, Pedemontium Principis, aut Nicienſium Comitis qualitatem adjecerit; nemini enim ignotum eſt, Regiam illam Domum à Sabaudiæ Principatu ſuam præcipuam denominationem accipere, tanquam ab antiquiori, & digniori; undè ante decimum quartum ſeculum, in quo Sabaudiæ Comitatus, Sigiſmundo-Cæſare annuente, in Ducalem dignitatem tranſivit, Sereniſſimi illi Principes denominari voluerunt Sabaudiæ Comites, Ducali Auguſtæ Prætoriæ, & Cablaſii dignitate poſthabita, quater-centos jam ante annos fruebantur. *Guiçenon.hiſtor.Sabaud.de Amedeo IV.fol.mihi* 269. *tom.*1.*Spondan. ad annum* 1433.*num.*11.*&* 13.*Monodus de Sereniſſ.Sabaud. Dom.fol.mihi* 59. *&* *de Amed.Pacif.num.*5.*fol mihi* 9.

225. Excitata difficultas oriri poſſet in diſpoſitionibus privatis inter diverſa Regna, aut varias Provincias, eidem Regi, aut Principi ſubjectas, in quibus regulariter ordinationes, & edicta pro uno Principatu, non amplectuntur alterum; quamvis æquè principaliter ſub ejuſdem Principis regimine unitum, juxtà tradita per *Cardinalem de Luca ſub tit.de præeminentiis diſcurſ.*29.eo quod tractetur de negotio privato, quod uni Provinciæ congruere poteſt, alteri non: in quibus terminis loquitur *Ruta deciſ.*316. *part.*9. *recent.* cæterum, quando indultum, vel alia diſpoſitio principaliter continet jus, vel intereſſe ipſius Principis

pis

pis in univerſum, quod tamen explicatur ſub intitulatione unius ex pluribus Regnis, vel Principatibus,quæ poſſidet: itaut ſubjecta materia non patiatur, vel ſuadeat reſtrictionem, magis ad unam, quàm ad alteram Provinciam, ſed ipſi Principi, ejuſque Dominio in univerſum congruat, prout occurrit in caſu noſtro, tunc non attenditur intitulatio unius magis, quàm alterius Dominii, quæ demonſtrativè, non autem taxativè ſtare dicitur. Ideoque diſpoſitio convenit etiam omnibus aliis Provinciis, & Principatibus, prout diſtinguendo docet *præd.Cardinalis de Luca ſub tit.de Beneſ.diſcurſ.*29.*nu.*13. *verſ. alter eſt caſus*, ubi in ſpecie allegat, Privilegium conceſſum Regi Hiſpaniarum comprehendere omnia Regna, & Dominia ad Regem Catholicum pertinentia, etiam in Italia, & Belgio, aliiſque partibus, ſicuti habetur apud *Manticam deciſ.* 59. *Barboſ.de appell.verb.appell.*115. *num.*4.*&*.5.*& deducitur ex cit.deciſ.*316.*nu.*2.*&* 3.*part.*9. *recent.*& ex doctrina *Vittaliani in Clementina Archiep.nu.*47. *&* 48.*de privileg.* ubi quod ſub nomine Regis Franciæ veniunt etiam aliæ Provinciæ unitæ, vel ſubjectæ, quoties ipſi Regi diſpoſitio abſque ulla limitatione locali directa reperitur, quibus addo Rebuffum in ſuis Commentariis ad concordata, ſuper verbo *in Regno*, & hoc practicè comprobari, in illis Principibus, quorum Principatus conſtatus eſt ex diverſis Dominiis, diverſas intitulationes, diverſamque naturam habentibus, tradit *Cardin.de Luca cit. diſcurſ.*29.*de beneſ. num.*15. quod ſanè in contingẽtia facti nullam pari poteſt dubietatem, dum promiſſio loquitur indiſtinctè de Dominio, Diſtrictu, Statu, & Ditione Ducis Sabaudiæ, atque ſine aliqua reſtrictione, aut limitatione de omnibus, & quibuſcumque Metropolitanis, Cathedralibus, & Abbatialibus dignitatibus infrà Diſtrictum ſui temporalis Dominii conſiſtentibus.

226. Præfulgentem hujus veritatis lucem non minuit inanis objectio, ſub eo colore quæſita, quòd Leo X. & poſt eum ſequuti Pontifices in confirmandis, & ampliandis præcedentibus Nicolai V. Sixti IV. Innocentii VIII. & Julii II. conſtitutionibus loquuti fuerint de Duce, & natione Sabaudiæ. Etenim nè, ut monet *Ulpianus in l.* 177. *ff. de verb. ſignific.* diſputatio, dum nodus in ſcyrpo quæritur ex brevi mutatione facti, ab evidenter veris ad evidenter falſa perducatur: Animadvertendum in primis eſt, juxtà præallegata à *nu.*17. *uſque ad n.*25. Carolum III. Sabaudiæ Ducem ſupplices Leoni X. Summo Pontifici preces dediſſe, ut dignaretur approbare, & innovare promiſſionem Nicolai V. Duci Ludovico factam circa proviſiones quarumcumque Eccleſiarum, vel Monaſteriorum infrà Diſtrictum ſui temporalis Dominii conſiſtentium, prout etiam omnia alia in iiſdem Nicolai Apoſtolicis litteris contenta, de quibus facta ibidem legitur individualis, & ſpecifica mentio.

227. Secundo loco notandum eſt fuiſſe ab eodem Duce Carolo ſupplicatum pro confirmatione indulti, quod ipſemet Princeps conſequutivè ad præcedentia Duci Philiberto conceſſa recenter obtinuerat à Julio II. ut nullus alienigena, ſivè alterius nationis, & Dominii Clericus, qui non eſſet de Ducatu, Diſtrictu, Ditione, Comitatibus, Terris, Locis, & aliis Dominiis Sabaudiæ ultrà, & citrà Montanis, Dominio ipſius Ducis mediatè, vel immediatè ſubjectis, de aliquo beneficio, tàm ſeculari, quàm regulari provideri poſſet, cujus indulti tenor de verbo ad verbum inſertus etiam habetur in eadem Leonis X. conſtitutione.

228. Poſt hæc ipſemet Dux eumdem Pontificem exoravit in ſeparata, &

ſtincta oratione, ut, ultrà prædictas litteras Apoſtolicas iam exhibitas, dignaretur approbare, & confirmare omnia, & ſingula alia privilegia, gratias, & indulta, olim tàm per Romanos Pontifices, quàm Imperatores, & Reges, conceſſa Duci, & nationi Sabaudiæ.

229. Hinc Summus Pontifex, præmiſſo, quòd pro parte ejuſdem Ducis Caroli fuiſſet ipſi humiliter ſupplicatum, ut dignaretur, non ſolùm litteris prædictis realiter exhibitis, & de verbo ad verbum inſertis, ſed etiam omnibus, & ſingulis aliis privilegiis, conceſſionibus, gratiis, & indultis, quæ ab eodem Carolo dicebantur fuiſſe olim à Pontificibus, Imperatoribus, & Regibus conceſſa Duci, & nationi Sabaudiæ, Apoſtolicæ firmitatis robur adjicere, deveniens ad diſpoſitivam confirmationem, primo loco in ea complectitur ſingulas litteras prædictas, & in eis contenta quæcunque ſine aliqua modificatione: Dein diſcretivè loquens de aliis aſſertis gratiis, conceſſionibus, & indultis, ſibi ignotis, & incertis actum ſuæ confirmationis proſequitur in illis verbis: *Ac quatenus ſint in uſu omnia, & ſingula privilegia, conceſſiones, gratias, & indulta, tam per Romanos Pontifices, & quæ ſacris Canonibus non contraria, quàm per Imperatores, Regeſque Duci, & nationi Sabaudiæ conceſſa, tenore præſentium Authoritate Apoſtolica approbamus, renovamus, & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur tenere, & inviolabiliter obſervari decrevimus.*

230. Perpenſa hac facti ſerie, ceſſat contraria objectio; Etenim applicando activa paſſivis, & ſingula ſingulis referendo, tam in parte enunciativa, quàm diſpoſitiva, verba illa *Duci, & nationi Sabaudiæ* referuntur ad illam indefinitam privilegiorum conceſſionem, quæ à diverſis Pontificibus, Imperatoribus, & Regibus emanaſſe ab eodem Duce allegabantur; undè neceſſe habuit Summus Pontifex ad evitandam abſurditatem, cùm nullam haberet notitiam de eo, quod contineri poterat in allegatis indultis uti, quoad aſſertas Pontificias conſtitutiones, clauſula illa *quatenus ſint in uſu*, & quoad Cæſarea, & Regia reſcripta conſueto temperamento – *quatenus Sacris Canonibus non repugnent.* – Cæterum in eo, quod attinet ad Indulta illa Pontificia in forma ſpecifica de verbo ad verbum ibidem ſeparato ſermone priùs enunciata, quæ & in parte diſpoſitiva recenſentur uſque ad clauſulam – *ac quatenus* – nihil de illis diminutum, innovatum, aut limitatum dici poteſt, & firma manent, quæ in antecedentibus dicta ſunt in ordine ad indefinitam illorum diſpoſitionem in Dominio, & Ditione temporali Ducis Sabaudiæ.

231. Sed demus (quod erroneum eſſet aſſerere) verba illa – *Duci, & nationi Sabaudiæ* – referenda etiam eſſe ad promiſſionem Nicolai V. & ad Indulta Sixti IV. & Julii II. adhuc frivola, & inanis eſſet iſta oppoſitio; nam, dum in iiſdem Conſtitutionibus Nicolaus indiſtinctè loquutus eſt de omnibus, & quibuſcumque Metropolitanis, Cathedralibus, & Abbatiis conſiſtentibus in Dominio, & Ditione temporali Ducis Sabaudiæ, excluſis nominatim illis, qui non eſſent de locis Ditionis ipſius Ducis, aut eſſent alienigenæ, vel extranei, & Sixtus IV. ad quem referuntur Diplomata Innocentii VIII. & Julii II. mentionem expreſſam fecerit de Ducatu, Diſtrictu, Ditione, Comitatibus, Terris, Locis, & aliis Dominiis Sabaudiæ ultrà, & citramontanis, Dominio ipſius Ducis mediatè, & immediatè ſubjectis, excluſis Alienigenis, ſivè alterius nationis, & Dominii: de neceſſe illa verba poſita in conſtitutione Leonis X. – *Duci, & nationi Sabaudiæ* – intelligenda eſſent de omnibus Subditis ejuſdem Ducis; nam quatenus

eadem

Digitized by Google

eadem verba poſſent pati aliquam dubietatem, indubitatam ab iiſdem Conſtitutionibus præcedentibus declarationem acciperent,iuxtà diſpoſitionem *Authenticæ Si quis in aliquo,Cod.de fide inſtrumentorum:* & maximè,dum in ipſa Conſtitutione Sixti IV. manifeſtè conſtat illa verba -- *& nationi Sabaudiæ* -- aliam intelligentiam pati non poſſe, niſi de omnibus Subditis Regiæ Sabaudiæ Domus, qui omnes ſub unico nationis Sabaudiæ nomine continentur,ibi -- *ſivè alterius nationis*. -- Etenim ultrà quod à diverſis non fit illatio. *l. inter ſtipulantem* 88. *§. ſacram, ff. de verb. oblig. l.Papinianus* 21. *ff.de minoribus:* certiſſimi juris eſt, quod Leonina Conſtitutio, inducta ad ampliandum Ducis,& ſuorum Subditorum favorem, & commodum, non poteſt ad aliquam limitationem, & reſtrictionem in ipſorum odium retorqueri. *vulgata l. quod favore,ff.de reg. jur.* & maximè dum ipſe Summus Pontifex profeſſus eſt velle ſe non ſolùm confirmare, ſed etiam innovare, & ampliare omnia, quæ à Prædeceſſoribus ſuis favore Sabaudiæ Ducis emanaverant, quem ſingulari dilectionis affectu proſequebatur ob ſupereminentes nuptias à Juliano Mediceo fratre,tunc contractas cum Philiberta à Sabaudia,ipſius Ducis Caroli III. ſorore, quas ipſemet Pontifex ſummoperè exoptatas ingenti ſumptu, & Regio apparatu Romæ celebraverat, ſicuti poſt *Cardinalem Petrum Bembum in ſuis Epiſtolis,refert Guicenon.hiſt.Sabaud. tom.1.fol.mibi* 505. *&* 506. *& probat tom. 3.pag. mihi* 464.*& duabus ſequentibus.* Hinc eodem anno 1515.prædictus Pontifex Leo X. Civitatem Taurinenſem in Metropolim erexit, & anno ſequenti 1516. eamdem Civitatem innumeris privilegiis exornavit, & Camberium apud Sabaudos, atque Burgum Civitates,in gratiam ejuſdem Ducis Caroli III. Epiſcopali Sede inſignivit, prout teſtatur *Philibertus Pingonius de Auguſt. Taurin. ad ann.* 1514. 1515.*&* 1516.*fol. mibi* 72.

232. Tandem pro ſano, & genuino intellectu prædictorum verborum neceſſe eſset inſpicere conceſſiones illas,gratias,& Indulta Summorum Pontificum, Imperatorum, & Regum,in quibus de Duce, & natione Sabaudiæ, facta mentio dicebatur; poſset enim tunc iſta veritas dilucidari ex facti qualitatibus, & circumſtantiis;cæterum negari non poteſt,appellatione Nationis Sabaudiæ,ex communi uſu loquendi, venire omnes,qui ſubjacent Ditioni, ſeù Dominio Ducis Sabaudiæ tàm citrà, quàm ultrà Montes; nam tàm Pedemontani,quàm Nicienſes, Sabaudi vulgariter nuncupantur. Hinc Antiſtites Græci,cùm promiſiſsent accedere ad Concilium univerſale, in Sabaudia celebrandum, allegavit Joannes Eccleſiæ Græcæ apud Latinos Patres Orator,ipſos intellexiſse de illa Sabaudia,quæ erat in Italia, ſicuti refert *Panormitanus in ſuo tract. de Concilio Baſileenſi cap.*1. *num.*5. nam etiam apud Grammaticos nationis vocabulum plures poteſt in ſe diverſas Gentes continere: neque enim omnes qui ſunt de eadem natione ejuſdem ſunt Gentis:& Natio,juxtà notata per Calepinum in eodem vocabulo, ordinem quoque,ſocietatem, ſectam, & genus hominum ſignificat, ac recipit latiſſimam ſignificationem.*Cardin.de Luca ſub tit.de beneſ.diſc.*36.*num.*12. undè meritò omnes Subditi Sabaudiæ Ducis, tam ultrà,quàm citrà Montes Nationis Sabaudiæ, tanquam ejuſdem ordinis, & ſocietatis reſpectu Principis dominantis vulgò denominantur, & Sabaudi nominis gloriam jactant, atque Sabaudi meritò reputantur: ſicuti Eccleſia illa, quæ Romæ omnibus Sabaudiæ Ducis Subditis communis eſt, vulgò Nationis Sabaudiæ nuncupatur; cujus veritatis irrefragabile teſtimonium præbent præallegatæ *num.*14. *& duobus ſequentibus* litteræ Apo-

ſto-

Digitized by Google

ſtolicæ Sixti IV. Innocentii VIII. Julii II. in quibus ad diſtinguendos Subditos Ducis Sabaudiæ à non Subditis,& Alienigenis,adhibentur illa verba *ſive alterius Nationis* .

233. Quòd ſi mentio facta in Leonina Conſtitutione de Natione Sabaudiæ ſumi velit de ſolis Incolis illius Provinciæ, qui verè in Sabaudia geographicè ſumpta commorantur, parum, aut nihil contineret de illis Regionibus Ultramontanis,in quibus adhuc hodie dominatur Dux Sabaudiæ, juxtà accuratam diſtinctionem,quam de variis Populis, & Provinciis ibidem exiſtentibus facit,poſt antiquiores, Eques *Guicenonius in ſua hiſtor. Genealog. vol.* 1. *cap.* 1. nihil enim commune habent Provinciæ Gebennenſis, Maurianenſis, Tarantaſienſis, Cablaſii, & Montis Ciniſii cum Sabaudia in proprio ſignificatu ſumpta,quæ intrà Urbem Camberiaci, atque nonnulla circumjacentia municipia, & Oppida circumfertur.

234. Hinc in actis diviſionis factæ per Carolum-Magnum Imperii inter ſuos liberos,legitur in portionem Ludovici deveniſſe inter alias Regiones Sabaudiam, Mauriennam, Tarantaſiam, Montem Ciniſium, prout obſervat prædictus Eques loco ſuprà citato *verſ. Paſſons à la Savoye*; proinde Sabaudi Principes ab initio ante conquiſitum Camberiacum, Maurianæ Comites vocabantur; undè ridiculum eſſet ad ſolam Sabaudam Nationem, in locali ſignificatu ſumptam, trahere promiſſionem Nicolai V. & aliorum Pontificum; cùm ibidem nulla Eccleſia Metropolitana, vel Cathedralis, aut Abbatialis reperiatur: nec hodie Duces Sabaudiæ Ultràmontes,niſi in Tarantaſienſi Metropolitana,atque Cathedralibus Maurianenſi, Gebennenſi, & Lauſauenſi jus ſuum experiri valeant.

235. Ad ſupprimendam hanc veritatem non meretur allegari quædam epiſtola, quæ ſub nomine Petri Cardinalis Aldobrandini inſcripta dicitur ad Nuncium Taurinenſem die 12. Auguſti anno 1600. ſequentis tenoris:

Molt' Illuſtre Signore.

236. *Con il ſolito ordinario di Milano, Io ebbi trè lettere di V. S. una commune trà lei, e Monſig. Patriarca: l'altre due particolari, alle quali riſponderò con queſta, dicendoli, che avendo Io dato parte a Noſtro Signore del ragionamento tenuto da lei con gli Miniſtri del Sig. Duca, in propoſito dell' Abazia di Caramagna: dice Sua Santità, ch' ella hà fatto prudentemente a rappreſentar loro, che le difficoltà, che ora ſi fanno per dare il poſſeſſo di detta Abazia, non faciliteranno punto il particolare de' privilegj; mà ſappia V. S. che ſe bene gli privilegj ſono confermati da Sua Beatitudine, non comprendono gli Beneficj del Piemonte: e però reſta eſcluſa la pretenzione di S. A. dell' Abazia di Garamagna in virtù di queſti Indulti,&c.*

237. Facilè quilibet in proprio ſenſu ſub ſpecie recti decipitur, & facti intelligentia ſoli Deo infallibiliter nota, etiam prudentiſſimos fallit; undè non mirum,quòd Card. Aldobrandinus in illa inani aſſertione,inconſultò emanata,contrà facti veritatem erraverit; Nos autem ſequi debemus, non quod placuit Cardinali gratis expendere,ut faveret Amico, & Sabaudiæ Miniſtros à debita Regii juris defenſione retraheret;ſed tenemur ſine ira,aut ſtudio,in quibus veritas non invenitur, illis firmiter inſiſtere,quæ ſuper hoc puncto juſtitiæ,& æquitati conſona convincuntur: neque inanibus verbis pondus aliquod addi poteſt, quamvis à Car-

à Cardinalis tunc Patroni,ſeù, ut aulica vocare conſuevit aſſentatio,Regnantis, ore prodierint. Etenim licèt Cardinalis de Luca ſcribens ante Pontificatum ſan. mem. Innocentii XI. in iſtis ſecundùm carnem, & ſanguinem veris, aut adlectis Summorum Pontificum Nepotibus generale vivæ vocis oraculum agnoverit, in ſua relatione Romanæ Curiæ *diſcurſ.6.num.9.* ubi plura de hoc ſupremo,& univerſali Cardinalium Nepotum miniſterio congeſſit, quæ etiam in Principibus merè Secularibus ſimili Miniſtro utentibus, à Sapientibus Viris nunquam probata, eorumdem Principum imbecillitatem, atque inertiam arguunt: necnon regiæ virtutis famam apud Poſteros lædunt. Attamen ſi fides danda eſt *Roberto Lancellotto in ſuo tractat.de attentat.in præfatione cap.4.num.424.& ſeqq.fol.mihi* 81. nunquam tanta fuit Cardinalis regnantis authoritas, ut ſuis litteris miſſivis, ea, quæ ad juſtitiam pertinent, tollere, aut minuere poterit.

238. Obſervandum ulteriùs eſt, epiſtolam prædictam in primo capite, ubi loquitur ex ore Pontificis,non afferre, niſi dubia, & obſcura verba nihil prorſus concludentia; nam cū ipſemet Pontifex anno 1595.die 19.Junii Nicolai V. promiſſionem, & ſubſequuta Indulta in forma ſpecifica confirmaſſet,& ampliaſſet, juxtà notata in præcedentibus *n.* 31.& ſingulatìm *n.*179.& 180.neſcio quo tendere valeant illa verba: *Dice Sua Santità, ch' ella hà fatto prudentemente a rappreſentar loro, che le difficoltà, che ora ſi fanno per dare il poſſeſſo di detta Abazia al Sig.Cardinale S.Clemente,non faciliteranno punto il particolare de' privilegj*.

239. Quòd ſi inſpiciatur alia pars ipſius epiſtolæ, in qua Cardinalis à ſemetipſo loquitur in relatis verbis: *Ma ſappia V.S.&c.*longè diſtat à manifeſta voluntate, & mente ejuſdem Pontificis,qui jam in ſuo indultu emanato de anno 1595. declaraverat Nicolai V. promiſſionem ſervandam eſſe ſine aliqua loci reſtrictione in temporali Dominio, Ditione, Diſtrictu, & Statu Ducis Sabaudiæ, atque favore Subditorū ejuſdem Ducis, excluſis dumtaxat exteris,& alienigenis,prout etiam approbando ſpecificè in eodem ſuo Indultu, Conſtitutiones Sixti IV. Innocentii VIII. & Julii II. ſatis expreſſerat Indulta Apoſtolica circà proviſiones beneficiorum ad favorem Ducis Sabaudiæ, nullis niſi extrà ſuum temporale Dominium limitibus coarctari, dum ibidem individualis mentio habetur de Diſtrictu, Ditione, Comitatibus, Terris, Locis, & aliis Dominiis Sabaudiæ ultrà, & citramontanis Dominio ipſius Ducis mediatè, vel immediatè ſubjectis, excludendo dumtaxat alienigenas, ſivè alterius nationis, & Dominii.

240. Contradicit paritèr in hac parte Cardinalis aſſertio ipſius rei geſtæ veritati; nam Cardinalis de S.Georgio,titulo S.Clementis nuncupatus, antequam caperet poſſeſſionem ejuſdem Abbatiæ de Caramania, ſibi conſcius Jurium Ducis Sabaudiæ, profeſſus eſt ſe eamdem Abbatiam obtinuiſſe ex præviis intentione, atque conſenſu ad nominationem ipſius Ducis, prout conſtat ex annotatis in Regiſtro Camerali ſub die 11. Maji 1591. de quo memini ſupra *num.* 182. quod idem jam agnoverat intuitu Abbatiæ de Ripalta Diœceſis Taurinenſis in actis Cameralibus, ubi legitur reſcriptum Sereniſſimi Ducis, quod affert prædictus *Marchio, & Præſes dell'Eſcherene in ſua epiſt.5.*ibidem:

Carlo

Carlo-Emanuel Primo, Duca di Savoja,&c.

241. *Avendo la Santità di N. S. proviſto il Cardinale S. Giorgio dell' Abazia de' Santi Pietro, ed Andrea di Rivalta, avutane prima la nominazione, e conſenſo noſtro, conforme a gl' Indulti, che tenemo dalla Santa Sede Apoſtolica: ed eſſendo per parte del detto Cardinale ſtati ſupplicati per la miſſione in poſſeſſo di detta Abazia. Noi veduto il Breve di Sua Santità, e piacendone, che il ſuddetto Cardinale goda di eſſa, e de' ſuoi frutti, e redditi, mandiamo, e comãdiamo per le preſenti, di noſtra certa ſcienza, a tutti noſtri Magiſtrati, Miniſtri, Officiali, Commiſſarii, e ad ogni altro a chi ſpetterà, che in oſſervanza del Breve ſuddetto, e delle preſenti, abbiano da metter il detto Cardinale, overo il ſuo legitimo Agente nel vero, e real poſſeſſo della detta Abazia, ed in eſſa mantenerlo, e difenderlo da ogni opera di fatto, con inibirli, ſicome Noi gl' inibiamo ogni moleſtia, alla pena della diſgrazia noſtra, ed altra a Noi arbitraria, rimeſſa ogni eccezione, ed oppoſizione in contrario. Dat. &c.*

242. Nè videar fingere mihi hoſtem, quem feriam, & convicium illud mereri, de quo *J.C. in l.Domitius labeo 27.ff.de teſtament.* diutiùs non immoror in perquirenda hujus articuli veritate, quæ dum ex ſeipſa loquitur, ſcribenti ſilentium imponit; neque enim juſtitia cauſæ aliquam pati poteſt ambiguitatem, dùm manifeſtè patet Sabaudiæ Duci indefinitum jus nominandi ad omnes Epiſcopales, & Abbatiales dignitates in ſuo temporali Dominio conſiſtentes omninò deberi, quod Adverſantes ipſi fatentur, nec niſi irrationabiliter contrà omnem utriuſque Juris diſciplinam abnuere poſſunt, ſivè à priori neceſſarias, & correſpectivas Pontificiæ promiſſionis cauſas radicitùs introſpiciant, ſivè à poſteriori ipſiuſmet contractæ promiſſionis vim, & efficaciam à Ratione, Obſervantia, Authoritate, & Exemplo metiantur: prout reſpectivè ad ſingula in huculque traditis, pro veritate tuenda, demonſtravi.

Finis Primæ Partis.

INDEX

ILLUSTRISSIMI, ET REVERENDISSIMI

MARCELLI SEVEROLI

RESPONSUM

PRO

DATARIA APOSTOLICA,

In cauſa Sabaudieñ. Privilegiorum.

EDITIO SECUNDA.

ROMÆ MDCXCVIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

MARCELLI SEVEROLI

RESPONSUM.

1\. NOvis conatibus vetus reſurgit contentio, à Miniſtris Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ, pro ſui diligentia muneris, non ſemel excitata: Utrum ſcilicet in promiſſione, ſeù conceſſione aliàs à Nicolao V. Summo Pontifice Ludovico Duci Sabaudiæ facta, de ſolo Statu Ducatus Sabaudiæ, an etiam de ſtatu Principatus Pedemontani, ſub dominio ipſius Ducis exiſtente, fuerit dictum: *Ne ex promotione quorumvis ad quarumcumque Eccleſiarum, vel Monaſteriorum infra diſtrictum ſui temporalis dominii conſiſtentium regimina, ſeù proviſionibus quibuslibet de quibuſvis dignitatibus, diſpoſitioni noſtræ reſervatis, ibidem conſiſtentibus, quibuſcumque perſonis per Nos faciendis, ſui ſtatus ſuccedat diſpendium, aut alia quævis adverſitas inteſtina, præfatum Ducem, harum ſerie, certum reddimus, & ſibi promittimus, quòd ipſo, & dominio hujuſmodi in integritate dictæ obedientiæ* (nempè Sanctitatis Suæ, & Apoſtolicæ Sedis) *perſiſtentibus, ad quarumcumque Metropolitanarum, vel aliarum Cathedralium earumdem regimina, aut dignitates Abbatiales, infra diſtrictum prædictum, neminem præficiemus, ſeù illis de quorumcumque perſonis, non providebimus, niſi habitis prius per nos intentione, & conſenſu ipſius Ducis de perſonis idoneis ad hujuſmodi regimina, ſeù dignitates promovendis, vel de quarum perſonis tales proviſiones fuerint faciendæ, &c.*

2\. Ad cujus dubii reſolutionem, licèt pro excluſione præfati Principatus Pedemontani à diſpoſitione ejuſdem promiſſionis, ſufficeret dicere, hujuſmodi petitionem, quamvis à dictis Miniſtris ſæpènumero promotam, tamèn ab eiſdem neglectam, & derelictam fuiſſe, ſatiſque nobis eſſet, quòd ad formalem diſputationem revocata tempore ſa. me. Alexandri VII. fuerit à Particulari Congregatione doctiſſimorum ejus ævi Præſulum, per eumdem Summum Pontificem deputata, poſt longum, atque maturum examen, aliena reputata, penitùſque rejecta, atque unanimi voto expreſsè deciſum, Abbatias, & Monaſteria Principatus Pedemontani non eſſe ſub diſpoſitione dictæ Promiſſionis comprehenſa, quodque in ejuſdem reſolutionis ſequelam idem Pontifex Abbatias, tunc vacantes, liberè contulerit, ipſis Miniſtris Sereniſſimi Ducis acquieſcentibus, idemque poſtmodùm fuerit obſervatum, ut propterea ulteriori provocationi non videatur eſſe locus, ad tradita per Doctores *in l. 1. & 3. C. ſentent. reſcin. non poſſe.* Attamèn, quoniam novo examini, juſſu, & benignitate SS. D. N. id in præſentia ſubjicitur; non diſſimilem eventum Datariæ ſperare licebit, quamvis vehementiori ſpiritu, majorique acumine, atque doctrina, eadem quæſtio pro parte Sereniſſimi Ducis renovetur; cùm ejuſdem Datariæ jura ſint adeò firma, & explorata, ut nulla cujuſque ſubtilitate frangi, aut debilitari poſsint.

3\. Manifeſtum ſiquidèm eſt totum in Orbem, nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos Venerabilis Petrus Apoſtolus, aut ejus ſucceſſores conſtituerunt Sacerdotes, ut ſcripſerat Innocentius I. ad Decentium Epiſcopum Eugubinum

in Epiſtola relata ex parte *in Can.quis neſciat diſtinct.* 11. atque nemini Catholico latet, Beneficiorum omnium collationem de iure pertinere ad Summum Pontificem, cùm eorum inſtitutio ſit de jure poſitivo, cujus omnimoda poteſtas eſt apud ipſum, ut unanimi conſenſu adſtruunt Interpretes *ex cap.2. de præbend. in 6.& aliis juribus.* Ut propterea his attentis, & juncta obſervantia, quam pro ſe habet Dataria liberè conferendi Eccleſias, & Beneficia Principatus Pedemontani, non videatur dubitandum, quin dicendum ſit eſſe exploratum, eidem competere jus illa conferendi, nulla perquiſita intentione, aut expectato conſenſu Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ, non obſtantibus exceptionibus ab illius Miniſtris allegatis; dùm non docetur de peculiari, & litterali privilegio Sedis Apoſtolicæ id ipſi tribuente, ut in ſimili, & quod obſervatione dignum, contra Regium Fiſcum fuit deciſum in Collaterali-Conſilio Neapolitano apud *Reverter. dec.485. num.2.& 3.ac per tot.*

4. Nec ſine maxima, & evidenti ratione, quia quicquid ſit de quæſtione, an jus hoc præſtandi per Principes ſeculares conſenſum, ſeù faciendi nominationem, & præſentationem ad Prælaturas Eccleſiaſticas, ſit propriè, & per ſe jus ſpirituale, de qua plenè cumulati per *Franciſcum Ramos del Manzano in ſupplic.libell.ad Alexandr.VII.pro Epiſcopatibus Luſitan.propoſ.3.§.1.fol.*54. Id extra controverſiam eſt, eſſe jus ſpiritualibus annexum; tum quia eſt quaſi præparatio, ſeù exordium finis, ſeù complementi, hoc eſt initium Apoſtolicæ confirmationis ad Epiſcopatus, ac dignitates Eccleſiaſticas conſequendas; tum quia iſtæ Nominationes, & Præſentationes conferunt jus in re; tum demùm quià ſic nominati, & præſentati, inſtitutionem petunt, quam nullo legitimo impedimento exiſtente, Summi Pontifices facere ſolent; ex quo conſequitur, nonniſi ex Apoſtolica conceſſione illis competere poſſe, quamvis aliàs eſſent Eccleſiarum Patroni, cùm de juris rigore ad Patronum Laicum etiam Principem, vi Patronatus, non pertineat Electio, Nominatio, aut Præſentatio Prælatorum Eccleſiæ Cathedralis, vel Collegiatæ, ac Dignitatum Eccleſiaſticarum; Ità quidem, ut nec conſuetudine, nec præſcriptione, quamvis immemorabili, id poſſint acquirere, ſed ſemper requiratur Sedis Apoſtolicæ privilegium, ut concordi ſententia tradunt ſaniores Doctores, etiam Hiſpani, & Galli, aliique omnes, qui Principum exterorum patronatus in ſuis Regnis propugnant, quos abundè congerit, & conſtanter ſequitur *Franciſc.Fernandez de Miñano in Baſi Pontific.Juriſdict. tractat.2. fundament.2.quæſt.7.§.11. per tot.ſivè num.* 265. *cum ſeqq.* Nam de Italia nemini controverſum, quòd Eccleſiaſticas Prælaturas, & Beneficia liberè conferendi jus, ſit Summo Pontifici reſervatum, niſi fortè alicui Principi ſit conceſſum Indultum, ſeù Privilegium ſpeciale, ut fatetur *Claud. Fleury.inſtitution. au Droit Eccleſiaſtiq.par.1.cap.10.fol.mihi* 104.

5. Minimè verò pro Privilegio, reſpectu Eccleſiarum, & Beneficiorum Principatus Pedemontani, ex parte Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ adduci poterit præfata promiſſio, ſeù conceſſio, facta per Nicolaum V. dicto Duci Ludovico. Nam omiſſo in præſenti diſquirere quid præſeferant verba ejuſdem promiſſionis, de quo ſuis loco, & tempore agendum erit: Adhuc animadvertendum eſt, quòd ſimilia privilegia, tamquam reſtringentia libertatem Sedis Apoſtolicæ, ad quam de jure pertinet omnium beneficiorum inſtitutio, nec non tribuentia Laicis jus ſpirituale, ſeù ſpirituali annexum, quod omni jure illis denegatum reperitur, ut mox adnotavimus, dicuntur odioſa, & exorbitantia, ut benè perpendit *G.Genebrar-*

brar-

brardus, Aquarum Sextiarum Archiepiſcopus, de ſacr. election. jur. & neceſſitat. c. 1. & ſignantèr *fol. 11. Petr. Rebuffus in prax. Benef. tit. forma, & declarat. novæ Proviſion. §. ſed venerabili fol. 104. & de Reg. ad Prælat. Nomination. §. 1. verb. Cathedralibus, verſ. in contrarium fol. 490. Joannes à Chokier in vindic. libert. Eccleſiaſt. cap. 4. num. 4. ad fin. Rot. coram Verallo dec. 84. num. 7. & 8. p. 2. & coram Panzirolo in Cæſarauguſtana Canonicatus 1. Februar. 1640. impreſſ. apud Franceſ. var. reſol. cap. 16. num. 219.* ideoque reſtringi debent, ut adnotant *Rebuffus, & Rota coram Verallo* in locis allegatis, ac verba in illis poſita non niſi directè, & civili modo, & ſecundum intellectum legis ſunt accipienda, ut præcipuè dicunt *Marta de juriſdict. p. 2. cap. 40. num. 24. & 25. & Franciſc. Zipæus de juriſdict. Eccleſiaſtic. & Civil. lib. 1. cap. 37. num. 2. ad fin.* nec non ita interpretanda, ut minus ex illis derogatum ſit communi juri, & ſuperioritati Pontificiæ, ut proſequitur *Rot. coram Verall. d. deciſ. 84. ſub num. 8. ver. ideò interpretanda.*

6. Quod eò magis videtur dicendum de iſta promiſſione facta per Nicolaum V. dicto Ludovico Duci Sabaudiæ; cùm uſque à tempore, quo facta reperitur, odioſæ, & exorbitantis, atque Sedis Apoſtolicæ juribus maximè præjudiciales, ſimiles conceſſiones fuerint reputatæ, ut ſatis colligi videtur ex Capitulis Conclavis factis poſt obitum Caliſti III. nempè anno 1458. & ſic ſeptem annis poſt factam dictam Promiſſionem per Nicolaum V. quæ fuit anno 1451. ubi inter cætera neceſſaria ad Eccleſiæ Univerſalis ſtatum, quæ juranda præſcribuntur Cardinali futuro Pontifici, hæc habentur:-- *Item quòd nullam facultatem præſentandi, aut nominandi ad Eccleſias Cathedrales, Collegiatas, ſivè Monaſteria, Dignitates, ſeù alias quæcumque beneficia concedet Principibus Secularibus, aut Prælatis Eccleſiaſticis cujuſcumque conditionis, ſtatus, aut qualitatis exiſtant, ſivè Imperialis, Regalis, Ducalis, Archiepiſcopalis, Epiſcopalis, vel cujuſvis alterius præeminentiæ, niſi de expreſſo conſilio, & aſſenſu majoris partis Dominorum Cardinalium. Item quòd nullam Bullam unquam expediri permittet, ſeù alicui concedet, per quam ſe aſtringat Principibus, vel alicui ipſorum, aut eos certificet, quòd nullas Eccleſias Cathedrales, Collegiatas, Monaſteria, ſeù alia Beneficia conferet, niſi de ipſorum beneplacito, aut voluntate, & omnes conceſſas revocabit*: ut legere eſt apud *Oderic. Raynald. Annal. Eccleſiaſt. tom. 19. ann. 1458. num. 6.* Verba etenim honæ legis arguunt malos mores, ex quibus ſunt natæ, ut ſcitè ad rem obſervat *Zipæus conſultat. Canonic. lib. 3. tit. de præben. conſult. 4. num. 1. in princ.* niſi alioquin dicere velimus, hoc in illo conclavi fuiſſe conſtitutum propter ipſam promiſſionem factam per Nicolaum V. Ludovico, de qua nunc agitur, cùm ejuſmodi Conceſſiones, ſeù Privilegia, aliis Principibus tunc temporis tributa, non legantur, ſed imò legatur Eugenium IV. Nicolai præfati anteceſſorem, ſcripſiſſe ad Alphonſum Portugalliæ Regem: *Jura quidem tribuunt Sedi Apoſtolicæ, & Petri Succeſſoribus liberam Eccleſiarum omnium diſpoſitionem, ad quarum regimen eligit, & præficit ſecundum Eccleſiarum utilitatem: neque requirit conſenſum Regum, neque Principum, ſed diſponit prout dignitas Sedis Apoſtolicæ, & Eccleſiæ commoditas poſtulat. Supplicant Nobis Reges Franciæ, Angliæ, & Hiſpaniæ, cæterique pro Prælatorum promotionibus, nobiſque commendant quos utiles, & idoneos credunt. Nos poſtmodum exaudimus, quantum cum Deo poſſumus, & bono regimine noſtro preces eorum: ubi verò aliter videtur nobis pro commodo, & bono regimine Eccleſiarum eſſe faciendum, diſponimus de proviſione Eccleſiarum, pro voluntate noſtra, cui Reges, & Principes acquieſcunt. Et in tuo quoque Regno proviſiones*

nes

nes anteà factæ ſunt pluribus Eccleſiis Cathedralibus de perſonis idoneis, abſque ullius Regum conſenſu.ad Nos enim,non ad Reges,ſpectat Eccleſiarum diſpoſitio, quas Deus noſtræ curæ, non aliorum commiſit: & earum Nos ſumus, non autem Reges,apud Altiſſimum debitores,ut videre eſt apud eumdem *Raynald.tom.*18.*ad Ann.*1440.*num.*2.

7. Et profecto, inter odioſa,& præjudicialia Sedis Apoſtolicæ, hanc Promiſſionem Nicolai V. repoſitam fuiſſe à Clemente VIII. prorſus elicitur ex his,quæ ſcripſerat Cardinalis de Oſſat ad Henricum IV. Galliarum Regem, dum eidem ſignificavit, quòd à dicto Pontifice impetrare non potuit, ut ſibi daretur Indultum juris nominandi ad beneficia Conciſtorialia Breſſiæ, & aliarum Regionum à Duce Sabaudiæ eidem Regi in Pace anni 1601. ceſſarum, ſcribens proinde in *Epiſt.*261.*verſ.& de fait*.per hæc verba–*Sua Santità mi riſpoſe, che l'eſperienza aveva moſtrato, che i Pontefici Predeceſſori avrebbero fatto meglio a non concedere a i Principi Secolari la facoltà di nominare a i Veſcovadi,ed altre Prelature, già che l'autorità della Santa Sede n'era grandemente diminuita, e i dettì Principi ſe n'erano abuſati, con eſſere peggiorati i loro paeſi; che per queſte conſiderazioni egli vi voleva penſar bene avanti di conceder quello, che Voſtra Maeſtà domandava*–ſubdens in fine-*E che avanti di riſolverſi, vi voleva penſare bene,bene,bene*–& poſt rem maturè deliberatam,petitum Indultum denegavit.

8. His poſitis,ea promiſſione Summum illum Pontificem de Principatu Pedemontano non fuiſſe loquutum, eſt clarum:tum quia ibi id expreſsè non dixit, & aliàs certa eſt regula,quòd ſimiles conceſſiones, aut Indulta,non operantur ultra expreſſa,de qua *Franceſ.variar.reſolut.cap*.16.*num*.138. tum quia verba ejuſdem promiſſionis directè,& civiliter intellecta, ac ſtrictè accepta,non poſſe ad illum Principatum referri, patet ex pluribus.

9. Et potiſſimum, quòd Status Pedemontanus Sereniſsimo Duci Sabaudiæ obvenit, poſtquam jam antea poſsideret eundem Ducatum Sabaudiæ, illumque titulo Ducis regebat, & quidem peculiari denominatione penitùs diverſa, & ſeparata: cùm in illo non niſi Principem Pedemontis ſe appellet, ut poſt *Jacob. de S.Georg.in tract.de feudis verb.Princeps Pedemontanus*, notant *Reinkin. de Regimin.ſecular.& Eccleſiaſt.lib.*1.*claſſ.*4.*cap.*8.*num.*8. *Knipſchild. de fideicommiſſ. famil.Nobil.cap.*1.*nu.*122.*Speidel.in ſpecul.Juridic.Politic.verb.Funt, verſ.ſunt, & alii.Mingius de ſuperior.territorial.th.*34. *Gaſp.Manzius in Summ. jur. public.par.*2.*tit.*6.§.2.*num.*6.*& tit.*10. §. 11.*nu.*5. Ideo id quod ei fuerat promiſſum, & conceſſum uti Duci Sabaudiæ,& reſpectu Regionis Sabaudiæ, minimè in gratia odioſa, & exorbitanti,poteſt intelligi conceſſum, & promiſſum uti Principi Pedemontis,& reſpectu Regionis Pedemontanæ,juxta ea,quæ poſt *Gloſ.& Bald. in l.*3.*ff.de offic.Præſid.*& antiquiores alios, benè tradunt *Gabriel.conſ.*195. *nu.*7. *&* 8.*lib.*2. ubi quòd conceſſa alicui Ducatui,in quo Rex ſucceſsit, illi nequeunt competere,niſi uti Duci,non autem uti Regi.*Menoch.conſ.*156.*nu.*67.ubi quòd ea quæ competunt Duci Parmæ uti illius Domino, nequeunt competere in Ducatu Placentiæ, cùm tituli ſint diverſi reſpectu diverſitatis duarum Civitatum, quarum una eſt ſeparata ab altera. *Bellug.in ſpecul. Princip. rubr.*11. *ad §.jam ſupra,ſub num.*2. *verſ. & quamvis omnes ſub Regno*,ubi dicit quòd licet in Regno Aragoniæ ciſmarino adſint plures Provinciæ ſub uno Rege, reſpectu tamen diverſorum titulorum, ut quia reſpectu unius ſit Rex, reſpectu aliarum ſit, aut Princeps, aut Comes, de una ad aliam non infertur, & inter illas Provincias ità

ſe

ſe habent jura, ac ſi eſſent diverſorum Dominorum. *Gaſpar Klock.conſ.74.n.27. & 28.* ubi quòd cùm Dux Vvirtembergenſis reſpectu Comitatus Monpelgardi denominetur Comes, ea quæ fiunt in dicto Comitatu non tanquam à Duce, ſed uti à Comite fieri intelliguntur, & præcipuè pro interpretatione ſimilium Indultorum fuit ſæpè firmatum à Rota occaſione nonnullorum Canonicatuum Barchinonenſium, reſpectu quorum fuit reſolutum, quòd Indultum conceſſum Regi prò Eccleſiis in Regnis Hiſpaniarum conſiſtentibus, extendi non debeat ad Eccleſias in Provincia Cathaloniæ, & Comitatu Barchinonæ ſitas, in quibus idem Rex non obtinet regalem dignitatem, ſed ſolùm Princeps, & Comes appellatur, ut coram *Veroſpio deciſ.216.num.7.& 8.par.9.& deciſ.140.num.6.dec. 261.ſub.num.7.verſ.His enim adſiſtunt.par.14.recent.* & poſt *Dianam reſol. moral.par.8.deciſ.9. coram Rojas deciſ.279.num.6.deciſ.281.num.4. & deciſ.286.n. 3.& 4.& coram Celſo deciſ.7.num.3.4.& 5.* Non enim eſt novum, quòd in una eademque perſona duo jura, duplexque qualitas concurrat, & ſic illa perſona pro duabus perſonis reputetur, ac quòd ſubſtineat vicem duorum, & proindè habeatur, ac ſi duplex qualitas diverſis perſonis ineſſet, ut ponderant ad rem *Gabriel. d.conſ.195.num.8.lib.2.* & alii cumulati per *Knipſchildt. de Jurib. & Privileg. Civit.Imperial.lib.1.cap.3.num.18.& 19.*

10. Et ſumma quidem ratione, cùm Provinciæ, quæ recenter Regno, aut Ducatui accreſcunt, & adglutinantur, reputentur æquè principalitèr, non autèm acceſſoriè, unitæ: itaùt primævum ſtatum, & dignitatem propriumque nomen retineant, nec proinde conſociandæ ſunt legibus, & Privilegiis reliquo Regno, ſeù Ducatui impertitis, ſed propriis, & peculiaribus legibus, & conſuetudinibus regi, & gubernari, ſuiſque privilegiis uti, & frui debent ex diſtinctione, *Bartol.in l.ſi convenerit in §.nuda, ff.de pignorat.action.* ab omnibus approbata, ut patet ex cumulatis per *Carleval. de Judic.lib.1.diſp.2.quæſt.7.ſect.2. nu.829.Rovit.conſ.102.nu.16.lib.2.Peguer.deciſ.66.ſub num.11. Claper.in centur. Cauſar. Cur.Provinc.cauſ.1.quæſt.unica nu.18.& ſeqq.Solorzan.de Jur.Indiar. tom.2.lib. 3.cap.1.num.47.Fraſſ.de Patronat.Reg.Coron.Indiar.cap.6.nu.45.Creſp.obſervat. Reg.Aragon.15.num.44.& ſeqq.Rota in recent.d.deciſ.316.num.9.par.9.*

11. Ità quidem, ut etiam ſi contingat hoc caſu novam Provinciam, ſivè etiam particularia Caſtra uniri alicui Ducatui, vel Marchionatui per novam Inveſtituram, & inveſtiens illum, vel Ducem, vel Marchionem appellet, honoris cauſa illum ita appellaſſe cenſendum ſit; non autem, ut Caſtra illa particularia velit cum Ducatu, vel Marchionatu confundi, atque illi acceſſoriè uniri, aut tanquam partem adjungi, & propterea adhuc proprium ſtatum, & ſua particularia jura retinere, juxtà doctrinam *Bald.in cap.unic.§.Præterea num.7.in fin.de prohibit.Feud. alienat.per Frideric.* quàm ad rem latè exornant *Thoming.deciſ.41.num.5.Cothman.reſponſ.84.num.23.lib.2.*

12. Quapropter cùm nemini ſit dubium, Principatum Pedemontanum fuiſſe Ducatui Sabaudiæ unitum æquè principalitèr, non autem acceſſoriè, illumque propriis legibus, & conſuetudinibus regi, & gubernari, atque eidem Sereniſſimum Ducem uti proprium, & peculiarem Principem dominari, ut conſtat ex traditis per *Joannem-Antonium ab Eccleſia obſervat.Senat.Pedemont.par.1.obſervat.2.num.2.& ſeqq.obſerv.177.num.17.in fin.& obſerv.178.num.5.& 6. & par. 2.obſerv.21. num.11.* ubi de hoc eam dat rationem, quia dictæ Provinciæ conſiderantur uti inter ſe diſtinctæ, & ſeparatæ, & tanquam diverſæ ditionis, & ſi ſub

domi-

Digitized by Google

dominio ejuſdem Domini exiſtentes; ut propterea ipſemet Dux nequeat Jus dicere in uno Territorio, de rebus, ac Perſonis ad alium Territorium pertinentibus, quemadmodum anteà dixerant *Curt.Jun.in l.fin.ff.de Juriſdiction.omn.Judic.* ibidemque *Cagnol.num.32.* & *Sola ad nov.Conſtitut.Ducal.Sabaud. tit. de edict. Anno.gloſſa.7.num.2.& 3.* nec non, quòd certa, & indubitata eſt obſervantia Sereniſſimorum Ducum, ſe diſtinctè, & ſeparatè denominandi Duces Sabaudiæ, & Principes Pedemontii, ut conſtat ex Decretis, Ordinibus, Edictis, & aliis documentis regiſtratis per *Solam poſt.lib.4.dict.Commentar.ad Conſtit.Sabaud. Balleſanum in Hiſtor. Thebea. fol.* 386. & per *Joannem-Antonium ab Eccleſia in fin. par.1.dict.obſerv.Forenſ.Senat.Pedemont.* & latiùs apud *Franciſcum-Auguſtinum ab Eccleſia in lib.cui titulus, Corona Reale di Savoja, antè princ.1. part. in Elencho*, quem inſcribit: *Titoli di Dignità di tempo in tempo da' Sereniſſimi Conti, e Duchi di Savoja nelle Monete, e Scritture pubbliche uſati*, ubi apparet, quòd ſucceſſivè omnes Principes Sabaudici diverſa, & ſeparata denominatione ſe Duces Sabaudiæ, & Principes Pedemontanos appellarunt, & inter cæteros, *fol.7.&* 8. recenſet iſtum Ludovicum, cui fuit facta promiſſio à Nicolao V. qui perpetuò ſe Ducem Sabaudiæ, & Principem Pedemontanum inſcripſerat: quinimò eoſdem, ſi fortè contingat, quòd concederent Inveſtituras Caſtrorum in ipſo Principatu Pedemontano, non niſi peculiari nomine Principis illius ſtatus, aut Marchionis, aut Comitis ſingulorum feudorum in illo exiſtentium, eas concedere patet ex *Cacheran.conſ.9.num.23.* Hinc ex hujuſmodi obſervantia videtur pro certo dicendum, quòd conceſſa Duci Sabaudiæ, & pro ſtatu Sabaudico, reputanda non ſint tamquam conceſſa uti Principi Pedemontii, & prò ſtatu Pedemontano, per ea quæ tradunt, præter ſuperiùs relatos, *Gonzalez.ad Regul.8.Cancellar.gloſ. 5.§.7.num.123.in fin.verſ.Tertia ratio eſt, Caſſan.ad Conſuetud.Burgund.rubr.8. de ſucceſſion.des Baſtards ſub nu.41.§.Sed iterum incidenter, verſ. Ex quo adhuc in litteris Regiis, Lancellott.Gallia in Conſuetud.Alexandrin.Præfat.8.num.94.* Verba etenim Privilegiorum, non plus operantur, quàm ipſa ſonant, ut dicit *Rota coram Seraphin.deciſ.605.num.3.*

13. Attenta præſertim etiam obſervantia ipſiuſmet Sedis Apoſtolicæ, & Summorum Pontificum, qui dictas ditiones, pari modo diverſa, & ſeparata denominatione expreſſerunt, quoties loquuti ſunt de rebus concernentibus utrumque ſtatum, ut præcipuè Gregorius XIII. in confirmatione Ordinis Militaris Sancti Mauritii, ut in ejus *Conſt.6.Bullar.Nov.tom.2.* & in confirmatione Unionis Militiæ Ordinis S.Lazari, eidem Ordini Sancti Mauritii factæ, ut in *ſeq. Conſtit.7.* ambæ repetitæ apud *Baldeſanum in Hiſtor.Thebea, fol.429. & ſeqq. & fol.438. cum ſeqq.* nec non Clemens VIII. in alia confirmatione ejuſdem Unionis, ut in ejus *Conſt.7.eodem Bullar.Nov.tom.3.* & in Proviſione Abbatiæ, de qua *Summ. nu.46.* Item Alexander VII. in Brevi pro annua celebratione ſollemnium Beatificationis Sancti Franciſci de Sales apud *Dominic.Cappellium in Context.Actor. omn.Beatific.& Canoniz.Sancti Franciſci de Sales, fol.16.cum ſeqq.* Imò & ipſos Duces peculiari, & diverſa denominatione Sabaudiæ, & Pedemontium, tales vocarunt, ut idem Clemens VIII. in Brevi ſcripto Camillo Daddeo primo Epiſcopo Civitatis Foſſanenſis in Principatu Pedemontano exiſtentis, & tunc ab ipſo in Epiſcopalem Cathedram erectæ, & in altero Brevi ſcripto Duci Carolo-Emanueli in commendationem ejuſdem novi Epiſcopi, impreſſis per *Ughellium to.4. Ital.Sacr.ubi de ipſa Eccleſia Foſſanen.fol.1515. & fol.1517.* Ex uſu autem lo-

quen-

quendi aliorum Summorum Pontificum, ſimiles conceſſiones interpretationis normam recipere eſt certum, quemadmodum ad rem benè tradit *Rota coram Priol.deciſ.28.num.17.& in recent.deciſ.105.num.8.part.12.*

14. Eoque fortiùs,cùm iſta fuerit Eccleſiæ praxis uſque à tempore promiſſionis factæ per Nicolaum V.Ludovico Duci Sabaudiæ. Qua in re animadvertere oportet, quòd Synodus Lauſanenſis in Decreto facto favore Amedei, præfati Ludovici Patris, ab eodem Nicolao V. approbato, & ſervari juſſo, quo eundem Amedeum, antea Felicem V.Antipapam dictum,depoſito Papatu,voluit remanere Cardinalem Sabinenſem Epiſcopum, eundemque Legatum,ac Vicarium perpetuùm conſtituit in nonnullis Diœceſibus, & Provinciis,ſimili ſeparata denominatione dixit: *Te Sabinenſem Epiſcopum, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalem, Sedis Apoſtolicæ in Terris, & Juriſdictionibus dilectorum Eccleſiæ Filiorum Ducis Sabaudiæ, & Principis Pedemontium, &c. Legatum,Vicariumque perpetuum facit, creat, & nominat,*ut legere eſt apud *Oldoinum in Nov.Addit.ad Ciaccon.de Vit.& Geſt.Roman.Pontific.in Vit.ejuſdem Felicis tom.4.fol.935.col.2. lit.C. Ludovic.Donium d'Atticby. in Flor.Hiſtor.S.R.E.Cardinal. tom.2. in Vit. ejuſdem Amedei num.84. & 85.* & alios. Quod tanquam actus valdè proximus Promiſſioni, de qua diſſeritur, intellectum illius maximè elucidat, juxta Pauli reſponſum *in l.ſi de interpretatione, ff.de legibus,* & ea,quæ in proximis terminis benè ponderat *Rota in recent.deciſ.266.ſub nu.21..verſ.ſed magis par.15. & deciſ.251.nu.26.par.16.* præſertim cùm agatur de re geſta tempore ejuſdem Pontificis, qui promiſſionem fecit, & rem illam approbavit, ad tradita per *Rotam coram Coccin.deciſ.1680.num.155.*

15. Neque ad hæc effugienda dicere valet, quòd verba ſunt intelligenda ſecundum communem uſum loquendi,juxtà quem,cùm ſermo ſit de Duce Sabaudiæ, ſolet ille talis conſiderari, etiam uti Princeps Pedemontanus. Quia regula de intellectu verborum,ex communi uſu loquendi, non procedit, quando agitur de verbis prolatis à legum Conditoribus, vel quæ à Nomothetis, ſeù Peritis efferuntur; ſed ſolùm quando ab idiotis, & indoctis fuerunt dicta, aut ſcripta, ut benè exornat *Zepperus in Cynoſur.legal.circa interpret.verb.&c.cap.23. nu.39.* junctis his, quæ latè diſſerit *Guinipar. à Drepano, in ſuis diſputation. Commentar.prò Jur.Pontific.defenſ.diſp.5.quæſt.2.cap.4.num.11. & plur.ſeqq.* Ideò cùm verſemur in interpretatione litterarum Summi Pontificis, quæ ſolent extendi à peritiſſimis, & doctiſſimis Officialibus, minimè ex cōmuni uſu loquendi, & vulgi opinione ſunt interpretandæ: maximè quotiès agitur de rebus,quæ Jurium Sedis Apoſtolicæ diminutionem, & præjudicium Eccleſiæ reſpiciunt;quales eſſe ſimiles Conceſſiones jam probavimus; Sed ex ſua proprietate ſunt conſiderandæ, & ad litteram, ſeù corticem verborum accipiendæ: adeòque nihil aliud inquiri debet, quàm quod litteralitèr ſcriptum invenitur; itàut actus potiùs pereat, maneatque inutilis, quàm à verbis diſcedatur, ut ad rem egregiè diſſerit *Wameſ.de Jur.Pontific.conſ.16.num.8.lib.1.*

16. Pari ratione aliena eſt ab hoc caſu animadverſio in verbis *Diſtrictus, Dominium, & Status,* quibus uſus fuit Summus Pontifex in dicta promiſſione, quaſi illis tanquam generalibus, & univerſalibus viſus fuerit velle comprehendere omnes Regiones, quibus Princeps ille dominabatur. Quia ſi bene eadem verba ibi expendantur,ſunt poſita pro ſynonymis,aut ſaltem,ut à verbo *Diſtri-*

ctus regulentur, cùm in principio fuerit dictum : *Infra Diſtrictum ſui temporalis Dominii conſiſtentium regimina.* & in fine : *Infra Diſtrictum prædictum*. Diſtrictus verò nil aliud dicitur, quàm Univerſitas agrorum intra fines cujuſcumque loci exiſtens, ut ſcribit *Guilielm.de Montelaudun.in Clement. Paſtoralis n. 17.de ſent.& re judic.*& nihil aliud ſignificat,quàm id, quod actualitèr a loco diſtringitur, ut animadvertit *Felin.in cap.Rodulphus ſub num.*19.*verſ. & per hoc poteſt contingere, de Reſcript.* Ut ſic dicta verba aliter nequeant intelligi,quàm de Dominio, ſeù de Statu,quod habebat, & poſſidebat Ludovicus uti Dux Sabaudiæ: attentis præſertim verbis reſtrictivis, eiſdem verbis univerſalibus adjunctis, nempè *ſui Dominii, ſui Status,de Dominio hujuſmodi, infrà Diſtrictum prædictum* , quæ ſemper limitant , & reſtringunt diſpoſitionem ad ſuperiùs expreſſa , ut de verbo *ſui* dicit *Menoch.conſ.* 328. *num.*14. *de dictione hujuſmodi* firmat *Rot.in recent.deciſ.*194.*num.*34. & 35.*par.*5. & de verbo *Prædictum* adnotat eadem *Rota* in iſtis terminis *in recent.deciſ.*276.*nu.*11.*par.*11. Verba etenim diſpoſitionis,quantumcunque univerſalia,debent ſemper reſtringi, & declarari à qualitate adjecta, & non niſi ad ejuſdem adjuncti terminos intelligenda. *Caſtill.contr.jur.lib.*5.*cap.*90.*num.*1.*& ſeq.Salgad.de ſupplic. ad Sanctiſs. par.*1. *cap.*15.*num.*53.*Rota coram Coccin.deciſ.*788.*num.*81.& 82.

17. Eademque reſponſione evitantur ea,quæ magno apparatu præcipuè animadvertuntur, quoad verbum *Ditio* , poſitum in ea parte ejuſdem Promiſſionis, qua Pontifex promiſit de beneficiis ſibi reſervatis , providere perſonas eidem Duci ſubditas , aut gratas ; nam ibi paritèr verbum illud *Ditionis* regulatur à verbo *diſtrictu* , & quidem cum adjectione verbi reſtrictivi *præfato* , ac relativè ad ipſum Ludovicum Ducem Sabaudiæ , ut patet ex toto contextu , qui ita ſe habet–*De aliis verò dignitatibus,videlicet poſt Pontificales majoribus,& Prioratibus Conventualibus, aut alias diſpoſitioni noſtræ generalitèr reſervatis in diſtrictu præfato , perſonis providebimus idoneis , non niſi fuerint de locis Ditionis ipſius Ducis, aut ſibi gratæ , vel acceptæ de aliis locis oriundæ*-Et tamen ſatis fuiſſet quo ad hoc reſpondere,verba illa eſſe poſita in parte diverſa, quatenùs nempè, ea pars continet proviſionem non eſſe faciendam alienigenis;& ulterius,quoad hoc promiſſio fuit odioſa,& à jure exorbitans,& reſtringens libertatem Summi Pontificis,juxta tradita per *Rot.in recen.deciſ.*217.*num.*5.*& ſeqq. par.*17. Ut propterea ibi dicta nequeant intelligi de alia parte ejuſdem promiſſionis, nedum ex regula,quòd odia ſunt reſtringenda , non autem extendenda ; ſed etiam ex regula, quòd in Privilegiis non eſt facienda interpretatio , quæ includat plures ſpecialitates, de qua *Salg.de Reg.Protect.p.*3.*cap.*9.*num.*204.

18. Ideoq; pro comprobanda univerſalitate præfati verbi *Ditionis* poſiti in Privilegiis Sereniſſimo Duci Sabaudiæ conceſſis, inutile eſt referre ea,quæ S. Petrus Damianus *lib.* 7. *Epiſt.* 16. ad Adelaidem Sabaudiæ Principis,Viduam relictam,& Statuum adminiſtratricem ſcripſerat,nempè: *In Ditione verò tua , quæ in duorum Regnorum,Italiæ ſcilicet,& Burgundiæ porrigitur,non breve Confinium, plures Epiſcopantur Antiſtites.*Cũ ibi Sanctus Vir adhuc Monachus,nondũ enim erat ad Cardinalatus dignitatem evectus, ad ipſam ſcripſerit,nõ uti Dominam,& adminiſtratricem ſolius Ducatus Sabaudiæ, ſed uti Dominam , & adminiſtratricem Sabaudiæ, & Pedemontii, & omnium Statuum , qui Dominio illius Principis ſuberant ; & quidem inſcripta Epiſtola duplici diverſaque denominatione,

nem-

Digitized by Google

nempè -- *Ad Adelaidem Ducissam*, *&* *Marchionissam Alpium Cottiarum.* Itaque conſideravit in ea duplicem perſonam, & diverſos Titulos, quibus ipſa illis ſtatibus dominabatur, ut obſervat *Quercetan.lib.4.Hiſtor.Burgundiæ.* Præterea cùm ad eamdem ſcriberet, ſuper eadem re, de qua antea ſcripſerat ad Taurinenſem Epiſcopum *lib.4.Epiſt.* 3. nempè ſuper reformatione Clericorum, eamdem rogavit tanquam Ducissam, atque Marchioniſſam, & Sabaudiæ, & Pedemontanæ Regionis Dominam, & adminiſtratricem, quarum unitarum ditionum non erat breve confinium, in quibus erant plures Epiſcopi, & Epiſcopales Eccleſiæ, non solùm cum Epiſcopo Taurinenſi reſpectu Clericorum ſuæ Diœceſis, ſed etiam cum aliis Epiſcopis univerſæ ſuæ ditionis, pro Cleri reformatione laboraret, & auctoritatem ſuam adjungeret, quod nihil commune habere poteſt cum verbo *Ditionis*, poſito in Promiſsione, de qua agitur, relativè ad Ludovicum unica denominatione vocatum Ducem Sabaudiæ; ut ſic, non niſi de tractu ejuſdem Regionis intelligendum dictum, propter verba adjuncta ad diſtrictum ejuſdem ſtatus, naturàm ſuæ Univerſalitatis reſtringentia, potiſsimùm dum agitur de interpretanda Conceſsione, & Privilegio odioſo, & exorbitante, reſpectu quorum ſimilia verba, quamvis univerſalia, ſemper ſtrictè, & in ſenſu coanguſtato accipienda ſunt, ut latè diſſerit *Jacob de Belviſo* in quæſtione, quam diſputavit Bononiæ, & recenſuit *in authent.quibus mod.natural.efficiant.ſui Collat.7.ad verſ.illud tamen nobis §.rex conceſſit privilegium*, ubi adductis argumentis pro utraque parte, ita concludit *in ſolut.quæſt.verſ.ſi autem dubium eſt*, & ſequitur *Imol. in cap. Rodulphus ſub num.1. verſ. nam ibi concludit, de reſcript.* & ipſis non viſis benè etiam tradit *Zepper.in Cynoſur.legal.circa verbor.interpret.&c.cap.3.num.*28.

19. Prout etiam ad prædicta confirmanda nullum validum, & relevans argumentũ deduci poterit ex Privilegio Sixti IV. confirmato per Innocentium VIII. & Julium II. ſuper gratiis expectativis exteris non concedendis, Jolanti Ducissæ Tutrici, & Tutorio nomine Philiberti Ducis Sabaudiæ conceſſo, in quo uberiori denominatione fuerat dictum *in Ducatu, Diſtrictu, Ditione, Comitatibus, Terris, locis, & aliis Dominiis Sabaudiæ ultra, & citramontanis, dominio ipſius Ducis mediatè, & immediatè ſubjectis*; cùm id, quod in eo fuerat expreſſum, nequeat qualificare limitatam denominationem factam in Promiſsione Nicolai V. quoad proviſionem Eccleſiarum, & Dignitatum cum ejus conſenſu faciendam, tanquam gratia diverſa; cùm ad extentionem Privilegiorum, non valeat argumentum de ſimili ad ſimile. *Rota coram Coccin.deciſ.2252. num.4.* Imò potiùs præfatæ denominationes factæ in hoc diverſo Privilegio retorqueantur; quia pro iſtis gratiis expectativis exteris non conferendis, pariter in dicta Proviſione Nicolai V. fuerat proviſum, ut ſic Ducissa Jolantes, quæ hoc particulare Privilegium ſibi impetraverat, & ſucceſſores Duces, qui illud confirmari curarunt, videantur agnoviſſe, quòd non fuerit ſatis proviſum per antecedentem Conceſsionem, quo ſimili gratia uti poſſent omnes ultra, & citramontes dominio Ducis mediatè, & immediatè ſubjecti. Nam alias ſuperfluum fuiſſet novum, & ſeparatum Privilegium obtinere, ſi id ex antecedenti ſibi competiiſſet, ut appoſitè ad rem arguit *Geminian.conſ.96.ſub num.8.verſ.quo ad Privilegia.*

20. Quod multò magis agnoviſſe videntur alii Duces, qui ſupplices petierunt à Summis Pontificibus Leone X. Clemente VII. Julio III. Gregorio XIII. & Clemente VIII. ſibi confirmari dictam Promiſsionem Nicolai V. & alia Indul-

ta, & Privilegia ab aliis Pontificibus, quinimò, & ab Imperatoribus conceſſa; ut eo majorem obtinerent roboris firmitatem,& firmius illibata perſiſterent,quo frequentiori fuerint Sedis Apoſtolicæ fulcimento communita, & roborata,ſub narrativa Privilegiorum, Gratiarum, & Conceſsionum factarum, *Duci*, *& Nationi Sabaudiæ*: prout cum eadem expreſsione iidem Pontifices illa confirmarunt, quòd verbum *Nationi* non niſi de ipſa Sabaudia,cui fuit adjectum, verificari poſſit,nec unquam ad Pedemontium extendi; cùm Natio, authore Feſto, ſit genus hominum,qui non aliunde venerunt,ſed ibi nati ſunt,ut referunt *Robertus Stephanus*, *Cælius Secundus Curio*, *Ambroſius Calepinus*, ejuſque additionatores, aliique Lexicographi; unde in Vocabulario Italico, dicto *della Cruſca*, ita ſcribitur: *Nazione: Generazion d'uomini nati in una medeſima Provincia, o Città*, quorum Lexicographorum authoritatem eſſe quo ad hoc attendendam, non eſt qui ambigat, & tradunt *Vincent. de Franch. deciſ.662. in fin. Mut. Groſſ. de ſucceſſ.ab inteſtat.ad interpretat.Conſuet.Neapol.Annot.20.ſub num.41.Cæſar de Afflict.contr.jur.38.num.24.* & alii communitèr. Præſertim,cum hoc vocabulo *Nationis* ipſi Summi Pontifices ſint ſoliti diſtinguere unam Provinciam,ſeù Dominationem ab altera, ut præcipuè Alexander VII. diſtinxit inter ſe Ducatum Sabaudiæ, & Principatum Pedemontanum in Brevi Beatificationis S. Franciſci de Sales, quod ut jam ſupra adnotavimus, habetur impreſſum per *Dominicum Cappellum*, in *context. Actor. omn. in Beatiſ. & Canoniz.S.Franciſci de Sales à fol. 16. uſq; ad fol.19.* enumerans Eccleſias, quibus tribuit facultatem celebrandi annuam memoriam ſollemnium ejuſdem Beatificationis,inter cætera dixit: *Romæ verò in Eccleſiis S.Ludovici Gallicanæ, & Sanctæ Sindonis Sabaudiæ,ac Pedemontanæ Nationum*, quod ſolùm ſatis eſt ad explicandam ſignificationem dicti verbi, quidquid aliter ab aliis dici poſſet,cùm in interpretandis ſimilibus Indultis verba accipienda ſint ſecundum ſolitam ſignificationem,qua utuntur Summi Pontifices,& non aliam,juxtà Theoricam *Felin.in cap.in noſtro ſub num.19.verſ. quod intelligitur,de reſcript.* ut præcipuè nos docet *Rota coràm Royas deciſ.286. num.5.& in recent.deciſ.316.num.7.part.9. & deciſ.162.ſub num.42. verſ. multùm enim part.12.*

21. Abſque eo quòd valeat replicari, quòd dicta verba *Nationi Sabaudiæ* in præfatis Privilegiis confirmatoriis, ſint referenda ſolùm ad Privilegia Imperialia, quæ unacum Pontificiis fuerat petitum confirmari: ſiquidem ex lectura earundem confirmationum factarum per Leonem X. & Succeſſores Pontifices, totus iſte diſcurſus penitùs eliditur, cùm appareat per Sereniſſimos Duces in Precibus fuiſſe ſigillatim narratam promiſſionem Nicolai V. & Privilegium Sixti IV. & aliorum Pontificum, qui illud innovarunt, addito quòd alia etiam, & diverſa extabant Privilegia,Conceſſiones,Gratiæ,& Indulta, tam per Romanos Pontifices, quàm Imperatores,& Reges,ipſis Ducibus conceſſa, indèque humilitèr fuit ſupplicatum, *ut ſingulis litteris prædictis, ac omnibus, & ſingulis aliis Privilegiis, Conceſſionibus, Gratiis, & Indultis Duci,& Nationi Sabaudiæ conceſſis*, vellent præfati Summi Pontifices ſuarum confirmationum robur adjicere,indèque iidem *hujuſmodi ſupplicationibus inclinati, ſingulas litteras prædictas, & in eis contenta quæcumque, & quatenùs ſint in uſu, omnia, & ſingula Privilegia, Conceſſiones, Gratias, & Indulta tàm per Romanos Pontifices, & quæ Sacris Canonibus, non contraria, quæ per Imperatores, Regeſque, Duci, & Nationi Sabaudiæ conceſſa*,

ceſſa, approbarunt, renovarunt, & confirmarunt, & propterea, quòd illis verbis *Nationi Sabaudiæ*, voluerint qualificare omnia Privilegia, tam Pontificia, quàm Imperialia, & ſic etiam Promiſſionem Nicolai V. attentis præſertim verbo *ſingulis*, quod actum cuilibet in ſolidum tribuit, & habet vim ſpecialis enumerationis. *Vela diſſ.Jur.*49.*num.*42.*tom.*2. item verbo *Prædictis*, quod eſt repetitivum præcedentium cum omnibus qualitatibus ſuis. *Rota corùm Coccin.dec.*1616. *nu.*9.& denuò verbis *omnibus*, *& ſingulis*, quæ operantur, ut ſingula præcedentia rurſus cenſeantur repetita, & unumquodque ex eis ſpecialiter conſideratum. *Andreol.contr.*313.*num.*10. maximè cum dictione *Aliis* eiſdem addita, quæ de ſimilibus intelligitur, ut præciſè, reſpectu horum Privilegiorum, dixit *Rot.cor.Puteo deciſ.* 25. *in Correct.* quibus dictæ ſupplicationes, & confirmationes fuerunt conceptæ.

22. Adſtipulantur his omnibus inſignium Scriptorum, præſertim Pedemontanorum, & Sereniſſimorum Ducum Sabaudiæ Dignitati addictorum, teſtimonia, qui hanc veritatem ingenuè fatentur: ut præceteris non obſcurè videtur poſſe colligi dixiſſe *Joannem Boterum* Bernenſem celebrem Hiſtoricum, & Politicum, dum ejus verba referendo *Lambertus Vander Burchius in Hiſtor.Sabaudiæ, edita unà cū aliis voluminibus Republicar.cum Titul.Sabaudiæ Reſpublica, & Hiſtoria Lugdun.Batavor.in* 24.*fol.*306. *&* 307. ità dicit: *Abſolvam rem omnē verbis Boteri: Ait ille: Dominium Ducis Sabaudiæ patet in longitudine ad* 330. *milliaria Italica, &c. Dividi poteſt Dominium Ducis Sabaudiæ in partes duas, ſicut, & Alpes id dividunt, in Sabaudiam nempè, & Pedemontium. In Sabaudia ſunt Epiſcopatus Tarantaſienſis, Maurianenſis, & Belejenſis, habetque Dux nominationem Epiſcoporum, &c.* poſteà proſequens referre alia verba, quæ Sabaudiæ complent deſcriptionem, devenit ad verba, quibus aliam partem Dominii ejuſdem Ducis, nempè Pedemontium deſcribit, quam incipit cùm verbis: *Pedemontium nihil ſimile cum Sabaudia habet, &c.* nullamque facit in ea parte repetitionem Juris, Principi competentis, in Epiſcoporum nominatione, prout dixerat de Sabaudia, & ſic quodammodò coarctando jus nominationis quoad partem Sabaudiæ, prout Sabandia eſt, excludit competentiam in Principatu Pedemontano, in quo illam omiſit, ſed clariùs id declararunt *Joannes-Antonius ab Eccleſia*, Senatus Pedemontani Præſes quondam præſtantiſſimus, *obſervat.forenſ. p.*1. *obſerv.*190. *num.*8. dicens: *Illud tamen certum eſt, quòd Sabaudiæ Duces de Apoſtolica Eccleſia, & Sanctæ Sedis Romanæ culmine ſemper benemeriti, ob innumera egregiè geſtorum facinora in illius augumentum, & conſervationem patrata, nec non ob innatum Fidei, Religionis, Pietatis, & Amoris, ampliſſimum teſtimonium, quamplurimis Privilegiis, & prærogativis ab eadem S. Sede donati, & decorati fuerunt, & præſertim à Nicolao V. qui anno* 1451. *Id. Januarii in Ludovicum Sabaudiæ Ducem Privilegium contulit, ne ad Metropolitanatum, Cathedralium, & Abbatialium Dignitatum regimina, intra Ditionis Sabaudiæ limites, promoveri aliquis poſſit, niſi habitis priùs intentione, & conſenſu ipſius Ducis;* nec non Præſes *Chriſtophorus Fauzonus* in Conſultatione facta ad favorem Ducis, ſuper aliis dubiis circa hanc Nicolai V. Promiſſionem occurrentibus, quæ habetur *impreſſ.apud Franc.Pinſon.tom.*2.*ſui tract. des regales, ſivè in Inventair. des Indults ad d.tract.pertinen. fol.*941.*& ſeqq.* Conſultationem præfatam exordiendo his verbis: *Ea ſemper fuerunt Sereniſſ. Sabaudiæ Ducum erga Apoſtolicam*

Sedem,

Digitized by Google

Sedem, Romanoſque Pontifices ſingularis obſequii, ſinceræ devotionis, & incorruptæ fidei præclara monumenta, nec non inſignia de Chriſtiana Republica merita, ut non ſolùm gloriam ſibi pepererint immortalem, ſed ampliſſima etiam à Summis Pontificibus retulerint privilegia, inter quæ illud præcipuè emicat, quòd Sereniſs. Ludovico Duci Sabaudiæ, ejuſque Succeſſoribus conceſſit Summus Pontifex Nicolaus V. anno 1451. 4. Id. Januarii, tria continens capita. Primò ne ad Metropolitanarum, Cathedralium, & Abbatialium Dignitatum regimina, intra ditionis Sabaudiæ limites, promoveri aliquis poſſit, niſi habitis intentione, & conſenſu ipſius Ducis. Secundò, ne exteri, aut alienigenæ ad ditionis Sabaudiæ beneficia ullo modo admittantur. Tertiò ne Prioratus Tallueriarum, Ripaliæ, & Novalitis, nec non Pręepoſitura Montis-Jovis conferri poſſint, niſi habita priùs ejuſdem Ducis intentione.

23. Nec cum horum Scriptorum dictis conferri valent ea, quæ ſcripſerunt *Anaſtaſius Germonius de Sacror. Immunitatib. lib. 3. cap. 11. num. 24. Godefredus à Bavo in tractat. Reatuum quæſt. 16. nu. 110. & ſeqq. Samuel Guichenon. Hiſtoir. Genealogiq. de la Royal. Maiſon. de Savoye tom. 1. cap. 11. fol. 95. & Incertus Auctor in Notand. ſuper Nomination. ſeù Præſentation. ad Eccleſ. & Monaſt. per Reges Summo Pontific. facien. impreſſ. poſt Coraſii Paraphraſ. Sacerdotal. edit. tom. 2. ſpeciminis Jur. Eccleſiaſtic. apud Gallos uſu recepti à Jo: Doviat. collecti, fol. mihi* 220. Etenim *Germonius*, vir alioquin doctus, magna induſtria, & ſagacitate, nil aliud dicit, niſi quòd Sabaudiæ Duces, & Italiæ Subalpinæ Principes, olim à Nicolao V. impetrarint Privilegium, quod & ab aliis ſubſequentibus Romanis Pontificibus, fuit confirmatum, ut nemo ad Cathedrales, Abbatialeſque Eccleſias, quę in ipſorum ampliſſimo Dominio, tam citrà, quam ultra montes exiſtunt, eligatur, qui eis ſubditus non ſit, vel cujus fides cognita, & perſpecta non exiſtat, ſic conſundendo diſpoſita in promiſſione Nicolai V. & Sixti IV. ut illa poſſet adaptare ſuis Ducibus, & uti Ducibus Sabaudiæ, & uti Principibus Pedemontii, diſſimulata penitùs quæſtione, utrum ſcilicet quoad conſenſum præſtandum à dd. Ducibus, eorumque intentionem perquirendam, Nicolaus fecerit illi promiſſionem ſaltem uti ſolum Ducem Sabaudiæ, vel etiam uti Principem Pedemontii. *Godofredus* verò *à Bavo*, confundendo terminos ad probandum, quòd Sereniſſimi Duces Sabaudiæ Jus Imperii habeant in ſuis Statibus, ſecundo loco id conſtare contendit, quia ipſe etiam habet in ſuo Ducatu omnia jura regalia, ex eo quod in Electione Prælatorum requiritur Ducis conſenſus in ſcriptis, quam ſcripturam vulgari ſermone ipſi vocant *Placet du Prince*, ſine quo non confirmatur dicta Electio à Summo Pontifice; confirmatione verò facta, Prælati tenentur dicto Sereniſſimo Duci jurare fidelitatem, & reverentiam pro dictis Juribus temporalitatis, addens id ſemper feciſſe, & facere Epiſcopos Pedemontanos, Gebennenſes, Bellocēſes, Maurianenſes, & cæteros dicti Ducatus Abbates, & Priores, quorum ingens eſt numerus, qui omnes fuerunt electi à Sereniſſimis Ducibus à primo, uſque ad ultimum. In quo quot erronea dixerit, ſatis patet, cùm dicat, Primò ſuis Ducibus id competere jure Regaliæ, quod nunquam eorum Defenſores auſi ſunt aſſerere; ſed ſolùm contenderunt, & contendunt, id illis competere ex promiſſione Nicolai V. de qua ipſe nullum verbum facit. Secundò, quia ſupponit Principibus Jus iſtud Nominationis competere jure Regaliæ, quod tamen eſt falſum, cùm tanquam jus ſpirituale, ſeù ſpirituali annexum, non niſi ex

Pri-

Privilegio, ſeù Conceſſione Apoſtolica,id illi competere poſſe, eſſe ſaniorem Doctorum ſententiam, jam ſupra tetigimus. Tertiò quia involvit Nominationem cum placito Principis, quod ipſi vocant *Placet du Prince*, quod non niſi de honeſtate, non autem de neceſſitate accedere ſolet, quandoque poſt electionem,aut proviſionem jam factam,non verò ante.*Rota coram Penia decis.*436.*n.*19.*cap*.36. Quartò, quia abſolutè aſſerit, quòd omnes Epiſcopi, Abbates, imò, & Priores dicti Ducatus perpetuò fuerunt nominati ab illius Ducibus. Idque reſpectu Abbatiarum,& Prioratuum Principatus Pedemontani eſt falſiſſimum,ut infrà docebimus, nec ullum extat exemplum in contrarium. *Guichenonus* licèt in loco relato dicat, ex Pontificio Privilegio competere Sereniſsimis Ducibus jus præſtandi conſenſum quoad Archiepiſcopatus, Epiſcopatus,& Abbatias Sabaudiæ,& Pedemontii: Attamen ſe corrigendo in *cap*.36.*verſ.Le grande Zele*, *fol*.753. ut in verbis, quæ infrà referemus, dicit, Privilegia præfata procedere quoad Archiepiſcopatus, Epiſcopatus Status Sabaudici, & quoad Prioratus, & Præpoſituras, ad quæ per Nicolaum V. fuit facta extentio. Præter quod ipſe ſcripſerat ſuam Hiſtoriam tempore, quo inter Miniſtros Datariæ, & illos Sereniſſimi Ducis ſuper hoc erat contentio. Imò paulò ante eamdem Hiſtoriam editam, fuerat quæſtio reſoluta ad favorem ejuſdem Datariæ. Demùm *incertus Auctor*, qui fecit notanda quoad nominationes, quiſquis ille fuerit, (non enim ſunt *Coraſio* tribuenda,cùm poſt ejus Paraphraſim Sacerdotalẽ perſæpè, & reiteratis vicibus editam,& præſertim inter illius opera, magna diligentia per *Ioannem Ficcbardum*, duobus magnis voluminibus collecta, nunquam poſita reperiantur, ſed ſolùm in dicto ſpecimine à *Doviat* edito legantur addita) erroneè ſupponit, plures Principes Italiæ, quos ibi enumerat habere Jus nominandi, & inter cæteros ponit Ducem Sabaudiæ, tàm pro illo Ducatu, quàm pro Principatu Pedemontano, in quo ſicuti eſt falſus, quoad alios Principes, ita eſt falſus quoad Ducem Sabaudiæ reſpectu Principatus Pedemontani; Præſertim dum reſpectu ejuſdem Ducis dicit habere Jus nominandi, & præſentandi, quodque Nominatio, & Præſentatio, quando ab eo fit, tranſmittitur ad ſuum Oratorem in Romana Curia commorantem: & licèt de ea nulla fiat mentio in Bullis, nihilominùs Orator ipſe ſubſcribit huic Nominationi, ſeù Præſentationi, cùm tamen ſuum jus Sereniſſimi Duces deducant ex Promiſſione Nicolai V. qui ſolùm dixit, ſe non proviſurum Eccleſias, de quibus ibi, niſi cum conſenſu, & prævia intentione ejuſdem Ducis; non verò dicat, ad ejus nominationem proviſiones eſſe faciendas,& Bullæ non expediuntur ad ſupplicationem ejuſdem, prout fieri contingit, quandò eſt præcipuè conceſſum ius nominandi, nec unquam poteſt doceri de ſomniata praxi,quòd Oratores ſe ſubſcribant,etiam quoad conſenſum, & intentionem Sereniſſimi Ducis,& quoad Principatum Pedemontanum numquam fuit ſolitum expectari conſenſum, & declarationem ejuſdem Ducis, ſed imò conſtat poſthabitis perſonis,ab ipſo etiam commendatis, fuiſſe factas proviſiones.

24. Sed omiſſo hoc ſignificationis verborum, & conjecturarum certamine, ipſa Lex promiſſionis, de qua eſt ſermo, rem exploratam, atque indubiam reddit, quia Nicolaus V. poſtquam certum fecit Ludovicum Ducem Sabaudiæ, eique promiſit, nonniſi prævia ejus intentione, ſuoque ſolùm conſenſu accedente, eſſe proviſurum Metropolitanas Eccleſias, & Dignitates Abbatiales intra di-

ſtri-

ſtrictum ſui Status, ampliando promiſſionem dixit: *Præterea Prioratus Tallueriarum, Ripaliæ, & Novalitii, ac Præpoſituram Montis-Jovis, quæ in confinibus hujuſmodi dominiorum conſiſtunt, ſi cùm illos vacare contigerit, nulli conferemus, niſi ſimiliter priùs ab ipſo Duce ejus intentione habita de perſonis, quibus fuerint conferendæ:* Quo nihil poteſt dici clariùs ad ſignificandum, quòd promiſſio antea facta, fuerat per Pontificem promittentem reſtricta ſolùm ad Ducatum Sabaudiæ; nàm ſtatim, ac eidem addidit præfatos Prioratus, & Præpoſituram cum expreſſione, quòd in confinibus hujuſmodi dominiorum conſiſtebant, utique videtur id declaraſſe, ſiquidem confinia faciunt demonſtrationem rei deductæ. *Surd.conſ.*13.*num.*9.*lib.*1.*Valenzuel.conſ.*100.*num.*93.*lib.*1.& excludunt omnia, quæ ultrà ea reperiuntur. *Decian.reſponſ.*40.*nu.*27.*lib.*4. *Rota in recent.deciſ.*229.*num.*13.*par.*14. cùm confinia nequeant dici idem cum re confinata, & aliud ſit terminus, & aliud terminus terminatus. *Valenzuel.dicto conſ.*100.*n.*76. *Rota coram Merlino deciſ.*600.*num.*7.& *deciſ.*635.*n.*3. Et propterea, quòd quando ſit expreſſio confinium, res ſemper probentur, & dicantur ſeparatæ, & diſtinctæ. *Cacheran.conſ.*34.*num.*4. Aliàs enim valdè ineptum eſſet exprimere confinia, ſi eadem identificarentur cum re confinata. *Becc.conſ.*140.*nu.*14. *ad fin.lib.*2.*Rota coram Merlino deciſ.*600.*num.*9.& *in recentior.deciſ.*236.*num.*9.*par.*6. *R.P.D. Bourlemont in diſcurſ.edit. in Cauſa Piſana Tenutæ* 5. *Maji* 1662. *impreſſ. pen. Pacichell. de diſtant. deciſ.*13. *ſub num.*35. §. *Secunda præſumptionis in fin.*

25. An verò dicti Prioratus, & Præpoſitura propriè ſint dicenda exiſtere in Confinibus Sabaudiæ, non referret hìc diſcutere, cùm agatur de interpretanda gratia Summi Pontificis conceſſa in materia beneficiali, & ſic Eccleſiaſtica, quæ non regulatur à Confinibus, & diviſionibus politicis, & civilibus, juxtà latè tradita per *Franceſ.de Eccleſ.Cathedral.cap.*6.*nu.*180.*Ventrigl.de juriſdict.Archiepiſcop.cap.*5.*num.*2.& *per tot.Spada conſ.*157.*num.*8.*lib.*1. *Rota coram Royas dec.*218.*ſub num.*8.& *in recent.deciſ.*324.*nu.*10.*par.*1.& *deciſ.*70.*num.*52.*par.*13. Et propterea ſatis eſſet, quòd à Summo Pontifice, qui in hoc habet plenitudinem poteſtatis, fuerint poſita pro confinibus, cùm termini Comitatuum, & Provinciarum probentur ex deſtinatione facta à Principe, qui habet poteſtatem diſtinguendi unum Comitatum, & unam Provinciam ab alia, juxtà theoricam *Bartol. in l.*1.§.*Cum Urbem num.*3.*ff.de offic.Præfect.Urb.* quam latè exornant *Monte de finibus cap.*21.*num.*3.*Calcan.conſ.*90.*num.*15.*in fin. Albert.Brun. conſil. feudal.*54.*num.*5.*Menoch.conſ.*147.*ſub num.*22. unde *Bald.in l.*1. *verſic. Et idem eſt in privilegiis, ff.Finium regund.* dicit, quòd ſi Papa in privilegiis deſignat fines majores, vel minores finibus antiquis, non conſiderantur fines antiqui, ſed fines in privilegio deſignati, quia in poteſtate ipſius eſt in rebus concernentibus ſuam juriſdictionem mutare fines Territoriorum.

26. Adhuc reſpondetur quoad Ripaliam, quę eſt verſus Lacum Gebennen. & Taloeriam, quæ paritèr eſt ultrà Montes non longè ab Anneſiaco, non poſſe dubitari, eſſe fines Sabaudiæ, ut ex Mappis Geographicis, & ſcriptorum Geographicorum teſtimonio ſatis evincitur, quibus tanquam Peritis in re hac, valdè eſſe deferendum omnes dicunt, & tradit *Rota coram Merlin.deciſ.*807. *ſub n.*3.*verſ. hinc ſequitur, coram Priol.deciſ.*28.*num.*36.& 37.*in recent.deciſ.*93.*num.*13.& 14.*par.*5.*deciſ.*212.*num.*7.& *deciſ.*316.*num.*5.*par.*14.& *in Romana exemptionis*

nis Calceolariorum 22. *Junii* 1693. *ſub* §. *Nec ſubſiſtere*, *verſ. tum quia*, *coram Emerix*. Quo verò ad Novalicium, ſeù Novaliciam, aut Novalicienſe oppidum, ſicuti alii vocant, ut adnotat *Hofmannus in Lexic. univerſal. Hiſtoric. Geographic. &c. Continuation. ſivè tom.* 3. *fol.* 226. *col.* 1. *in voce Novalicia*: Animadvertendum, quòd eſt ſitum ad radices Montis-Ceniſii, ut præter eundem *Hofmannum ibid. Leand. Albert. in deſcript. Ital. fol. mihi* 457. *&* *Henricum Valeſium in notit. regn. Galliæ in voce Novalicium*, tradit *Franciſc. Auguſtin. ab Eccleſia in Hiſtoria Cronologic. Card. Epiſcopor. & Abbat. Region. Pedemont. cap.* 16. *in princip.* Qui Mons Ceniſius eſt Mons Sabaudiæ, Pars Alpium, & in ipſo limite Pedemontis, ut inquit *Baudran. in Lexic. Geographic. verb. Mons Ceniſius*, ita quidem, ut Novalicium ſit verſus limites Sabaudiæ, & duabus tantùm leucis ab illa diſtet, ut pariter ait idem *Baudran. ibidem verb. Novalicia*, quòdque Prioratus, ſeù Abbatia ibidem exiſtens (Præſules enim illius, primùm Abbates, inde Priores, & tandem iterùm Abbates dicti fuerunt, ut adnotat idem *Franciſc. Auguſt. ab Eccleſia in loco paulò ante allegato, fol.* 199. *in fin.*) poſtquam in perſecutionibus Italicis fuerit ferè penitùs everſum, licet primùm modicè reſtauratum, tamen poſtmodum ab Abone Marchione Secuſii, & nomine Caroli-Magni Gubernatore Taurini, fuit eidem donatum, *non ſolo la terza parte della Valle di Suſa, ma la terza parte del ſuo Patrimonio, con molte Caſtella, e molti beni in Francia, in Savoja, ed in Italia, ſicchè quella Abadìa continuò à ſuſſiſtere del proprio, eſſendo opulentiſſima, e Signorile*, ut ſunt verba *Co: Emanuelis Theſauri in Annotation. ad lib.* 5. *ſuæ Hiſtor. Taurinenſ. num.* 5. *ad fin. fol. mihi* 230. Et quoad Præpoſituram Montis-Jovis, qui hodie mutata denominatione dicitur Mons *di S. Bernardo Maggiore*, ſivè *di S. Bernardo il Grande*, quem volunt ità dictum à B. Bernardo Muntonio, qui Montem Jovi dicatum, ab infeſtationibus malignorum Spirituum liberavit, incolaſque ad veram fidem convertit, & ibidem Cœnobium Canonicorum inſtituit, ut refert *Conſtantin. Ghinus in libr. inſcript. Sanctor. Canonicor. Natales, ad diem* 15. *Junii*. Animadvertendum, eſſe ſitum in ſummitate Alpium Appeninarum, ut ultra *Ghinum in loco mox allegato in Not. Marginal.* obſervant *Baudrand. in Lexic. Geographic. verb. Alpes verſ. Peninæ*, & *Petrus-Franciſcus Giambullarius lib.* 6. *Hiſtor. Europ. fol. mihi* 149. *ad fin. & fol.* 150. Et quòd iſta Præpoſitura pariter pluribus in locis bona poſſidet, ſpectatque ad Diœceſim Tarantaſien. ut refert *Franciſc. Auguſtin. ab Eccleſia in ſup. relat. Oper. inſcript. Corona Reale di Savoja cap.* 3. *fol.* 100. quam quidem Tarantaſiam eſſe Provinciam, & Archiepiſcopatum Sabaudiæ, nemò diffitetur, & tradunt *Baudran. & Hofmannus in eorum Lexic. in voce Tarantaſia*, ac ipſæ addendi *Fratres Sammartani tom.* 4. *Galliæ Chriſtianæ, fol.* 656. Ut propterea non mirum videri debeat, quòd Nicolaus V. in ſua promiſſione dictam Abbatiam, ſeù Prioratum, dictamque Præpoſituram pro finibus Sabaudiæ recenſuerit, cùm ſaltem eſſe intra fines Sabaudiæ, & Pedemontis ſatis pateat ex ſuperiùs deductis, quòdque habeat plura bona in Sabaudia, quòdque ſint Juriſdictioni Archiepiſcopi Sabaudienſis, imò & in Provinciis exteris ſubjecta, indeque veriſimile ſit eumdem Pontificem dijudicaſſe, congruum eſſe, quòd illa non providerentur, niſi prævia intentione, & conſenſu Ducis, ex ratione in priori conceſſione conſiderata, nempè ne ſui ſtatus ſuccederet diſpendium, aut alia quævis adverſitas inteſtina; quæ quidem ratio ſemper fuit cauſa, quòd in nonnullis locis limotrophis, ſeù limi-

taneis ſimiles conceſſiones Principibus fuerint factæ, ut obſervant *Marta de Juriſdict.par.2.cap.40.ſub num.27.verſ.ſed proptèr*, *Zipæus de Juriſdict.Eccleſiaſtic.& Civil.lib.1.cap.37. num.3.* namque ex congruentia, & veriſimilitudine probari fines, benè tradunt *Gratian.diſcept.forenſ.cap.883.nu.6.* & firmavit *Rota in recentior.deciſ.334.num.3.par.2.& coram Carill.deciſ.65.n.10.* & alii apud *Reverendiſs.Zaulium obſer.ad Stat.Faven.lib.3.rub.37.num.10.*

27. Nèc valebit iſto caſu à dicta ratione arguere, quòd conceſſum pro Ducatu Sabaudiæ, ſit dicendum fuiſſe etiam conceſſum pro Principatu Pedemontano, cui paritèr convenire poteſt generalitas ejuſdem rationis, tum quia id non eſt abſolutè verum, ex quo dicta ratio potentiori cauſa convenire videbatur Sabaudiæ, quæ ultra Montes, & Italiæ fines exiſtens, & cujus incolæ, & habitatores vicinitatem habentes præſertim cum Elvetiis, plerumque fœdera cum eis in perniciem ſui ſtatus inire ſolebant, proùt etiam poſtmodum inierunt, ac propterea Duci Sabaudiæ plurimum intereſſet, quòd illis Eccleſiis præeſſent perſonæ Duci, & ſtatui benè affectæ, aut ſaltem non ſuſpectæ, & quæ nihil contra ſtatum prædictum pro tempore attentarent, ut faciſè evenire poſſet, proùt ponderavit Clemens VII. in ſimili indulto, quod hac eadem de cauſa conceſſit Carolo Duci Sabaudię, ejuſque Primogenito, quoad Eccleſias Gebenen. & Lauſanen. *impreſſ.poſt Conſultat.Præſid.Fauzonii*, *juxtà edit. factam Taurini* 1675. Tum quia in ſimilibus conceſſionibus, ſeù Privilegiis particularibus, ſivè loco, aut Provinciæ, ſivè Perſonæ conceſſis, non ſit extenſio ex ſola identitate rationis, ut reſpectu ſimilium Indultorum fuit præcipuè dictum à *Rota in Barchinonen.Canonicatus 9.Junii 1645.§.Nec demum viſa fuit, coram Veroſpio*, *impreſſ.poſt Dianam reſol.moral.par.8.deciſ.9.& in recent.deciſ.276.num.12.par.11.& deciſ.65.num.2.& 3.par.15.& deciſ.134.nu.3.par.18.* Imò neque ex ejus majoritate. *Rota coram Verall.deciſ.85.num.2.& 3.part.2.* ea propemodum ratione, quia virtus, & efficacia horum Privilegiorum, non dicitur pendere à ratione, ſed à voluntate, & intentione, quæ cùm ſolùm ex verbis concedentis colligi poſſit, ideò ad loca, & perſonas, ad quæ voluntas, ſeù intentio fuit directa, ſunt reſtringenda. *Donat.Rer.regular.tom.1.tract.6.de extenſ.Privileg.quæſt.1.num.4.* Præſertim ſi ſint odioſa, & exorbitantia, quod Privilegia omnia eſſentialitèr habere dicuntur, cùm ferè ſemper contra Jus commune aliquid ſtatuant, concedaturque iis id, quod à Jure communi exorbitat, & ideò neque ex identitate, aut congruitate, neque ex majoritate rationis ſunt extendenda, juxtà latè tradita per *Interpretes in l.Jus ſingulare, ff.de Privileg.& in cap.ſanè eodem tit.*

28. Sicuti ad effugiendam evidentiam præfatæ demonſtrationis, nempè finium expreſſionis factæ in Promiſſione, de qua quæritur, minimè juvabit dicere, quòd pars, in qua illa fuerat facta, ſit dicenda potiùs exceptio eorum, quæ proximè fuerunt dicta, quàm ampliatio prioris conceſſionis, ex quo, poſtquam fuerat promiſſum per Summum Pontificem, quòd neminem pręficiet ad quarumcumque Metropolitanarum, Cathedralium, & Abbatialium Dignitatum regimina, niſi habitis priùs intentione, & conſenſu ipſius Ducis, ut in verbis per nos in principio relatis, poſtmodum addidit: *de aliis verò Dignitatibus, videlicet poſt Pontificales majoribus, & Prioratibus Conventualibus, ac aliàs diſpoſitioni noſtræ generalitèr reſervatis in diſtrictu præfato, Perſonis providebimus idoneis, non niſi fuerint de locis ditionis ipſius Ducis, aut ſibi gratæ, vel acceptæ de aliis*

locis

Digitized by Google

locis oriundæ. Et immediatè proſequutus fuit cum verbis: *Præterea Prioratus Tallueriarum &c.* atque ſic videatur, quòd à Prioratibus, & Dignitatibus ſibi reſervatis, de quibus proximè loquutus fuerat, voluerit excipere Prioratus illos Tallueriarum, Ripaliæ, & Novalitii, ac Præpoſituram Montis-Jovis, & illa paritèr eſſe providenda cum intentione, & conſenſu ipſius Ducis. Etenim totus iſte diſcurſus, ex lectura ipſius Promiſſionis Pontificiæ, penitùs eliditur; nam dato etiam, quòd omnia dicta verba videantur continere tria capita, ut voluit Præſes *Fauzonus* in principio ſuę *Conſultotionis* ſcriptæ favore Sereniſſimi ſui Ducis, & impreſſæ, ut jam monuimus, apud *Pinſonium tom.2.tract.de la Regale fol.*491. ut in verbis paulò antè recenſitis adhuc tamen iſta tria Capita continētur ſub unica, & continuata oratione, & præſertim duo priora, in qua Pontifex ſuam promiſſionē duplici modo ampliavit, primò eam extēdendo, ut etiam quoad beneficia ſibi reſervatá, quæ nō erant providenda perquiſita intentione, & habito conſenſu Ducis, tamen eſſent providēda perſonis de locis ditionis ipſius Ducis, aut alienigenis ſibi gratis, & iterum decernendo, quòd dicti tres Prioratus, & una Præpoſitura, tanquam exiſtentia in finibus, pari modo eſſent cum intentione, & conſenſu Ducis providenda; & quidem quoad hoc facta ampliatione per dictionem *Præterea* eodem modo, quo Juſtinianus Imperator *in §.Præterea* 31.*Inſtitut.tit.de action.* ampliaverat ea, quæ antea dixerat *in §.Actionum.*28. *eod. titul.* nempè quaſdam actiones eſſe bonæ fidei, quaſdam ſtricti Juris, hac eadem dictione, hiſce duobus actionum generibus, addendo tertium, quod eſt ejuſdem diviſionis ſubjecit, ut totidem verbis ibi explicat *Harprecht. num.*1. *in princ.* cùm naturalis dictionis præfatæ ſit extendere mentem, & actus diſpoſitionem protendere, juxtà cumulata per *Molin.de Brach.ſecular.&c.cap.*3. *nu.*12. & *Barboſ.diction.*280.*num.*2. Ponderatis præſertim illis verbis ejuſdem ampliationis *niſi ſimilitèr &c.* quæ cùm referant omnimodam ſimilitudinem conceſſionis anteà factæ, ut probat *Rot.coram Coccin.deciſ.*2121. *num.*24. cenſentur eſſe poſita per viam principalis diſpoſitionis, non autem exceptionis, ut in explicando Indulto dixit eadem *Rot.in Romana Beneficiatus S.Joan Laterano impreſſ. in Recent. deciſ.*33.*num.*6.*& ſeqq.par.*17. cùm natura exceptionis ſit abſtrahere è conceſſis, non autem à diverſis, aliàs enim exceptio non eſſet de regula, neque de conceſſis, ut ad explicationem ejuſdem Indulti firmavit eadem *Rot.in anteceden. deciſ.ejuſdem cauſæ* 16.*Junii* 1670.*§.Et comprobatur, coram Bevilacqua.*

29. Et quidem juxtà hunc ſenſum verba prædicta acceperunt, tam Cardinalis *de Oſſat.lib.*8.*in Epiſt.*310. Ad Dominum de Villeroy ſcriptam, in qua dixit: *contengono i ſuddetti Indulti, che il Papa non provederà gli Arciveſcovadi, Veſcovadi, ed Abazìe, ſenza aver avuta prima l'intenzione, e conſenſo del Duca: come anco ne' tre Priorati, di Talloeira, Ripaglie della Novaleſe, e di Monte-Giove &c.* quàm *Guichenon.in Hiſtoria genealogica Sereniſſimæ Domus Ducum Sabaudiæ*, cujus ſupra meminimus *cap.*36.*fol.*753. his verbis: *Le grande zele, & le devotieux reſpect, que les Princes de Savoye ont-toûjours el pour les Papes, & le ſaint Siege, ceus à procurè en divers temps pluſieurs graces, & inſignes Privileges de Boniface VIII. Nicolaus V. Sixte IV. Innocent.VIII. Jules II. Leon. X. & Clemen.VII. entre autres que perſonne ne pourroit eſtre promeu à aucun Archeveſchè, Eveſchè, Abbaye, ou autre Prelature des Eſtats de Savoye, meſmes aux Prieurès de Taloyres, de la Prevoſtè de Montiou, qui ne fut originnaire, & ſujet des*

Ducs de Savoye nommè, & preſentè par eux à Sa Saintetè, le quel le Pape Clem. VIII. confirma avec Eloge à Carles-Emanuel le 19. *du mois de Juin de l'an* 1595. Ut propterea cùm nulla quoad hoc remaneat ambiguitas, non ſit de voluntate ipſius Pontificis admittenda quæſtio, juxtà vulgatum Juris-Conſulti reſponſum in *l.Ille, aut ille* 25.*ff.de Legat.*3. ſed ſemper magis fidenter ſit dicendum, quòd ex expreſſione Finium facta per Pontificem in dicta ampliatione ſuæ Promiſſionis evidens ſit, eamdem Promiſſionem fuiſſe reſtrictam ad ſolum ſtatum Sabaudiæ, non verò ad ſtatum Pedemontis protenſam; cùm etiam ex ſola Principis aſſertione, aut enunciativis, fines probentur, ut poſt alios, quos refert, dicit *Menoch.in ſup.allegat.conſ.*147.*num.*21.*in fin.& num.*22.

30. Hæc omnia firmiora redduntur ex Summorum Pontificum interpretationibus, & declarationibus, quibus dubietatem omnem ſubmoverunt, & rem claram, & indubiam reddiderunt, cùm ejus ſit legem declarare, cujus eſt condere: & ideò Beneficium, ſeù Privilegium Pontificis, ab ipſo solùm declarari, & interpretari poteſt, cujus Imperii eſt illud concedere. *cap. cum veniſſent* 12. *de Judic.cum concordan.* plenè cumulatis ibi per *Barboſ. num.*1.*& ſeqq. Fagnan.num.*1.*Fermoſin.qu.*1. *num.*3.*& ſeqq.ac per tot.Gonzalez num.*1.*&* 7.*Chokier. de Juriſ.Ordinar.in Exempt.part.*2.*quæſt.*13.*num.*1.*Solorzan.de Jur.Indiar.tom.*2.*lib.*3.*cap.*1.*num.*34.*Salgad.de ſupplicat.ad Sanctiſ.par.*2.*cap.*16.*nu.*5.*&* 12.*Gabriel conſ.*182.*num.*14.*& ſeqq.lib.*2.*Spad.conſil.*226. *num.*11. *lib.*3. *Rota coram Ruyas deciſ.*217.*num.*2.*& ſeqq.*& in terminis præciſis hujus promiſſionis factæ per Nicolaum V. ne dum faſſus fuit, ſed benè probavit Præſes *Fanzonus in ſæpe alleg.conſult. pro Sereniſſimo Duce ſcripta, §.Quarto Privilegii Pontificis, impreſſ. per Pinſon.dict.tom.*2.*tract.de la Regale, fol.*946.

31. Ità enim videtur declaraſſe ſa.me. Clemens VIII. ſi benè perpendantur ea, quæ ſibi dixiſſe Cardinalem Aldobrandinum dicti Pontificis Nepotem, & Primum Miniſtrum, refert Cardinalis de *Oſſat* in Epiſtola ſcripta ad Dominum de Villeroy *lib.*5.*Epiſt.*163.*verſ.le dit Seigneur*, nempè: *Che eſſendo ne' giorni paſſati vacata una Badìa ne' Stati del Duca di Savoja, il Papa gli diſſe, che glie l' averebbe conferita, ſe non era queſta Protezione*, (erat enim dictus Cardinalis Protector Sabaudiæ) *la quale darebbe da parlare: e che egli aveva riſpoſto, che la collazione d'eſſa apparteneva a Sua Santità, e non al Duca, e che la riconoſcerebbe unicamente dalla Santità Sua, con laſciar più toſto queſta Protezione, &c. non mi diſſe, ſe il Papa glie l' aveva conferita, o nò: Io credo di sì &c.* & clariùs ex alia Epiſtola ipſiuſmet Cardinalis Aldobrandini anni 1600. reſponſiva ad Nuncium, tunc temporis, apud Sereniſſimum Ducem Sabaudiæ exiſtentem ſuper eo, quod Miniſtri Ducales prætendebant ſe opponere poſſeſſioni Abbatiæ de Caramania, quam idem Clemens VIII. poſt factam à ſe confirmationem privilegiorum præfato Duci aliàs conceſſorum, contulerat Franciſco Cardinali S.Georgii ſine conſenſu Ducis, neque illius requiſita intentione, inter cætera ſcripſit: *Ma ſappia V.S. che ſe bene i Privilegj ſono confermati da Sua Beatitudine, non comprendono però gli Beneficj del Piemonte, e reſta eſcluſa la pretenſione di S.A. nell' Abadìa di Caramagna in virtù di queſti Privilegj*: quod ſcripſiſſe juxtà ſenſum, & interpretationem ipſius Papæ ſatis reſultat, ex illis verbis ejuſdem Epiſtolæ: *avendo io dato parte a Noſtro Signore del ragionamento tenuto da lei con gli Miniſtri del Sig. Duca in propoſito dell' Abadìa di Caramagna &c.* & aliàs nemini ſit controverſum Cardinali Nepoti Summi Pontificis, & habenti generalem ſuperinten-

ten-

tendentiam negotiorum, plenam, & magnam fidem eſſe adhibendam, eorumque literas dici ſcriptas de mandato Pontificis, & ex vivæ vocis oraculo ſuper ſingulis ſpecialitèr habito. *Rota in recent. deciſ. 90. num. 5. par. 9. & deciſ. 6. num.* 19. *par.* 14. & poſt *Turr. de Pact. futur. ſucc. deciſ.* 19. *num.* 17. cùm etiam aliis Cardinalibus aſſerentibus aliquid ſibi fuiſſe dictum à Summo Pontifice in re pertinente ad eorum officium, credendum ſit. *Spad. conſ.* 104. *num.* 8. & *conſ.* 128. *n.* 9. *lib.* 3. eoque magis, quòd factum ipſum apertè oſtendit, eam fuiſſe mentem, & declarationem ipſius Pontificis, cùm Abbatiam contuliſſet ſine Ducis conſenſu, & propter hoc ſuper effectuatione gratiæ eſſent colloquia inter Nuncium Apoſtolicum, & Miniſtros illius Aulæ, de quibus Nuncius ſcripſerat Romam, & cui Cardinalis Nepos ſupradicta Epiſtola reſponſum dedit; ex facto autem Pontificis, qui Privilegium conceſſit, aut conſtitutionem edidit, declarari, & interpretationem recipere illius mentem eſt notum, & tradit *Rota coram Royas dec.* 217. *num.* 4. & 5. & in ſimilibus terminis in *Barchinon. Canonicatus* 9. *Junii* 1645. §. *etenim, coram Veroſpio, impreſſ. poſt Dian. reſol. moral. par.* 8. *deciſ.* 9.

32. Aliam declarationem longè expreſſiorem edidit Alexander VII. adverſus petitiones Miniſtrorum Ducalium, qui toto pectore incumbebant, ut ad collationem Abbatiarum vacantium conſenſus Ducis priùs exquireretur. In eo maximo diſputationum, & informationum conflictu, illa particularis Congregatio, cujus in principio meminimus, fuit per Summum Pontificem deputata, in qua, una cum Cardinali Corrado Prodatario, intervenerunt ſeptem Præſules ætate, doctrina, & probitate probatiſſimi, nempè Proſper Fagnanus, Chriſtophorus Ronconius, Petrus-Franciſcus de Rubeis, Joannes Emerix, Stephanus Ugolinus, & Armindus Riccius, quæ ſub die 25. Septembris definivit, ac docuit, Abbatias illas non contineri ſub promiſſione Nicolai V. & aliorum Pontificum, neque venire ſub illa expreſſione, quæ pertinet ad conferendas Metropolitanas, & Cathedrales Eccleſias, atque Abbatias, habita priùs intentione, & conſenſu Ducis. Poſcente verò Oratore in Urbe, ut res apud ipſum Pontificem in ejus cubiculo agitaretur, peritiſſimo ejus ævi Advocato perorante, Summus Pontifex doctiſſimis illis Præſulibus ſe ſe conformans, eorum ſententiam approbavit. Undè cùm Pontificius ſenſus legem interpretatus fuerit, quamvis per præcedens Prælatorum conſilium, oportet hujuſmodi interpretationem locum obtinere, ut inquit *Imperator in l. ſi Imperialis* 11. *C. de Legibus*, junctis latè cumulatis per *Fajard. allegat. fiſc.* 33. *num.* 440. *par.* 2.

33. Prætereà animadvertendum, hanc declarationem tempore Alexandri VII. factam, conſtantèr ſequutum fuiſſe ſa. me. Innocentium XI. ut ſic non immeritò dici poſſit eumdem iterùm id declaraſſe, ſi benè perpendantur verba Epiſtolæ ſcriptæ ad Reverendiſsimum Nuntium, ſub die 19. Novembris 1681. & præcipuè ibi: *Sua Santità hà riſpoſto, che altre volte per parte de' Duchi di Savoja ſi è preteſo aver Privilegj Apoſtolici di nominare a tali Badie, ma che eſaminataſi diligentemente la materia, particolarmente al tempo d'Aleſſandro VII. e di Clemente X. ſi è ſempre concluſo, non competere a' Duchi ſopra ciò dritto alcuno, e ſi è moſtrata ferma in queſta determinazione.* Et ulteriùs non temerè dici poteſt, quòd hiſce declarationibus acquieverunt, nedum Miniſtri, ſed etiam Sereniſſimi Duces. Etenim tempore Alexandri VII. Marchio Planitiarum, tunc primus Miniſter Status, qui uſque ab initio controverſiæ tunc exortæ fuerat in ſenſu, *che da Sua Altezza ſi debba deſiſtere dalla pretenſione, che hà circa l'iſteſſe Abadie*

Digitized by Google

che ſolite provederſi dalla Sede Apoſtolica, ut ex Epiſtola reſponſiva ad Nuntium ſub die 1. Decembris 1659. poſt factam dictam declarationem à Congregatione deputata, cùm adhuc non fuiſſet facta proviſio Abbatiarum vacantium ob moras; quas Miniſtri Ducis Romæ degentes variis prætextibus nectere curarunt; tandem magna ſagacitate ſuum ſenſum aperuit Cardinali Roberto, tunc in illa Aula Nuncio, qui proindè ſub die 10. Novembris ita ſcripſit: *Hò parlato due volte, dopo l'ordine del Signor Cardinal Corrado, col Signor Marcheſe di Pianezza ſopra queſto negozio, e dopo lungo diſcorſo, ſtringendolo per qualche riſoluzione, finalmente mi diſſe: Che ſe bene i Miniſtri de' Principi non poſſono molte volte parlare, nè paleſare i proprj ſenſi, con tutto ciò, ſe io gli dava parola di non dir mai, che lui abbia dato parere alcuno ſopra queſto negozio, mi averebbe ſignificato i ſuoi ſentimenti, e quello ſtimava doveſſe farſi per terminarlo; Onde avendolo aſſicurato di tutto, mi diſſe queſte preciſe parole: E' neceſſario, che per la parte di Roma ſi cominci a operare, poiche trovandoſi quì impegnati, non ſi riſolveranno mai di darſi da loro ſteſſi il torto. Io dopo averlo ringraziato, continuai il diſcorſo per iſcoprire qualche coſa di vantaggio, ma non mi riuſcì; mi diſſe ſolo, che ci ſaremmo riparlati; Onde Lunedì della paſſata ſettimana, eſſendo egli venuto da me a portarmi la lettera di S.A. per Noſtro Signore, ſi entrò di nuovo a diſcorrere di queſto negozio, e mi dimandò ſe credevo, che per queſta volta Sua Santità aveſſe voluto far grazia a Sua Altezza di due delle tre Abadìe vacanti, che ſi ſuppongono di libera collazione. gli riſpoſi: che credevo, che Sua Beatitudine non poteſſe farlo, e che non iſtimavo bene ne anche motivarne coſa alcuna. Conobbi però nel dirmelo, che lo diceva più per ſoddiſfare a qualche ordine, che per proprio ſentimento: e perche mi voleſſe più chiaramente inſinuare, ſenza dirlo eſpreſſamente, ciò che mi aveva accennato nella prima parlata, cioè, che non ſi provedeſſero tutte l'Abadìe, e ſi laſciaſſe particolarmente di provedere l'Abadìa di Suſa, ſupponendoſi quì, che ſin quando il Sig. Abate di Verua fù in Roma, glie ne fuſſe data intenzione, ogni volta, che conforme al ſolito, la Santa Sede poteſſe liberamente provedere le altre. Mi diſſe, che di nuovo era ſtato ſuppoſto a S. A. che l'Abadìa di Suſa era Juſpadronato, e che in tutte le Bolle era ciò eſpreſſo, fuori che nelle ultime, nelle quali per iſbaglio ſi era tralaſciato. Io gli riſpoſi, che erano ſuppoſti falſi, e che da' Regiſtri delle Bolle ſi poteva chiarire la verità. mi replicò, che era negozio, che biſognava vederlo meglio, ſoggiungendomi, che mi averebbe ſcritto un viglietto ſopra queſto particolare, il che non hà poi fatto. Onde io, che mi accorſi del ſuo fine, gli riſpoſi queſte preciſe parole: Sig. Marcheſe, io ſcriverò in Roma, che poſſano provedere le Abadìe di Caramagna, e di Selva; non mi replicò, che con un ſorriſo, e ſi licenziò. Io non dubito, che tutto quello, che mi hà detto il Signor Marcheſe di Pianezza, non ſia con ſaputa, e conſenſo almeno di Madama.* Et rursùs idem Nuncius adhibendo majores diligentias, cùm fuerit alloquutus Epiſcopum Vercellenſem Conſiliarium Status, ſub die 17. ejuſdem menſis Novembris, anni 1661. ſcripſit: *Con l'Ordinario paſſato rappreſentai riverentemente a V.E. tutto quello avevo potuto ritrarre dal Signor Marcheſe di Pianezza per la terminazione dell'affare di queſt' Abadìe; ora devo ſoggiungere, che avendo diſcorſo con Monſignor Veſcovo di Vercelli, il quale è del Conſiglio di Stato, mi hà confidentemente detto, che crede, che finalmente Sua Altezza ſia per acquietarſi a quanto Noſtro Signore ſi compiacerà riſolvere in queſto negozio, ſpe-*

rando

rando S. A. che tanto in queſt'affare dell'Abadie, quanto in altre occaſioni, Sua Santità ſii per onorarla di qualche grazia. Io gli hò riſpoſto, che Sua Beatitudine non avrebbe laſciato di far conoſcere a S.A. il ſuo paterno affetto in qualſivoglia occaſione, dove le congiunture glie l'aveſſero permeſſo: Quæ acquieſcentia ei fuit in memoriam revocata occaſione controverſiæ ſubſequenti anno exortæ, ut conſtat ex Epiſtola eidem ſcripta ſub 30. Julii 1663. in qua inter cætera hæc habentur: *E' molto ben noto a V. S. che quando ſi trattò da Noſtro Signore di conferire l'Abadie di Caramagna, di Selva, ed altre, non volle farlo, ſe non con la ſola autorità, che le competeva, e ſecondo il dettame della propria coſcienza, come ſi è pratticato per lunghiſſimo tempo dagli altri Sommi Pontefici, ſenza che vi ſia concorſo il conſenſo, ò compiacimento del Signor Duca. E ſe bene da Sua Altezza, e da' ſuoi Miniſtri ſi procurò di ſoſtenere la pretenſione in contrario, ad ogni modo riconoſcendo l'evidenza delle ragioni, che aſſiſtevano a Sua Beatitudine, e alla S. Sede, finalmente ſi acquietarono, con ſignificare a V. S. rimanere l'Altezze loro appagate, e che però ſi ſarebbe potuto venire alla ſpedizione, ed al poſſeſſo di eſſe Abazie, come ſeguì.* Proùt etiam tempore Clementis X. quo regnante res paritèr fuit examinata, & declarata, ut conſtat ex verbis Innocentii XI. paulò ante relatis. Cùm enim eſſet exorta controverſia ſuper quadam Abbatia Gebennenſis Diœceſis, Sereniſſimus Dux, tunc vivens, dixerat Nuntio: *Che delle coſe di Piemonte, ove ſi riſguardano i ſentimenti di coteſta Corte, laſcerebbe correre, &c. ma che non vuole in modo alcuno, che ſe gli tocchi la Savoja,* ut ex Epiſtola ejuſdem Nuntii ſub die 29. Martii 1673. Et tandem tempore Innocentii XI. quem paritèr rem iſtam declaraſſe ex ejus verbis paulò ante recenſitis oſtendimus: licèt proviſis à Sede Apoſtolica poſſeſſionem diù diſtuliſſent, tamen non obſcurè elicitur acquieviſſe Sereniſſimos Principes, ex quo poſt factam dictam declarationem, Ducitſa tunc Regens, enixè rogaverat Summum Pontificem pro collatione Abbatiæ S. Pontii Nicienſis Diœceſis in Abbatem Spinellum ſuum familiarem, ut conſtat ex Epiſtola Nuncii ſub die 24. Februarii 1685. cui ſub die 10. Martii fuit data reſponſio: *Per l'Abadia di S. Ponzio Noſtro Signore ſi trova già in qualche impegno, e però non hà luogo di compiacere Madama nel conferirla al ſoggetto da lei raccomandato.* Ex his enim oriri acquieſcentiam manifeſtè probatur; cùm alioquin quolibet modo acquieviſſe ſatis eſſet, ut finita tot declarationibus controverſia, inſtaurari non patiatur auctoritas, ut reſcripſerat *Imperator in l. ad ſolutionem 5. C. de re judic.*

34. Cæterum difficultas omnis removetur ex obſervantia ſubſecuta, cujus firmitas apparet ex proviſionibus per ſeculum factis à Summis Pontificibus, etiam repugnantibus aliquando Miniſtris, & ipſis Sereniſſimis Ducibus petentibus pro perſonis, vel ab ipſis commendatis, vel per antecedentem conſenſum, & intentionem Summis Pontificibus ſignificatis; quas perſonas ſemper illi rejecerunt, & ſpontè, ac liberè, arbitrioque ſuo Abbatias, & Monaſteria contulerunt. Etenim omiſſis Proviſionibus, de quibus nullam controverſiam fuiſſe apparet, relatis in *Summar. num.* 34. Ita ſe geſſit Clemens VIII. uſque ab initio poſt confirmationem Privilegiorum, factam favore Sereniſſimorum Ducum; anno enim 1595. Idibus Julii, Monaſterium S. Salvatoris Majoris, contulit Guidoni Cardinali Pepulo, excluſo filio Comitis Ripæ, pro quo Sereniſſimus Dux ſuam intentionem aperuerat, eaque collatio ſuum habuit effectum. Et præter Abbatiam,

de

de qua jam ante meminimus deſtinatam Cardinali Aldobrandino, initio anni 1599. de menſe Aprilis 1600. aliam Monaſterii de Caramania, contulit Franciſco Cardinali S. Georgii, tit. S. Clementis, reſervata penſione ſcutorum 500. favore Cardinalis Bevilacqua, non modò nullo Ducis conſenſu requiſito, ſed etiam ipſius Miniſtris, poſſeſſionem fruſtrà impedientibus; in qua poſſeſſione proviſus tota vita permanſit. Ita etiam ſe geſſit Paulus V. in Abbatìa de Caramania, in qua Dux Juspatronatus ſibi vindicabat, ob eamque cauſam Cardinalem Burgheſium nominavit; qui Cardinalis initio neque acceptavit nominationem, neque rejecit, cùm id penderet ex probationibus Jurispatronatus, de quo cùm nihil conſtitiſſet, Abbatìa liberè fuit eidem Cardinali collata, iſque Nuncio ſcripſit, ex proviſione Abbatìæ in eius perſonam, non fuiſſe Sedi Apoſtolicæ præjudicatum. Ita ſervatum tempore Urbani VIII. in Abbatìa S. Stephani de Prarolo Vercellen. Diœceſ. collata Cardinali Antonio nepoti, cum penſione ſcutorum 500. pro Cardinali Veroſpio, quamvis Sereniſſ. Dux deſiderium ſuum pro D. Alexandro Eſtenſi pateſeciſſet: & in Abbatìa de Caburro, collata Equiti Caſſiano à Puteo, etſi Sereniſſima Duciſſa Tutrix, ſummis precibus pro Abbate Mondino contendiſſet. Ità ſervatum tempore Alexandri VII. à quo collata fuit Abbatìa de Vezzolano Abbati Compagno anno 1657. excluſo Abbate Aghemio, propoſito à Sereniſſima Duciſſa. Prætereo multas alias vacationes anno 1659. quæ occaſionem dederunt memoratæ controverſiæ à Congregatione deputata eo tempore definitæ, quo tempore nullis precibus, nulliſque moris, ut diximus, Miniſtri Ducales Summum Pontificem à liberis collationibus abducere potuerunt: quibus, Miniſtri Ducales tandem, ſicut monuimus, acquieverunt facta collatione Abbatìæ de Caramania, in perſonam Cardinalis Chiſii, & S. Mariæ de Muleggio, in perſonam Cardinalis Bichii, & Abbatìæ Sancti Januarii in Abbatem Nomis, & Monaſterii Sancti Mauri Perſinii in Abbatem Aghemium, & Sancti Juſti in Abbatem Scaglia. Ita ſervatum tempore Innocentii XI. qui anno 1681. contulit Prioratum Caſtelletti Eminentiſſ. Cardinali Ginetto, excluſa intentione Sereniſſimæ Duciſſæ. item Abbatìam Sancti Jannarii Eminentiſſimo Sacchetto, nulla habita ratione Abbatis Pallavicini, pro quo Sereniſſima Duciſſa ſuum deſiderium aperuerat; & in Abbatìa Sancti Pontii, pro qua cùm D. Duciſſa deſignaſſet Abbatem Spinellum, reſponſum fuit à Summo Pontifice, jam alteri eſſe deſtinatam, ut ſupra retulimus: Quin etiam Summus Pontifex, nunc feliciſſimè regnans, petente Domino Comite de Gubernatis pro ſuo filio, cui Sereniſſimus Dux intentione ſua favebat: tamen Abbatìam Sanctæ Mariæ de Silva contulit R.P.D. Thomato, & Abbatìam Sancti Salvatoris in Diœceſi Taurinen. contulit dicti D. de Gubernatis filio, excluſo D. Abb. de Turnon à Sereniſſimo D. Duce, jam commendato: & Abbatìam de Caramania, nullo præcedente Sereniſſ. Ducis conſenſu, contulit R. P. D. Maſſerano. Quæ omnia evidentiſſimis probationibus conſtant ex eodem *Summario*. Hæc autem obſervantia rem omnem optimè declarat; nam quemadmodum in legum interpretatione plurimum valet uſus, & conſuetudo, quæ legem confirmat. *l. ſi de interpretatione, ff. de legibus*; ſimilitèr imò potiùs in Privilegiis, quorum vis tota in uſu, & obſervantia conſiſtit, aliàs enim nullius momenti redduntur, ut communiter notatum in *l. 1. ff. de Nundin. & in capit. Accedentibus de privileg.* omnis interpretatio ex eo, quod ſervatum fuit, eſt deſumenda, ut luculenter diſſerit *Larrea alleg. fiſcal. 92. num. 1. & 2.* Ita

qui-

quidem, ut hujuſmodi obſervantia, privilegium interpretans, ſit attendenda; etiamſi eſſet contra proprietatem verborum, & intellectus eſſet malus, & contra id, quod eſſet de jure veriùs, ut perpetuò firmàvit *Rota* in ſimilibus terminis *coràm Royas deciſ.279. num.7. in recent. deciſ.375. num.9. p.9. deciſ.261. num.8. p.14.deciſ.65.num.12.p.15. deciſ.253.num.8. & 9.p.16.* & in aliis millenis, ex quo talis dicatur ineſſe ſenſus in verbis, qualem obſervantia, effectuſque ſequutus demonſtrat, ut pluribus cumulatis dicit *Rocca diſput.jur.ſelectar. cap.171. n.8. lib.2.* & præcipuè hæc omnia reaſſumendo pro interpretanda hac promiſſione Nicolai V. ſcribendo ad favorem Sereniſſimi Ducis, aſſeruit Præſes *Fanzonus in ſæpè alleg.conſult.apud Pinſon.dic.tom.2.Tract.de Regal.§.Tertiò,& ultimò, fol.950.*

35, Nec obeſſe potcrunt ea, quæ adverſus nonnullas ex iſtis Proviſionibus afferuntur, & præcipuè quoad Abbatias collatas per Clementem VIII. Franciſco de Sancto Georgio Cardinali Tituli S.Clementis, & Abbatiam collatam per Urbanum VIII. Cardinali Antonio ſui fratris filio, quòd fuerint per ipſorum Agentes expeditæ litteræ Placitoriæ Sereniſſimi Ducis; Nam, ultrà quod non docetur id fuiſſe peractum de ordine, & prævio conſenſu ipſorum Proviſorum, & quod magis eſt, non docetur fuiſſe geſtum cum ſcientia, & notitia Summi Pontificis; ad hoc, ut ex facto privatorum ipſius, liberæ proviſioni poſſet dici fuiſſe præjudicium illatum, quod tamen eſſet in ſpecie, & concludenter probandum; itaùt nec etiam ſatis eſſet probare ſciẽtiam illius Officialium, quia ſcientia Officialium non eſt ſcientia Principis, ut fusè ad rem, pluribus relatis probat *Larrea alleg.fiſcal.92. à num. 15. ad 23.* junctis his, quæ in proximis terminis latè tradit *Franceſ.var.reſolut.cap.16. num.72.& ſeqq.* Et abſque dubio quoad iſtas litteras Placitorias, quæ in Dominiis Ducis Sabaudiæ vocantur *Placet du Prince*, & alibi *Regium exequatur*, quod tanquam lædens immunitatem Eccleſiaſticam, & jus Summi Pontificis, communiter damnatum, & reprobatum exiſtit, ut videre eſt apud *Abbat.conſ.83.lib.1.Azor.Inſtitut. moral.tract.1. lib.5. cap.13. verſ.Sextò quæritur. Laderch.conſ.103.num.4. Del Bene de Immunitat. Eccleſiaſt.p.1. cap.8. dub.10.num.15. Pueron.in Bull.Cæn.Domini cap.13. num.55.* & nominatim reprobato *Theſaura deciſ.131.* ubi ſcripſerat ad tuendas litteras Placitorias, quæ in Statibus Ducum Sabaudiæ ſunt in praxi. *Mar. Antonin.var.reſolut.lib.1.cap.91.num.2. Dian. reſolut.moral. p.1.tract.2. reſolut. 63. Fermoſin. in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ quæſt. 19. num. 4. de reſcript.* Et fuit reſolutum in Mediolanen. Oeconomatus à Congregatione Particulari nonnullorum S. R. E.Cardinalium Congregationis Concilii, ſuper nonnullis controverſiis exortis inter Cardinalem Littam Archiepiſcopum, & Oeconomum Regium, deputatæ, in qua cùm pro tertio dubio fuiſſet petitum num liceret dicto Oeconomo Proviſos, etiam auctoritate Ordinarii, cogere ad recipiendum ab ipſo Placitum Regium, *die 15. Januarii* 1667. re pluriès examinata, ac maturè perpenſa, fuit reſolutum: *non licère*: ut legere eſt in *lib. Authograph. Sacr. Congregat. Concil. lib.25. fol.311.* Animadvertendum, quòd litteræ iſtæ placitoriæ, quæ per abuſum in nonnullis Principatibus practicantur, nihil habent commune cum jure præſtandi conſenſum ante Electionem, ſeù proviſionem faciendam, ſeù in actu, in quo ea fit, quod eſt id de quo quæritur; ſed ſolùm reſpiciunt licentiam, quam aſſerunt eſſe petendam poſt Electionem, ſeù

collationem jàm factam ad effectum capiendi poſſeſſionem, ut ſcribunt plures ex illis, qui Principibus Laicis inſervientes, illarum uſum defendere conantur, & præcipuè *Angel.conſ.23.Anſal.de Juriſd.p.2.tit.7.cap.3.n.25.& ſeqq.*qui ulteriùs *n.33.* ad defendendum earum uſum, dicit illas expediri ad majus implementum Electionis, ſeù Proviſionis jam factæ. *Amat. var. reſolut.72.num.27.* ubi ſupponit jam præexiſtere litteras Apoſtolicas, quod etiam ſupponunt *Maſtrill. de magiſtrat. lib.5. cap.6. num.220. Oliva de foro Eccleſ. lib.1. quæſt.22. num.6. & 7.* & alii, imò ſupponunt iidem Scriptores Sabaudi, nempè *Theſaur.dict.deciſ.131. num.4.& 12.* ubi diſtinguit inter actum collationis, & actum capiendæ poſſeſſionis. *Germon.de Sacr.Immunit.lib.3. cap.12.num.42.* qui paritèr diſtinguit inter conſenſum ante, & poſt Electionem, dicendo, quòd ille, qui datur electione jam perfecta, dicitur litteræ Placitoriæ, ſeù *Placet du Prince.*

36. Sicut nec obeſſe poterit quoad proviſionem Abbatiæ de Caramania, factam per Paulum V. Cardinali Burgheſio, quod idem in Epiſtola, quam ſcripſerat Sereniſſimo Duci die 8. Octobris 1605. eumdem certum fecerit, quòd Comes de Verrua impleverat munus demandatum, ſibi ſignificando, quòd Abbatiam Caramaniæ idem Dux in ſua intentione ipſi deſtinaverat, & Cardinalis gratias egerit, dicens: *Hà adempito il Signor Conte l'offizio di più, che Voſtra Altezza ſi è degnata d'imporgli nel particolare dell'Abazìa di Caramagna, deſtinata nella ſua intenzione alla mia perſona. Io le ne rendo grazie, &c.* Quia ex iſtis verbis, de per ſe ſumptis, non poteſt elici, quòd poſtmodum idem Cardinalis fuerit de ea proviſus cum conſenſu, & prævia intentione ejuſdem Ducis, Pontifici ſignificata ad effectum, ut illius vigore eſſet facienda collatio: cùm ex actibus merè internis Jus, aut obligatio inter homines non naſcatur, undè vulgatum illud, quòd cogitationis pœnam nemo meretur, ut notat *Grotius de Jur. bell.& Pac. lib.2. cap. 20. num.18.* Sed ex facto ceſſat omnis illatio ex dictis verbis facta; tam ex quo in ipſa Epiſtola, quæ mutila, & manca adducitur, præcedenter fuerat ſcriptum: *Nel negozio del Veſcovado di Saluzzo le hò deſiderato, e procurato ogni guſto, come ben sà il Signor Conte di Verua ſuo Ambaſciadore; ma perſiſtendo Noſtro Signore nella ſua deliberazione, che ſi debbano raccomandare più ſoggetti a quella Chieſa, &c. confido, che ella mi favorirà ſatisfarſi della mia volontà, anzi che anco giudicherà di doverſi ſatisfare tanto più di quello, che Sua Santità delibera, &c.* & paucis interjectis, fuerunt poſtmodum ſcripta prædicta verba; *Hà adempito il Signor Conte l'offizio di più, &c.* Et ſic ex verbis iſtis antecedentibus benè declaratur, quòd ſubſequentia non fuerint intellecta de intentione requiſita in beneficiis, de quibus loquitur promiſſio Nicolai V. ſed etiam, quia licet re vera Dux ipſum nominaſſet juxta intentionem anteà in mente conceptam: attamen idem Cardinalis in Epiſtola, quam eadem die ſcripſerat ad Nuncium, declaraverat oblationem ſibi fuiſſe factam cum ſuppoſito, quòd eſſet de Jurepatronatus, dicens: *Della nominazione ſcrive il Signor Duca a me medeſimo, che ne ringrazio Sua Altezza con l'incluſa* (quæ erat Epiſtola mox relata) *ſenza dirli però, che nè ſi accetti, nè ſi recuſi, dovendoſene deliberare dopo, che ſi faranno eſaminate bene le ragioni predette del Padronato,* de quo, cùm nihil conſtitiſſet, Abbatìa fuit eidem liberè per Summum Pontificem collata, ut jàm monuimus: declarans prætereà idem Cardinalis, ex dicta proviſione nullum fuiſſe Sedi Apoſtolicæ præjudicium illatum, ut in Epiſtola

ſcripta

ſcripta Nuntio præfato ſub die 5. Novembris ejuſdem anni 1605. illis verbis: *Replico con queſte parole, che ſicome non ſi è pregiudicato alla collazione della Sede Apoſtolica col provedere l'Abadìa di Caramagna in mia perſona, così, &c.* Parum obſtante enunciativa emiſſa ab ejuſdem Cardinalis Procuratore in precibus porrectis prò obtinendis litteris Placitoriis, quibus dixerat ipſum Cardinalem fuiſſe proviſum ad Nominationem Ducis, cùm non potuerit, abſque mandato ſpeciali præjudicium inferre facti veritati, & multò minus juribus Sedis Apoſtolicæ, & Summi Pontificis, ut ſuperiùs probavimus, & in fortioribus terminis benè, & latè probat *Franceſ. var. reſolut. allegat. cap. 16. num. 59. 66. & ſeqq.*

37. Eademque reſponſione evitantur ea, quæ ad obumbrandam liberam proviſionem, factam ab Urbano VIII. Cardinali Camporeo, elicere contendunt ex Epiſtola ab eodem Cardinali Duci ſcripta. Nam, præterquamquod verba inibi poſita ſunt potiùs officioſa, & urbanitatis, quæ in ſimilibus Epiſtolis ſcripta nihil probant. *Valenzuel. conſ. 69. num. 201. lib. 1.* verba Epiſtolæ non poſſunt probare id, quod per Epiſtolam induci non valet. *l. in Epiſtolis*, & ibi *Bartol. in princip. Cod. de probation.* cum aliis per *Maſcard. de probation. concl. 726. num. 51.* Undè cùm Jus, de quo agitur, Sereniſſimo Duci non potuiſſet tribui per Epiſtolam privati, & non habentis facultatem illud concedendi, minùs poteſt dici idem ex illa probari, præſertim in præjudicium Sedis Apoſtolicæ, & Summi Pontificis, ad benè tradita per *Franceſ. dict. reſolut. 16. num. 80. in fin.*

38. Hiſce igitur objectionibus jam remotis, aſſertaque jam, atque perſpicuè vindicata obſervantia in favorem Datariæ: Fruſtra Miniſtri Ducales aſſerunt eam ſibi favere, contra id, quod ſuadere ſtuduit Magnus Cancellarius *Boſchettus*, in Inſtructione data Comiti Provanæ, tunc Romæ pro Sereniſſimo Duce Reſidente, in qua ſcripſit: *Non ſi faccia mai forza ſopra il poſſeſſo, nè ſi dica tanto francamente, come hanno fatto alcuni di quelli, che hanno ſcritto, che l'uſo invecchiato, ed uniforme, milita a favor noſtro; perche queſto ſarebbe negato, e contradetto: e non potendo noi provare ſufficientemente la noſtra propoſizione, e molto più ſoccumbendo all' oppoſizione contraria, perderemmo notabilmente.* Et quidem optimo Jure, cùm exempla, quæ pro illa affirmanda afferuntur, vel ſunt ſupradicta ex litteris placitoriis ſuum Jus deducentia, vel ſunt de Abbatiis, & Beneficiis de Jurepatronatus Sereniſſimorum Ducum, ut ſunt illæ Caſanovæ, Altacombæ, Staffardæ, & ſimiles, nec proindè ullam mereri poſſunt conſiderationem, pro firmanda prætenſa obſervantia. Cætera, quæ pro illa confirmanda ponderantur, nullius ſunt momenti.

39. Nam quatenùs primo loco afferuntur Privilegia, quibus Pontifices promiſſionem Nicolai V. confirmarunt, vanum eſt dicere ex illis probari obſervantiam pro interpretanda illius diſpoſitione; cùm nemini ſit controverſum, quòd confirmatio Privilegii Jus novum non tribuit, ſed tantùm Juri antea tributo robur addit. *cap. cum dilecta 4. de confirm. util. vel inutil.* & ibi ſcribentes, præcipuè *Gonzal. in comment. num. 4. Roman. conſil. 371. ſub num. 3. verſ. Nec confirmatione*, *Rota in recent. deciſ. 604. num. 1. part. 4. tom. 1. & deciſ. 253. num. 13. part. 11.* Neque extendit actum ultrà nativam capacitatem, & aptitudinem, neque illius effectum adauget ultrà id, quod claudit confirmabile.

le. *Alexan.conſ.*123. *num.*20. *lib.*4. *Larrea alleg.fiſcal.*73. *num.*5. *Rota inter diverſ. deciſ.*429.*num.*1.*part.*2.*&* *in recent. deciſ.*689. *num.*5. *&* 6. *part.*4. *tom.*3. Undè cùm in promiſſione Nicolai V. non fuerit dictum illam eſſe factam etiam quoad Principatum Pedemontanum, minimè id poterit declarari, & interpretari ex ſucceſſivis Confirmationibus, quemadmodum ex Oraculo Clementis VIII. qui poſtremus Privilegia confirmavit, declaravit Cardinal Aldobrandinus ejus Nepos in Epiſtola, cujus antea meminimus, illis verbis: *Ma ſappia V. S. che ſe bene i Privilegj ſono confermati da Sua Beatitudine, non comprendono però i Beneficj del Piemonte.*

40. Quatenus verò ſecundo loco prætenditur elici ex teſtimoniis *Germonii, Godofredi à Bavo, Auctoris incerti* editi per *Doviat*, *&* *Guichenoni*, nec non ex enunciatis per *Rotam coràm Puteo deciſ.* 23. *aliàs* 25. *lib.* 2. *in Correct.* *&* *coram Creſcent. deciſ.* 16. *de probation.* Animadvertendum quoad ſcriptores præfatos, ultra reſponſiones eorum dictis ſuperiùs datas, quòd cùm ipſi deponant de iis, quæ ſunt facti, nullatenus eiſdem deferendum, niſi factum probent. *Dec.conſ.*472.*num.*17. *lib.*2. *Cacheran. deciſ. Pedemont.* 141. *num.* 16. *Thomat. deciſ.*31. *num.*18. *Rot. coram Mohedan. deciſ.* 2. *de Conſuetud. aliàs* 209. *&* *coram Othobon. deciſ.* 169. *num.* 14. Quò verò ad deciſionem *Rotæ coràm Puteo*, notandum, quòd ibi agebatur de Diœceſi Gebennenſi, quæ ad Sabaudiam ſpectat, & proindè ad Principatum diverſum non extendendum id, quod Romana Eccleſia, alicui certa ratione inſpecta, ſingularibus voluit beneficiis indulgere, ut reſcripſerat *Alexander III. in cap. ſanè* 9. *de Privileg.* junctis cumulatis per *Joan. Anton. Bellon. conſ.*41. *num.*37. 38. 42. *&* 43. & ulterius in ea agebatur de articulo penitùs diverſo, an ſcilicet Privilegium Duci Sabaudiæ conceſſum, comprehenderet Parochiales reſervatas, in quo fuit reſolutum negativè, quia illas non comprehendit littera Privilegii, cuius dicit ſtrictam eſſe faciendam interpretationem. Demùm quoad deciſionem coràm Creſcentio obſervandum, quòd in ea pariter agebatur de reſervatis, & dubitatum fuerat, an proviſus Apoſtolicus eſſet dicendus Duci gratus, nec ne, facta reſolutione, quòd eſſet præſumendus gratus, cùm per actorem non eſſet concludenter probatum, quòd fuerit eidem Duci ingratus: & quod magis eſt, agebatur de proviſo in Diœceſi Eduenſi, ut legitur in Editione earumdem deciſionum correctarum per Canonicum Paſqualinum, & impreſſarum Romæ 1617. in 4. abſque eo, quòd ſit corrigendum Elven. prout fortè faciendum craſſa Minerva putaverat *Cantalmajus in Indic.deciſ. fol.*114. cùm Elva ſit Urbs Valliæ Borealis in Comitatu Flitenſi, nec penitùs ſit legendum Abreducen. prout in corruptis earumdem deciſionum impreſſionibus fuerat poſitum, cùm hæc ſit Diœceſis ſomniata, & non exiſtens, quæ quidem Diœceſis Eduenſis, ſivè Heduenſis, Aeduenſis, ſivè Ocduenſis, ſivè Aeduſienſis; pro iiſdem enim nomina iſta fuerunt accepta per *Strabonem, Ptolomeum, Melam, Tacitum*, & alios, ut notat *Joannes Thryllius in Collect. Commentar. ad Alciat. Emblem.* 2. *ad verb. Hedui, fol. mibi* 20. ita eſt dicta ab Edua, quæ eſt Urbs Galliæ Celticæ Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Lugdunenſi, vulgari ſermone *Autun*, & latinè ad præſens *Auguſtodunum* etiam dicta, ut ſubdit *Baudrand. in Lexic. Geographic. verb. Hedua*, eſtque ſita in Radice Ciniſiorum Montium, ampliſſimamque habet Diœceſim, quæ præter ſexcentas Parochiales Eccleſias, continet plures Abbatias, Priora-

tus,

tus, necnon Canonicorum Collegia, Cappellas,& Monaſteria, ut ſcribunt *Fratres Sammarthani in Gallia Chriſtiana tom.2.fol.26.ſub lit.A.& B.* & ſic in eadem Diœceſi, uti Sabaudiæ finitima contingere potuit, quòd Prioratus ille, de quo fuerat actum in illa deciſione, vel exiſteret, vel magna ex parte ſua bona poſſideret; cùm aliàs ſit certum, quòd Duces Sabaudiæ plura bona habebant intra Galliæ fines, & præſertim Delphinatus, itaut eorum Terræ eſſent conclavatæ, & commixtæ, ut dicit *Franc.Marc.deciſ.Delphinal.333.proximè antè num.1.p.2.* indeque diverſis temporibus inter Sabaudiæ Duces, & Reges Franciæ, plures pactiones, & permutationes factæ fuerunt, & præcipuè anno 1355.inter Ludovicum Regem, ac Carolum eius filium Delphinum Viennenſem,& Amedeum Comitem Sabaudiæ, de qua *Franc.Marcus in dicta Deciſione*, & latiùs in Capitulis eiuſdem pactionis impreſſ.apud *Guichenon.lib.3.ſuæ Hiſtor. Genealogic.Dom.Sabaud.fol.188.& ſeqq.* Et anno 1601. inter Henricum IV. & ducem Carolum-Emanuelem,ut in Capitulis àpud eumdem *Guichenon.ibidem fol.548.& ſeqq.*& apud *Martam de Juriſdict. par.1.cap.40.num.4.* Ut propterea denuò recurrat reſponſio,quòd ab his,quæ fuerant dicta in deciſione *Creſcentii* de Privilegiis, quoad Prioratum Eduenſem ad Sabaudiam aliquo modo ſpectantem, nulla poſſit fieri illatio ad Abbatias, & Prioratus Principatus Pedemontani, ex vulgata Juris regula, de qua *in l.inter ſtipulantem 88.§.Sacram,ff.de verb.ſignific.in l.Papinianus 21.ff.de minorib.& aliis concordan.*

41. Quatenùs autem tertio loco animadvertitur in Executores nominatos in Privilegiis; cùm non ſolùm Epiſcopi Sabaudiæ, ſed etiam Pedemontani in iis deputati legantur: Animadvertendum, quòd in promiſſione Nicolai V.nullus fuit deputatus Executor, & in Privilegiis Confirmatoriis, ideò fuerunt deputati Executores Epiſcopi utriuſque Status, quia fuerant confirmata Privilegia commodum utriuſque Status reſpicientia; cùm alioqui ſit cuique notum, Exequutores in litteris Apoſtolicis deputari ad petitionem, ſeù nominationem Partium, ut teſtantur *Amayden.de ſtyl.Datar.lib.1.cap.5.num.36. Roſa de Exec.litt.Apoſtolic.lib.1.cap.2.num.70.& ſeqq.& cap.3.nu.9.* Et alii ab ipſis relati.Unde nulla ex hoc valeat elici obſervantia, ſivè favorabilis, ſivè contraria, ex qua poſſit interpretari Promiſſio, de qua agitur.

42. Demùm quoad id, quod dicitur de obſervantia circa Proviſionem Epiſcopatuum, paritèr contrà monitum datum à præfato Magno Cancellario *Boſchetto* in Inſtructione memorata, in qua ſcripſerat: *Anco ſi deve avvertire di non cavare argomento per l'Abazie da quello, che ſi prattica ne' Veſcovadi, perche queſto potrebbe nuocere a i Veſcovadi in luogo di giovare all'Abazie, trattandoſi con perſone accortiſſime molto geloſe de' loro vantaggi, e che avendo il coltello per il manico ſe ne valeranno in quel modo, che le tornerà maggiormente à commodo &c.* Animadvertẽdum, quòd Summi Pontifices in Epiſcopatuum proviſionibus preces, & commendationes Principum exaudiunt quantum cum Deo poſſunt, & Eccleſiæ commodo, & bono regimine credunt expedire: At ſi alitèr ipſis videatur, iis ſpretis, liberè conferunt, & Reges, & Principes acquieſcunt, ut ſcripſerat Eugenius IV. ad Regem Portugalliæ, in verbis ſupra per nos relatis, quæ etiam quo ad hanc partem refert *Thomaſſin. de Veter.& N.v.Eccleſ.diſciplin.circa Benefic.& Beneficiar.par.2.lib.1.cap.45.num.3.in fin.* Et ſic eſt in eorumdem Pontificum facultate id facere; Undè obſervantia hoc caſu debet referri ad actus

meræ voluntatis, quæ proindè non poteſt prodeſſe ad interpretandam conceſſionem, ità ut ex tali interpretatione inducatur neceſſitas, ità faciendi, ut benè ad rem *Geminian. conſ. 45. ſub num. 5. Ferrett. conſ. 33. ſub num. 4. Larrea alleg. fiſcal. 92. num. 6. Rota deciſ. 308. num. 11. par. 17.* Cùm alitèr dicendo eſſet admittere abſurdum, quòd nempè ex obſervantia ſequuta in Proviſionibus Epiſcopatuum fuiſſet inducta res penitùs diverſa, & contraria verbis promiſſionis factæ per Nicolaum V. quod non eſt admittendum; cùm tunc quicquid fuerit ſervatum, non diceretur uſus, ſed contrarius uſus, quod non poteſt prodeſſe pro interpretatione, ut dicit *Rota inter diverſ. deciſ. 47. num. 26. part. 2.* quam commendat, & ſequitur ejuſdem verba referendo *Larrea dict. allegat. 92. num. 8.*

43. Idque potiſſimum, cùm non ſit verum aſſerere perpetuam obſervantiam, quoad proviſiones Epiſcopatuum Pedemontis eſſe, quòd illæ fiant cum conſenſu, & prævia intentione Ducis; etenim ipſi Summi Pontifices, ne dum ſæpè illos contulerunt nullo præſtito conſenſu, aut declarata voluntate Sereniſſimorum Ducum, ſed etiam veriti nè conſentiendo eorumdem petitionibus, & commendationibus, illi jus ſibi aliquod quæſitum putarent, declararunt id ex propria beneficentia proficiſci, non autem ex juribus Ducum, quod fecit Clemens VIII. qui cùm ageretur de Epiſcopatu Salutiarum, declaravit Cardinali de Oſſat: *Che nè il Duca di Savoja, nè il Rè abbiano avuto mai, o abbiano jus di nominare al detto Veſcovado*; Et vi hujus declarationis, rejecta Regis, & Ducis nominatione, contulit Epiſcopatum P. Juvenali, hæc omnia referente eodem Cardinali de *Oſſat Epiſt. 273.* Ob eamdem quoque rationem, ut ſcilicèt hujuſmodi paritèr Pontificum beneficentiæ, non autem Sereniſſimi Ducis conſenſui, & voluntati accepta referrentur, idem fecit Paulus V. qui non obſtante præcedenti inſtantia Ducis, ad Epiſcopatum eumdem admittere noluit Theodoſium Gattinaram, rationemque qua Pontifex motus fuit, hiſce verbis Nuncio Apoſtolico ſignificavit Cardinalis Burgheſius: *Naſce la ripugnanza di Sua Santità nel pregiudizio, che le parrebbe di fare à queſta Santa Sede, che ha la libera collazione del predetto Veſcovado, quando lo conferiſſe à Nominazione del Signor Duca*, in Epiſtola illi ſcripta ſub die 8. Octobris 1605. cujus etiam ſupra meminimus. Propterea nè libertas Pontificis in conferendo reſtricta videretur ad Perſonas à Duce nominatas, in dicta Epiſtola eidem Nuntio inſinuatum fuit, quòd plures Perſonæ commendarentur, conſtantèr ipſo Summo Pontifice in hac deliberatione permanente. Idemque hac ratione inſinuatum fuit tempore Urbani VIII. occaſione vacationis Epiſcopatus Nicienſis, in duabus Epiſtolis ſcriptis Nuncio de Menſe Januarii 1632. & occaſione vacationis Epiſcopatus Albenſis plures Perſonæ Pontifici oblatæ fuerunt, ut in Epiſtolis Duciſſæ eidem Summo Pontifici, & Cardinali Barberino ſcriptis de Menſe Junii 1642. Notabilis præ omnibus eſt caſus, qui incidit tempore Innocentii XI. qui audita commendatione Sereniſſimæ Duciſſæ pro R.P.D. Ripa, nè putarent Duces Sabaudiæ id de jure ſibi competere, reſtitui juſſit Epiſtolas commendatitias Abbati Cagnolo, inque litteris Nuncio ſcriptis, hæc verba fuerunt inſerta: *E' grazia grande, quando Noſtro Signore deferiſca alle preghiere del Duca di Savoja; ma ſe vorranno dar ombra di pretenderlo, sarà Sua Santità coſtretta a proveder d' altro ſoggetto, quantunque il raccomandato foſſe qualificatiſſimo*. Quamobrem Miniſtri Ducales factum excuſantes,

cuſantes, injunxerunt Abbati Cagnolo, ut ſignificaret Summo Pontifici eam conceſſionem, non proprio juri, ſed Pontificiæ beneficentiæ adſcripturum; Et Epiſcopatu R. P. D. Ripæ deſtinato, Sereniſſima Ducіſſa gratias egit Summo Pontifici. Quæ ſumma Pontificum libertas in conſerendis Epiſcopatibus, nulla habita ratione Nominationum Sereniſſimi Ducis, evidentèr comprobatur ex Penſionibus imponi ſolitis in dictis Epiſcopatibus eorum arbitrio perſonis ſibi viſis: & nè longam veterum exemplorum ſeriem percurramus, ſatis ſuerit afferre Penſiones, quas ſuper ſructibus Menſæ Epiſcopalis Taurinenſis impoſuit favore plurium Romanæ Curiæ Præſulum Alexander VIII. Item, quòd Sanctiſſimus D. N. ex Epiſcopatu Vercellenſi Penſiones quoque aliis attribuit, exemplo Superiorum Pontificum.. Quæ exempla prorsùs excludunt jus conſenſus, & intentionis in Epiſcopatibus Principatus Pedemontani, quod ſuo Duci vindicare contendunt ejus Miniſtri, ſi vera ſunt ea, quæ tradunt *Anton. Fabric. in Introduct. ad Theor. & Prax. Benefic. Tit. de Penſion. nu. 38. & in gloſſ. lit. T. Tondut. de Penſion. cap. 25. num. 14. & Fraſſus de Reg. Patronat. Indiar. tom. 1. cap. 15. num. 51. & 55.*

44. Hoc autem jus, & hanc obſervantiam, qua Miniſtri Ducales prorsùs deſtituuntur ex ſupradictis, fruſtrà conantur elicere ex aliis actibus, qui per ipſos adducuntur. Obſervantia enim, quæ educitur ex Proviſionibus Regis Chriſtianiſſimi in Statibus Breſſiæ, & Pinaroli, minimè ſubſiſtit. Prætermiſſo enim, uti ſupervacaneo, quærere quo jure ipſi Reges Chriſtianiſſimi nominent in Abbatiis Breſſiæ, quæ cùm ſint ultra Rhodanum ſitæ, benè dicuntur in Promiſſione Nicolai V. ſuper Statu Sabaudiæ facta, comprehenſæ: Undè ex illis Nominationibus nullum argumentum oriri poteſt favore Sereniſſimi Ducis. De Abbatia Pinaroli, ex facti hiſtoria, prorsùs excluditur, fuiſſe antecedente Regis conſenſu proviſam, cùm illius collatio, inter varias controverſias ob hanc cauſam excitatas, & poſt Regis Nominationem rejectam, dilata fuerit per annos vigintiquinque, quoad Cardinalis Mazarinus libertatem Pontificis in ea conferenda tandem agnitam eſſe ſignificavit, & ex ſolo arbitrio Summi Pontificis collata fuit Comiti Michaeli-Angelo Broliæ commendato à Nuncio, & Cardinale Spada, & ſemel à Pontifice rejecto, cum mandato facto eidem Nuncio *di far riſleſſione ad altri Soggetti*: & poſtmodum admiſſo reiteratis atteſtationibus ejuſdem Nuncii, quòd nemo aptior inveniretur, qui tamen Brolia anteà jurare coactus fuit: *Di non fare dichiarazione, o atto alcuno ad inſtanza di chi che ſia, quale in qualunque modo ſia, o poſſa eſſere ripugnante alla libertà della Proviſione Apoſtolica*: ut fusè legere eſt in Epiſtolis dicti Nuntii Creſcentii, poſteà Cardinalis, ſub diebus 24. Maji, 24. Auguſti, 30. Septembris, & 26. Octobris 1656. & in integra formula Juramenti per Broliam præſtiti. Ita hic proviſus Abbatiam retinuit, quam poſtea anno 1678. ſine ullo Regis conſenſu, Hyacintho Broliæ reſignavit, quæ reſignatio ita facta, omne jus ſervitutis excludit, & libertatem providendi ſavore Sedis Apoſtolicæ, optimè confirmat *Rota in recent. deciſ. 313. num. 5. & 6. par. 16.*

45. Jus verò, quod deducitur ex aſſerto Privilegio conceſſo Henrico II. quo ſupponitur per Julium III. fuiſſe ad illius favorem confirmatam Promiſſionem factam à Nicolao V. Ludovico Duci Sabaudiæ, & cætera omnia Privile-

gia,

gia, ſivè conceſſa, ſivè confirmata ab aliis Summis Pontificibus favore Ducum Sabaudiæ, ut ratione ipſius Regis fuerint confirmata tam pro Ducatu Sabaudiæ, quàm pro Principatu Pedemontano, nedum nihil confert juribus allegatis; ſed potiùs difficultatem omnem removet, & apertè declarat nullum jus competere Sereniſſimis Ducibus ad effectum, ut Proviſiones Abbatiarum Principatus Pedemontani nequeant fieri, niſi eorum voluntate audita, & conſenſione accedente. Primò, quia Privilegium præfatum, quod Henrico conceſſum dicitur, revera extare nunquam fuit doctum, undè Cardinalis de *Oſſat*, qui negotium promovebat coram Clemente VIII. ad favorem Henrici IV. ut vigore ejuſdem aſſerti Privilegii Henrico II. tributi, eſſet Pontifici perſuaſum eidem competere jus declarandi intentionem, & præſtandi conſenſum in Proviſionibus Abbatiarum Breſſiæ, ſcribens ad Villeregium in *Epiſtol.* 301. dicit: *Della conſerma di detti Indulti, che il Rè Enrico II. aveva ottenuto per ſe, non appariſce altro, ſe non che quello, che Sua Maeſtà*, ideſt idem Henricus II. *ne aveva ſcritto di paſſaggio, ed in altro propoſito per lettere de'* 29. *Settembre* 1554. *&c.* Deindè, quia hoc Indultum, quòd dicitur fuiſſe Henrico II. conceſſum, fuit ſolum, ut præmiſimus, à Cardinali de Oſſat allegatum coràm eodem Clemente VIII. ad tuendum jus Henrici IV. pro Nominationibus faciendis de Abbatiis Breſſiæ Provinciæ Galliæ, olim ad Sabaudiam ſpectantis, ut legere eſt in dicta Epiſtola per ipſum ſcripta, & in his, quæ ex illius lectione perſtringit *Thomaſſin. de Veter. & Nov. Eccleſ. diſciplin. circa Benefic. & Beneficiar. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 11. nec proindè juvare poterit pro Abbatiis Principatus Pedemontani.

46. Parum obſtante reſponſione, quòd probatio conceſſionis, & comprehenſionis in eadem Status Principatus Pedemontani videatur oriri ex declarationibus ejuſdem Regis factis pro Ducatu Brittaniæ, & Provincia Provinciæ tranſmiſſis ad Parlamentum Nannetenſe die 18. Aprilis, & 29. Octobris 1553. relatis per *Pinſon. in dic. Inventar. Indult. & Memor. ſivè tom.* 2. *Trait. des Regales à fol.* 455. *ad* 463. & quarum ipſemet *Pinſonius* meminit *tom.* 1. *ejuſd. Tract. cap.* 14. *num.* 10. in quibus idem Rex dixerat: *Conſiderato, che à noſtra richieſta il noſtro ſuddetto Santo Padre*, nempè Julius III. *ci hà ne' giorni paſſati liberamente accordata, e conceſſa la conſermazione degl' Indulti, che avevano i noſtri Predeceſſori Duchi di Savoja, Principi del Piemonte di nominare, e preſentare a i Beneficj Conciſtoriali de' noſtri ſuddetti Paeſi, con altre grazie contenute ne' ſuddetti Indulti, &c.* Præterquamquod hujuſmodi declarationes editæ per *Pinſonium*, ſunt illæmet, quas extare penès ſe ſcripſerat Cardinalis de *Oſſat* in memorata Epiſtola, & ex quibus deſumpſerat notabilia ad Villeregium tranſmiſſa, ut poſſet reperiri Privilegium aſſertum, & quas ipſe non judicaverat eſſe ſatis ad illud probandum, undè illius Originale reperiri inſinuaverat, prout nec viſæ fuerunt ſufficientes ipſi Pontifici pro concedendis proviſionibus Abbatiarum, de quibus tunc agebatur, ad Nominationem Henrici IV. vigore aſſerti Privilegii Henrico II. conceſſi. Plura ſunt animadvertenda, & primò dictas declarationes fuiſſe factas conſequenter ad alias declarationes ab ipſomet Rege anteà factas 19. Junii 1549. & 29. Julii 1550. reſpectu eorumdem ſtatuum, ex quo Pontifex graviter conqueſtus fuerat

rat

rat dictas Declarationes recepiſſe nonnullas ſecretas reſtrictiones à Parlamentis, quibus fuerant directæ, nec integram habuerant executionem, novis proindè, & magis amplis declarationibus dicto anno 1553. demandando, quòd omnia tunc temporis declarata præcipuè quoad reſervationes Apoſtolicas, Regulas Cancellariæ, Beneficiorum Proviſiones, Regreſſus, Coadiutorias, Mandata de providendo, Expectativas, & alias ſimiles gratias in omnibus, & nulla facta reſtrictione ſervarentur, revocando omnia, quæ à tempore primarum declarationum, uſque ad illam diem, contra illarum tenorem fuerant geſta, & præcipuè revocando uti abuſivas, & attentatas omnes, & quaſcumque Proviſiones interim factas, ut legere eſt in toto contextu earumdem declarationum relatarum per *Pinſonium*, relicta particula verſionis Italicæ exhibita. Verùm cùm eadem die 29. Julii 1550. qua fuit facta altera ex dictis declarationibus quoad Ducatum Brittaniæ, & Provinciam Provinciæ, quæ habetur Latinè impreſſa apud *Raynald. Annal. Eccleſiaſtic. Tom. 21. ad dict. Ann. 1550. num. 17. & Doviat. Tom. 2. Specimin. Jur. Eccleſiaſtic. in Gall. recept. fol.* 61. fuerit facta alia declaratio quoad Sabaudiam, & Pedemontium, quæ exemplata ex originali, quod ſervatur in Archivio Sabaudiæ, datum in *Summar. num.* 43. in qua Rex inter cætera declarando ſuam voluntatem præcipuè dixit: *Noſtram præcipuam voluntatem, & intentionem fuiſſe, & eſſe, quòd idem SS. D. N. & Sancta Sedes gaudeant, & utantur in eiſdem noſtris Dominiis Sabaudiæ, & Pedemontium Principatu, illiſmet juribus, auctoritatibus, & præeminentiis, quibus Prædeceſſores, ſeù Romani Pontifices retroactis ante attentata hujuſmodi gaviſi ſunt, atque uti, & uti gaudere poterant, quarum auctoritatum, & præeminentiarum nonnullas ad verbum hic inſerendas, ad majorem elucidationem duximus. In primis, quòd in Ducatu Sabaudiæ, & Principatu Pedemontium abſtinere debeamus, prout abſtinebimus, à Nominatione ad Eccleſias Cathedrales, & Monaſteria quæcumque, ac alia Eccleſiaſtica Beneficia ibidem conſiſtentia, ſed liberè ad Sedis Apoſtolicæ diſpoſitionem remanere debeant, itaut Sua Sanctitas, & dicta Sedes de illis providere poſſit, &c.* Utique inveriſimile videtur, quòd Julius III. qui tàm ſollicitus fuerat, quòd ſervarentur omnia promiſſa, & declarata quoad Ducatum Brittaniæ, & Provinciam Provinciæ, & quòd revocarentur tamquam attentata, & abuſiva omnia ibi interim geſta, & qui enixè curaverat fieri mox dictam declarationem favore Ducatus Sabaudiæ, & Principatus Pedemontis, voluerit paulò poſt eidem Regi facere conceſſionem, præter ea, quæ fuerunt conceſſa in promiſſione facta per Nicolaum V. Ludovico Duci Sabaudiæ; Atque propterea ad hanc inveriſimilitudinem evitandam, non ſimplices enunciativæ factæ in præfatis declarationibus ſint reſpiciendæ, ſed verus tenor ipſius novæ conceſſionis ſit inſpiciendus, ut omne æquivocum ſublatum remaneat, & quævis probatio indè deſumi poſſit. Secundò ponderandum Henricum II. in eiſdem declarationibus, non dixiſſe ſibi fuiſſe conceſſum novum Indultum, prout ſupponitur in *Enucleat. Hiſtorico-Legal. num.* 149. ſed ſolùm ſibi conceſſam fuiſſe confirmationem Indultorum, quæ anteà habebant Duces Sabaudiæ, & Principes Pedemontii, quæ quidem confirmatio non poteſt referri, niſi ad promiſſionem factam per Nicolaum V. ac Indultum conceſſum per Sixtum IV. & ad Confirmationes factas per Leonem X. & Clementem VII. cùm alia

In-

Indulta, ſeù Privilegia, tunc non extarent, ſuper jure, quod Ducibus præfatis competere poſſit in Proviſionibus Epiſcopatuum, & Dignitatum Abbatlalium dictorum Statuum: Undè verba dictarum declarationum non videntur diverſimodè eſſe accipienda, quàm ſingula ſingulis congruè referendo, nempè quoad Proviſionem Epiſcopatuum, & Abbatiarum Sabaudiæ illi fuiſſe confirmatam Promiſſionem Nicolai V. & quoad proviſiones beneficiorum Principatus Pedemontii fuiſſe confirmatum Indultum Sixti IV. quòd nempè exteris non eſſent faciendæ, niſi ageretur de perſonis Ducibus gratis. Tertiò notandum, quòd anno proximè ſequenti, quo dicitur fuiſſe conceſſum, ſeù ut veriùs eſt, confirmatum Indultum Henrico II. nempè anno 1554. fuit conceſſum ſimile Indultum, ſivè confirmatio per eumdem Pontificem Julium III. Duci Emanueli-Philiberto, quod in *dict. Enuclcat. num.* 153. dicitur eidem conceſſum, ne ex Indulto anno antecedenti Regi Henrico conceſſo ullum præjudicium oriri poſſet contra eumdem Ducem, quod ſanè non eſſet verum, ſi in Indulto eidem Regi conceſſo, ſeù confirmato, fuiſſet dictum illi competere jus præſtandi conſenſum, etiam quoad Epiſcopatus, & Dignitates Abbatiales Principatus Pedemontani, cùm in Indulto confirmationis, imò etiam novæ conceſſionis pro majori cautela factæ ipſi Duci, nihil tale legatur ſcriptum, & ſic vel dicendum dictam conceſſionem, ſeù confirmationem ad ſavorem Regis factam fuiſſe huic ſimilem, nec proindè ex illa majus jus potuiſſe acquirere Duces, præter illud, quod in confirmatione ad eorum favorem facta legitur: vel ſi quid novi fuit in illo conceſſum, ex quo novum jus deducere velint, illius tenor ſit inſpiciendus, nec amplior conceſſio ſi quæ facta fuiſſet Regi Henrico ſuffragaretur Duci; tum quia privilegium uni perſonæ conceſſum ad aliam perſonam non extenditur in materia odioſa, tum quia Dux poſtmodum contentus fuit ſimplici confirmatione propriorum Indultorum, quæ ſola proindè veniunt examinanda. Quartò demùm animadvertendum, quòd ipſemet Rex Henricus in præfatis declarationibus, dum agit de Privilegio ſibi conceſſo, ſeù confirmato, refert ſe ad literam ipſorum Privilegiorum, ſavore Ducum conceſſorum in illis verbis: *con altre grazie contenute ne i ſuddetti Indulti*, *&c.* Ut ſic nonniſi ad formam illorum poſſet dici conceſſum. Quare cùm ex his omnibus reſultare non videatur exiſtentia aſſerti Privilegii conceſſi Henrico II. nominatim pro Principatu Pedemontano, imò potiùs excludatur illud extitiſſe, ex dictis enunciativis in præfatis declarationibus factis, nedum non poterit dici remanere probatam illius exiſtentiam, ſed neque ejuſdem famam, quæ ne quidem eſſet ſatis ad effectum, de quo agitur, tanquam de re Spirituali, aut ſaltem Spiritualibus annexa, quæ etiam de per ſe non ſufficeret, ut relevare poſſet; quia in his, quorum Laici ſunt incapaces, & nonniſi ex Privilegio capaces reddi poſſunt, ſola fama Privilegii non ſufficit, niſi etiam concurreret Immemorialis Præſcriptio, & è contra, juxta theoricam *Felin. in cap. Cauſam num.* 3. *de præſcription.* cum aliis latè congeſtis per *Garz. de Benefic. part. prima cap.* 2. *num.* 38. 39. *&* 44. *Pecch. de Aquæduct. lib. primo cap.* 2. *quæſt.* 3. *num.* 50. *& ſeqq. Rota inter diverſ. deciſ.* 215. *num.* 7. *part.* 2. *in recent. deciſ.* 103. *num.* 10. *part.* 7. *& coràm Cerr. deciſ.* 248. *num.* 8. *& ſeqq.* Et quidem quando quæſtio eſt ſuper eo, quod fuit conceſſum in Privilegio,

Digitized by Google

legio, ſicuti in præſenti; cùm tunc non ſufficiat allegari aliquid conceſſum fuiſſe, ſed etiam qua de cauſa, & quomodo conceſſum ſit, debeat probari ne aliàs reſultent duo ſpecialia circa unam, & eamdem rem, nempè præſumptio tituli, ſeù Privilegii, & præſumptio facti, nempè cauſæ, & tenoris Privilegii ex illa præſumpta tituli, ſeù Privilegii allegatione, quòd fieri non poteſt, ut tradit *Cravett. de antiquit. tempor. part.* 4. §. *Abſolutis differentiis num.* 55.

FINIS.

HIERO-

HIERONYMI MARCELLI

Comitis de Gubernatis, Conſiliarii Status, & in Senatu Nicienſi Præſidis,

RESPONSUM

PRO VERITATE,

In quo facti, & Juris allegationes à Dataria Officialibus promulgatæ ad excludendas à Pontificiis Promiſſionibus, & Indultis favore Regiæ Sabaudiæ Domus, Nominationes Abbatiarum, in Principatu Pedemontano conſiſtentium,

In Criſim vocantur, & excutiuntur.

EDITIO SECUNDA.

ROMÆ MDCXCVIII.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

CAPUT I.

Oſtenditur, quid invincibilis ratio, & communis recti judicii ſenſus circa comprehenſionem Pedemontis in Pontificia Nicolai V. Proviſione fir- maverint ab anno 1451. uſque ad annum 1600.

1. OFFICIALES Dat*a*riæ ſuper eo tenaciter inſiſtunt, quòd Pontificia Nicolai V. Proviſio erga Ludovicum Sabaudiæ Ducem, quoad Abbatiales dignitates, intelligenda ſit de ſolo *Ducatu Sabaudiæ* ultra montes geographicè ſumpto, nulla habita ratione ad *Principatum Pedemontanum*, cujus vanæ reſtrictionis ſubauditio ex diametro pugnat contra prima utriuſque juris principia, in quibus habetur, nullam rationabilem cadere poſſe dubiæ voluntatis quæſtionem, & ceſſare quodlibet obliquæ interpretationis commentum, quoties in humanis actibus diſponentis mens, & verba conveniunt: cujus unionis indiſſolubile fœdus, apertiſſimè continet prædicta promiſſio, dum expreſsè loquitur de omnibus, & quibuſcumque Epiſcopatibus, & Monaſteriis, exiſtentibus in *Diſtrictu Temporalis Dominii* ad ipſummet Ducem ſpectantis, & de perſonis, quæ ſint de *Dominio*, *Ditione*, ſeù *Statu* ipſius Ducis, alienigenis, vel extraneis penitùs excluſis; atque cauſa finalis Promittentis mentem exponens, ea ibidem eſſe dignoſcitur, ne *Status ſui diſpendia ſubeant, & quævis ipſos conturbet adverſitas inteſtina*, prout utroque ponderato demonſtravi in mea *Enucleat.cap.ſin.per tot.*

2. Facti pro Dataria Compilator, ad cohoneſtandam excitatæ quæſtionis incongruitatem præmiſit in ſuis allegationibus *numer.4. §. ſuper intelligentia* nihil novi adversùs hujuſmodi Indulta proponi, duos olim agitatæ hujus controverſiæ caſus allegando, unum anno 1600. in Pontificatu Clementis VIII. & alium anno 1659. in Pontificatu Alexandri VII. de quibus ſuo loco rationem reddam, ea ante omnia ad facti dilucidationem adducens, ex quibus in retroacta centum, & quinquaginta annorum ſerie, poſt contractam à Nicolao V. Promiſſionem, frivolæ hujus exceptionis abſurditas oſtenditur, quæ ſi placuiſſet Adverſantibus retroſpicere, facilè poterant ab hac irrationabili diſputatione inſtauranda removeri.

3. Fatentur unanimitèr Adverſantes poſt facti Compilatorem *n.33.§. & licet*, Sixti IV. Indultum ſub die 9. Martii 1474. favore Philiberti Sabaudiæ Ducis, cujus veram cauſam, & ineluctabilem vim, ſuperſtitioſa ſubtilitate contra communem ſani judicii rationem, ex adverſo ad gratias dumtaxat expectativas reſtrictam expoſui in *Enucleat.num.*14. reſpicere æqualiter *Sabaudiam*, & *Pedemontium*, quamvis Summus ille Pontifex, aliqua dumtaxat ex verbis illis generalibus adhibuerit ibidem: *Nos igitur pro Eccleſiarum, & Monaſteriorum, alio-*

Digitized by Google

rumque Regularium locorum Ducatus, & Dominii hujuſmodi venuſtate , &c. ut nullus alienigena, ſive alterius Nationis, & Dominii Clericus, qui non ſit de Ducatu, Ditione , vel Dominio hujuſmodi oriundus ; quibus vigintitres ante annos uſus fuerat Nicolaus; unde quoties linguæ Latinæ ſignificatus uniformiter cenſendus non ſit in utriuſque Pontificis ore, chimericam omninò fateri neceſſe habent in promiſſione Nicolai V. hanc ad *Sabaudiæ ultra montes* reſtrictionem , ex eo præcipuè , dum Sixtus poſt enunciatam Ducis ſupplicationem , in qua facta fuerat mentio de *Ducatu, Diſtrictu, Ditione, Comitatibus, Terris, Locis , & aliis Dominiis Sabaudiæ ultra , & Citramontanis , Dominio ipſius Ducis* mediatè, vel immediatè ſubiectis; nihilominùs in parte diſpoſitiva ſatis exiſtimavit, ea omnia in adhibito verborum ſenſu complecti, prout ſubſequuti Pontiſices , Innocentius VIII. & Julius II. hoc Sixti IV. Indultum ſpecificè confirmantes in ſuis Apoſtolicis litteris cenſuerunt, de quibus *in Enucleat. num.* 16.

4. Hujus imaginariæ præſciſionis vanitatem manifeſtam effecerant Leo X. Clemens VII. Julius III. & Gregorius XIII. dum Nicolai promiſſionem in ſuis Apoſtolicis literis , pro majori firmitatis robore ad perpetuam rei memoriam innovantes , & ampliantes, in Sabaudia ultra montes *Epiſcopos Maurianenſem, & Bellicenſem* , in Pedemontio citra montes *Archiepiſcopum Taurinenſem , Auguſtenſem* , & *Aſtenſem Epiſcopos* , atque in maritimis Alpibus *Nicienſem Epiſcopum* reſpectivè delegarunt, non ſimplices Bullarum executores , ſicuti ex adverſo ſupponitur *num.* 39. *§. tertiò opponitur*, ſed perpetuos renovatæ promiſſionis Defenſores , & Conſervatores , toties quoties à Duce tunc dominante, & ſuis pro tempore in *Principatu ſucceſſoribus* requireretur, juxtà tradita *in Enucleat. num.* 221. ex qua diſcretiva Epiſcoporum delegatione in tribus illis Provinciis , quarum membra integrum corpus *Sabaudiæ Ditionis* componunt, ſatis edoceri poterant, hanc Pontificiam proviſionem æqualitèr, non tam *Sabaudiam ultramontanam*, quàm Principatum *Pedemontanum*, & *Subalpinam Provinciam* reſpexiſſe ; Ab omni namque ſano judicio alienum eſt dicere , quòd poſtquam Summi Pontiſices in ſuis conſtitutionibus ad exoptatam contractæ promiſſionis obſervantiam de duobus Comprovincialibus Epiſcopis Maurianen. & Bellicen. ultramontanam Provinciam abundè providerant , voluerint ad eundem finem, pro iiſdem locis delegare citra montes, Archiepiſcopum Taurinenſem, & Epiſcopum Aſtenſem in Italia degentes, ab ultramontanis loquela, moribus, & Eccleſiaſtica diſciplina diſcrepantes, Alpibus, & Montibus longo, & difficili itinere diſſitos, aut Epiſcopum Nicienſem , ultra tercentum milliaria ab extremis Allobrogum finibus, terra, marique diſtantem: nec præſumendum eſt , Sabaudiæ Duces, rem adeò incongruam, inutilem, & penè ridiculam poſtulaſſe.

5. Minus autem rectè ab Adverſantibus aſſeritur , Gregorium XIII. in ſua conſtitut. 7. §. 10. delegaſſe Archiepiſcopum Taurinenſem, Nicienſem , & Montis regalis Epiſcopos , quamvis ibidem ageretur de re ad *Sabaudiam* dumtaxat *ultra montes* pertinente ; etenim facti veritas totum contrarium oſtendit , juxtà quam Summus ille Pontifex in conſtitutione præcedenti *nu.* 6. Equeſtrem Sancti Mauritii militiam inſtituit ſub perpetuo , & ſupremo regimine, ſeù Magiſterio Sereniſſimi tunc Emanuelis-Philiberti Sabaudiæ Ducis , & ſuorum pro tempore in Principatu Succeſſorum , ad tuendam , & ampliandam Catholicæ Religionis cauſam adversùs Hæreticos, & Infideles, non ſolùm in Ditione ipſius Ducis, & ſpecialiter in *Pedemontio*, ſed etiam in omnibus Italiæ, & Chriſtianæ Rei

pu-

Digitized by Google

publicæ Partibus, inter alia ſtatuens, ut ejuſdem Militiæ Suprema Sedes,& Militum Conventus ab eodem Duce, in aliquo *Sabaudiæ loco* aſſignaretur ; cui militiæ de novo inſtitutæ dein paucos poſt dies antiquiſſimam , & in toto Orbe diffuſam Sancti Lazari Jeroſolimitani favore Ducis univit;prout habetur conſtitutione ab Adverſantibus allegata , immediatè ſubſequenti in eodem Bullario , ubi §. 1.præcedentem enuncians , illud etiam refert , quòd ibidem de Suprema Sede, & Militum Conventu à Duce Magno-Magiſtro , in *Sabaudia* aſſignando præceperat: Cujus facti veritas manifeſtè convincit, Gregorium XIII.non improvidè, & contra ſanam providendi rationem delegaſſe Archiepiſcopum Taurinenſem, Nicienſem,& Montis-regalis Epiſcopos perpetuos rerum in prædictis Conſtitutionibus contentarum executores , & defenſores ; ſed quia non minùs, quam dictum eſt de Nicolai V. Promiſſione , pari ſollicitudine, & providentia in iiſdem reſpexerat Principatum *Pedemontanum* , & *Subalpinam Provinciam* , in qua debuit præcipuum illius equeſtris Militiæ opus impleri : & tantum abeſt, quòd hæc abſurda, & irrationabilis delegatio pro tuendis , & conſervandis literis Apoſtolicis reperiatur in aliqua conſtitutione Pontificia ex recollectis in Bullario Romano , ut potiùs iſta Gregorii , quam Adverſantibus placuit in exemplum detorquere ad elidendam vim invincibilis argumenti pro comprehenſione *Pedemontis*, aliam hujus irrefragabilis veritatis probationem inducat,dum ipſe Dux Emanuel-Philibertus ſuſceptum ab eodem Pontifice mandatum de conſtituendo Supremam Sedem , & Militum Conventum in *Regione Sabaudiæ* , ſtatim implevit juxtà Pontificiam mentem in *Urbe Taurinenſi* , ubi adhuc Suprema hujus Sacræ Militiæ Sedes permanet , & Militum Conventus exiſtit ; unde Officiales Datariæ jam certi eſſe poterant , Summos Pontifices loquentes de *locis Sabaudiæ* comprehendere etiam *Principatum Pedemontanum* ; quidquid ſit , quoties Sabaudia non refertur ad deſignandam *Sabaudi Principis Ditionem, ſeù temporale Dominium* ; ſed dumtaxat ad Sabaudæ Provinciæ geographicam, aut localem deſcriptionem; & hoc eſt quod juxtà communem uſum loquendi,& omnem rationem recti ſermonis allegaſſe Patribus Baſileenſibus Græcos Antiſtites refert *Panormitanus in ſuo tractatu de Concil.Baſil.cap.1.n.5.* de quo *in Enucleat. num.* 232. atque nihil frequentius in ore omnium Scriptorum verſatur, quoties loquuntur de omnibus Provinciis ſpectantibus ad Sabaudiæ Ducem , utentium illis verbis in Gallico idiomate *l'Eſtat de Savoye* . Italico *lo Stato di Savoja* . & Latino *in Ditione, ſeù Dominio Sabaudiæ* ; unde omnes ſubditi ſuæ Regiæ Celſitudinis,tàm citra montani,quàm ultramontani,vulgò *Sabaudi* nuncupantur.

6. Inter prædictos Pontifices , qui hanc Nicolai promiſſionem innovarunt, ſingulariter animadverti poterat ab Adverſantibus Julii III.conſtitutio ſub die 6. Idus Octobris 1554. Summario fol. 24. quæ cùm emanaſſet in tempore , quo Galli Sabaudiam ultra montes occupabant ; proſpexit quidem univerſaliter indemnitati ipſius Ducis,ne videretur irreparabile detrimentum fuiſſe ipſi illatum ex communicatione , ſeù confirmatione eorumdem jurium , ab eodem Pontifice in anno præcedenti ſequuta erga Regem Henricum ; ſed quia inane, & ſupervacuum in tunc præſenti rerum ſtatu fuiſſet , pro Pontificiæ promiſſionis obſervantia favore ejuſdem Ducis defenſores , & executores , tàm citrà , quàm ultrà montes conſtituere, ſolùm eoſdem deſignavit in Sabaudia citra montes,& ſingulariter Epiſcopos illarum Civitatum , quæ adhuc manebant in actuali dominio,&

po-

poteſtate ipſius Ducis, videlicet Auguſten. Aſten.& Nicien. quinimò cùm ultra montes, omnes Principes hoc jure nominandi fruantur, & Magiſtratus ea lege inevitabili utantur, ut nemó, niſi ex prævio Principis conſenſu, ſeù nominatione, atque Bullis originaliter exhibitis, & verificatis Epiſcopalium, aut Abbatialium Dignitatum, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus exercitium, aut poſſeſſionem obtineat; idcò ſuperfluum quandoque cenſuerunt Sabaudiæ Duces, aliquam pro hujuſmodi Pontificiæ promiſſionis defenſione, & manutentione, illorum Epiſcoporum opem expetere, ſatis rati ad id ſufficere, vigilantiſſimi illius Senatus zelum, & operam. Hinc in Indulto à Gregorio XIII. ad Ducis Emanuelis-Philiberti ſupplicationem obtento, ſoli, ubi opus eſſe poterat, Epiſcopi ciſmontani adhibiti fuerunt, videlicet Taurinen. Auguſten.& Nicien.

7. Latum eidem veritati amplectendæ locum præbebant prædictæ Pontificum Conſtitutiones, hanc comprehenſionem in Nicolai placitis ſine aliqua modificatione ratam habentes; nam eo ipſo, quòd à Nicolai mente, & verbis, tàm de *Sabaudia*, quàm de *Pedemontio* prædicabilibus nihil in ſuis Apoſtolicis literis exceperunt, manifeſtè demonſtrant, omnem Ducis ditionem fuiſſe in eadem Pontificia promiſſione comprehenſam, ſicuti habetur *in cap. quocirca 22. ſub tit. de privileg.* ubi Cæleſtinus III. Archiepiſcopo Londinenſi reſpondit, ſi indultum fuerit per verba indeſinita conceptum, dum nihil excipitur de eo, quod Indulgens excipere poterat, pleniſſimam interpretationem faciendam eſſe, nec debere unam, eandemque ſubſtantiam diverſo jure cenſeri, & maximè in ſubjecta Pontificiæ promiſſionis ſpecie; nam contra eum, qui apertiùs legem dicere potuit, eſt ſemper interpretatio facienda, prout de jure Canonico ſtatutum legitur *in cap. contra eum 57. ſub tit. de reg. jur. in* 6.& de jure Cæſareo *in l. veteribus 4. ff. de pactis*; neque relinquebatur de hoc aliqua dubitãdi ratio, dum Leo X. in Privilegio, ſeù Indulto paucos poſt menſes conceſſo favore Caroli Archiducis Auſtriæ de quo diſſerui *in Enucleat. num.* 144.& 145. ſuper eadem forma ſervanda circa proviſiones dignitatum Abbatialium in ejuſdem Principis temporalibus Dominiis exiſtentium ibidem, Neapolis, & Hiſpaniarum Regna, & dein Ducatum Mediolanenſem nominatim excepit, & ita exploratum eſt; Nec ignorare poterant Officiales Dataríæ, idem ſemper conſueviſſe Summos Pontifices, quotieſcumque ab Indultis, vel Concordatis, aliiſque conſtitutionibus reſpicientibus per verba abſoluta, & indefinita *Ditionem*, ſeù *Dominium*, *Diſtrictum*, vel *Statum* alicujus Supremi Principis, habuerunt in animo aliquam ejuſdem Dominii partem excludere, quamvis à reliquis totaliter diſtinctam, & longo Terrarum ſpatio disjunctam.

8. Jam ſatis hujus Comprehenſionis Pontificiarum Promiſſionum in *Sabaudia*, tàm citrà, quàm ultrà montes irrefragabilem veritatem anteà firmaverat ipſemet Julius III. Etenim cùm Rex Galliarum Henricus II. ut jam dixi, integram Sabaudiam ultramontanam, & totam ferè Pedemontanam Provinciam detineret, conſtat in primis, eumdem Regem in ſuis uniformibus Edictis ad Parlamenta Sabaudiæ, Pedemontis, Nannetenſe, & Aquenſe ſub die 14. Junii 1549. & 29. Julii 1550. varias favore ſa. me. Pauli III. & Apoſtolicæ Sedis declarationes iniiſſe in Sabaudia, Pedemonte, Ducatu Britaniæ, & Comitatu Provinciæ reſpectivè ſervandas, quarum tenorem in diſtinctis capitibus ad literam refert *Pinſonius de regal. tom. 2. in Invent. fol. mihi* 455. *Doviat. ſpecimen juris tom. 2. fol.* 62.

9. Hujuſmodi declarationibus uniformiter, & eadem die ad prædicta Parlamenta

menta directis non obſtantibus, Rex Henricus anno 1550. in menſe Octobris petiit à Julio III. Pauli ſucceſſore, ut admitteretur ad nominandos Epiſcopos, & Abbates Sabaudiæ,& Pedemontis,prout aſſerebat ex Pontificiis Indultis datum fuiſſe Sabaudiæ Ducibus, & Pedemontium Principibus ſuis Prædeceſſoribus: Huic petitioni quid reſponderit Summus Pontifex eidem Regi in ſuo Brevi Apoſtolico ſub die 28. Octobris 1550. ſigillatim refert eruditiſſimus Cardinalis *Oſſatus ep.* 301. *ad Villaregium verſic. outre cela* in illis verbis, quæ ex Gallico idiomate hic tranſcribere non piget: *oltre queſto hò ritrovata la copia d'un Breve ſpedito dal ſuddetto Papa al medemo Rè delli* 28.*Ottobre* 1550.*per il quale non oſtante,che il medemo Rè aveſſe fatta un'altra dichiarazione*(nam ſupra Cardinalis meminerat de ſimili pariter facta intuitu Ducatus Britaniæ)*à favore della Sãta Sede nel toccante li Paeſi della Savoja, e del Piemonte; nulladimeno pretendeva, che li Duchi ſuoi Predeceſſori aveſſero ottenuti indulti, de' quali eſſo doveva gioire: Sua Santità riſpoſe, che Sua Maeſtà non aveva cos'alcuna da eſibire de' ſudetti Indulti nel tempo di Paolo III. nè del ſuo, e nientedimeno promette in parola di Papa per ſe,e ſuoi ſucceſſori Papi,e per la Santa Sede, che ſe Sua Maeſtà proverà frà dieciotto meſi, che ſiano ſtati conceſſi Privilegj, ed Indulti Apoſtolici a' ſuddetti Duchi, e che tali Privilegj, ed Indulti ſiino ſtati validi, ed in uſo, e che a ragione di ciò il detto Rè abbia qualche diritto in riguardo de' Veſcovadi,ed Abazìe de' ſuddetti Paeſi,gli verran fatti buoni.*

10. Facilè fuit Regi Henrico ſuam intentionem juſtificare, exhibendo promiſſionem à Nicolao V.contractam erga Ludovicum Sabaudiæ Ducem,& ampliſſima Indulta jam tunc à Leone X.& Clemente VII.favore Ducis Caroli III.emanata, atque de cæteris edocere, quæ Pontifex in ſuo Brevi præceperat, ſicuti probavit eventus; nam in fine anni 1552. ſeù in principio ſubſequentis anni 1553. ipſemet Rex obtinuit ab eodem Pontifice Julio III. confirmationem eorundem Indultorum pro nominandis Epiſcopis, & Abbatibus, tàm in Provincia *Sabaudiæ*, quàm *Pedemontii* conſiſtentibus, eodem modo, quo *Sabaudiæ*, Duces, & *Pedemontium* Principes ſui Prædeceſſores nominare conſueverant, cujus gratiæ ultra modum ſpecialis intuitu, Rex Henricus eidem Pontifici reciprocè promiſit, quòd prædictæ declarationes, ut ſupra ab eodem jam factæ favore Apoſtolicæ Sedis anno 1549. & 1550. in Sabaudia, & Pedemontio, prout in Ducatu Brittaniæ, & Comitatu Provinciæ à Parlamentis in verificatione,ſeù regiſtratione Regiorum Edictorum limitatæ,novis Edictis, & juſſionibus ad integram,& inviolabilem obſervantiam redigerentur.

11. Hanc facti veritatem hiſtorica narratione proſequitur Cardinalis *Oſſatus* ad Villaregium ubi ſupra, in illis verbis: *Ed a fine, che voi poſſiate in ciò meglio giudicare di tutte le coſe, Io vi traſmetto copia delle ſuddette ſcritture, dal ſeguito delle quali, e dal contenuto ne' loro atti è facile a giudicare, che dopo il ſuddetto Breve di Giulio III. del* 1550.*ſino all'ultima dichiarazione d'Enrico II. de'* 18. *Aprile* 1553.*il ſuddetto Rè in queſto ſpazio di tempo di due anni,e cinque meſi fece apparire degl'Indulti conceſſi a i Duchi di Savoja, e n'ottenne la conſermazione per ſe, la quale deve eſſer ſtata conceduta poco tempo innanti li* 18. *Aprile* 1553.*mentre che le parole del Rè ſono: Noi in queſti giorni paſſati liberalmente,&c.di maniera, che potrà quella eſſere ſtata ſpedita ſu'l fine del* 1552.*o pure nel principio del* 1553. *il che vi ſervirà per trovarne coſtì più prontamente le Bolle, ò il Breve: Noi non laſceremo per tanto di farle ricercare quivi ne' regiſtri,*

ſtri, ſe vi potremo penetrare, il che ci ſarà, può eſſer, difficile.

12. Prædictæ hiſtoricæ narrationis plenam, & indubitatam fidem faciunt eadem publica ipſiuſmet Henrici Regis Edicta ad Parlamentũ Nannetenſe ſub die 18. Aprilis, & 29. Octobris 1553. à prædicto *Pinſonio recollecta cit. to. 3. à f. mihi 457. uſque ad f. 463.* ubi Rex ipſe hanc veritatem enixè teſtatus à præmemorato Nannetenſi Parlamento, ſine aliqua modificatione verificatam, ſeù regiſtratam, quod prædictus Rex Henricus Parlamento Sabaudiæ ſimili Edicto, & per eadem verba concepto ſignificavit, cujus tenorem ab illius Supremi Senatus Archivio tranſumptum, prout jacet hic de verbo ad verbum tranſcribere Gallico idiomate neceſſarium exiſtimo.

13. *Henry par la grace de Dieu Roy de France, A Nos Amès & feaux les Gens de noſtre Cour de Parlement de Savoye, ſeant a Chambery, ſalut, & dilection. Comme par nos lettres patentes en forme d'Edit, & declaracion du 14. Juin 1549. & du 29. Juillet 1550. par nous octrojèes tant du Pontificat de ſeüe recommandable memoire Pape Paul III. comme encor au preſent Pape Jules III. nous avons fait ample, & expreſſe declaration au Saint Siege Apoſtolique des autoritès, prerogatives, preeminences, pouvoirs, puiſſances, & facultez pretendus par Sa Saintetè en nos Pais de Savoye, & de Piedmont ſelon, & ainſi que ſes predeceſſeurs Papes en ont jouis, & uſè, c'eſt à ſcavoir quant aux reſerves des mois Apoſtoliques, & autres generales, & ſpeciales Conſtitutions, Ordonnances, & Regles de ſa Chancellerie de benefices, Coadiutories, Mandats de providendo, expectatives, & autres ſemblables graces, mèmes preventions, aſſignations de penſions ſur benefices, receptions, & obſervations des monitions, cenſures, interdits, & ſentences de la Cour de Rome, devolution en cauſes ſpirituelles, & beneficielles, & autres particularitès a plein contenües, & ſpecifièes par nos dites lettres, & declarations, les quelles auroient eſtè leües, publièes, & verifièes en nos dites Cours de Parlement, & Conſeil des dits Pais, & toutes fois le Nonce de Noſtre Saint Pere reſident auprès de nous, nous a remonſtrè de la part de Sa Saintetè qu'il a eſtè avertì, qu'en nos dites Cours procedentes a la lecture, & publication de noſdites lettres ont fait certains Regiſtres ſecrets contenants pluſieurs reſtrictions, & modifications contre la teneur de nos dites lettres, dont par ce mojen vous ne voulez permettre l'execution, la quelle auſſy noſtre Procureur General empeche de ſon coſtè, & par ce mojen les dits droits, autoritès, prerogatives, & preeminences de noſtre dit Saint Pere, & S. Siege ſont a tout propos condemnès, impugnès, & debattus par Ceux qui le veulent entreprendre ſans qu'il aye eſtè, ny ſoit faite aucune demonſtration, ny exception en juſtice pour reparer les attentots, & faire enſuivre nos vouloirs, & intentions. Nous requerant a cette cauſe le dit Nonce ſur ce vouloir pour voir de remede convenable, conſiderè qu'a noſtre requiſition* Noſtre dit Saint Pere nous a ces jours *paſsès liberalement concedè, & octrojè la confirmation qu'avoient Nos Predeceſſeurs Ducs de Savoye, Princes de Piedmont de nommer, & preſenter aux benefices Conciſtoriaux des dits Pais, avec autres graces, & conceſſions contenues aux dits Induls, s'aſſeurant Sa Saintetè qu'ayant fait pour nous quant'a la dite confirmation nous faſſions ſemblablement pour elle quant'a l'execution de nos dites lettres, & declarations pour la jouyſſance des dits droits, autoritès, prerogatives, preeminences, pouvoirs, puiſſances, & facultez, & a cette conſideration nous ont par elle les dits Induls eſtè confirmès. Pour ce, que nous voulans non ſeulement obſerver a Noſtre Saint Pe-*

re

re le reciproque, mais davantage faire tout ce que nous pouvons pour le gratifier, & complaire affin qu'il connoiſſe par evident effect l'affection, & devotion filiale que nous luy portons, ne luy ayant promis aucune choſe que nous ne voulions de bien bon coeur entretenir, & garder a Sadite Saintetè. Pour ces cauſes, & autres, & bonnes conſiderations ace nous mouvant avons derechef entant que de beſoin ſeroit dit, & declarè, diſons, & declarons, voulons, & nous plait de noſtre propre mouvemens, certaine ſcience, pleine puiſſance, & autoritè Royalle que nos dites lettres, & declarations du 14. juin 1549. & 20. juillet 1550. ayent lieu, ſortent leur plein, & entier effect, & ſojent entretenus, gardès, & obſervès ſelon leur propre forme, & teneur ſans aucune reſtriction, modification, ny difficultè, non obſtant les contradictions, & empechements de noſtre Procureur General, auquel & a tout autre nous impoſons ſilence. Et ſi nous avons probibè, & deſendu, probibons, & defendons par ces dites preſentes a tous autres nos juges, & Officiers que ſoubs peine de nullitè de nos arreſts, jugements, & procedeures, ils n'ayent a juger, attenter, ny innover en quelque maniere que ce ſoit contre, ny au prejudice du contenu a icelles nos deux lettres de declaration pour le regard des dits droits, autoritès, prerogatives, preeminences, & facultez de noſtre S. Pere, & Siege Apoſtolique en nos Pays de Savoye, & Piedemont, voulons en outre que les arreſts, & jugements que l'on pourroit pretendre avoir eſtè donnès en noſtre dite Cour de Parlement, ou par autres nos juges contre, & au prejudice de nos dites declarations, ſpecialement en ce que concerne la reſervation des huit mois, & autres particularitès des ſuſdits ſeront apportès par devers nous en noſtre Conſeil privè par iceux, veus eſtre ordonnè ſur la caſſation, & annullation ainſi que de raiſon & au regard des Regiſtres ſecrets que l'on pretend avoir eſtè faits en noſtre dite Cour de Parlement, ainſy que dit eſt nous les avons par les dites preſentes caſsès, & annullès, caſſons, & annullons, ny entendons, que l'on aye aucun egard pour le preſent ny advenir en quelque maniere que ce ſoit: Voulons, nous mandons, & tres expreſſement commandons, & enjoignons à chaſcun de vous, endroit ſoy, & comme luy appartient, que nos precedentes declarations, pacts, & tout le contenu cy deſſus vous entreteniès gardiès, & obſerviès, faites de point en point avec nos precedentes dont eſt queſtion entretenir, garder, & obſerver, lire, publier, & enregiſtrer, ſi beſoin eſt, ſans aller ny venir, ſans ſoufrir eſtre allè ny venu directement, ou indirectement, aucontraire en quelconque maniere que ce ſoit. En outre nous mandons par ces dites preſentes que vous ayez à exorter, & defendre par nous aux Eveſques, Abbès, & autres Collateurs Ordinaires des dits Pais de Savoye, & Piedmont, de ne conferer les dits benefices reſervè comme deſſus, ſpecialement dans les huit mois a la reſervation Apoſtolique, & de n'attenter, ny innover au prejudice de nos dites declarations, & de ces preſentes en quelque maniere, que ce ſoit, & a ce faire ſoufrir, & obeir, contraigniès, & faiſiès contraindre les dits Prelats, & Collateurs par ſaiſiſſement de leur temporel en noſtre main juſqu'ace qu'ils ayent obey & autres manieres deues, & en tel cas requiſes, car tel eſt noſtre plaiſir non obſtant quelconques ordonnances, reſtrictions, mandements, defences a ce contraires. Donneès a S. Germain en Laye le dishuitième jour d'Avril l'an de grace mille cinqcents cinquante trois, & de noſtre Regne le ſeptieme. Ainſy ſignè ſur le repli Par le Roy eſtant en ſon Conſeil Du Thier, & ſcellè de cire jaune a ſimple queue pendant, & au blanc des dites lettres eſt eſcrit ce que s'enſuit.

Leiies, publièes, & enregiſtrèes ce requerant les Gens du Roy a Chambery le 2. 7mbre 1553.

14. Petunt Officiales Datariæ, quod præ manibus habent, & Cæſareo in hac re magis rigori, quàm canonicæ æquitati inhærentes nimis grave putant, quòd ex reconditis Vaticani Archiviis hoc antiquiſſimum originale Indultum Regi Henrico à Pontifice Julio III. conceſſum in lucem prodeat. Verumtamen ſatis de illius veritate, & exiſtentia conſtare nullus niſi temerè ambigere poterit, poſtquam de eo in facto proprio tunc indubitatam fidem fecit Henricus II. Rex Chriſtianiſſimus in publicis Edictis à Parlamento Nannetenſi, & Senatu Sabaudiæ verificatis, & de illius realitate plenè teſtantur poſt Cardinalem de *Oſſat*, ubi ſupra, *Thomaſſinus de benef.lib.2.cap.*40.*num.*11. *Pinſonius de regal.tom.*1.*cap.*14.*num.*10. *fol.mihi* 286.*Doviat ſpecimen juris in præfat.cap.*9.*nu.*3. *Advocatus de Patrà* in ſua celebri *diſputatione* in magna aula Curiæ Pariſienſis ſub die 10. Septembris 1643. & maximè dum hujus Indulti correſpectivitas à prædicto Rege in ſuis Edictis aſſerta, hanc facti permanentem veritatem oſtendit in illis Cancellariæ regulis, quibus actualitèr utitur adhuc Dataria circà proviſiones beneficiales in Ducatu Britaniæ in Provincia Sabaudiæ, & Comitatu Provinciæ, de quarum obſervantia intuitu Britaniæ conqueritur laudatus *de Patrà* in prællegata *diſputatione*.

15. Iſtis minimè obloquitur Henrici Regis Edictum ſub die 29.Julii 1550. in *Summ.num.*43. cujus informem copiam in latino idiomate à perſona ſibi fida ex Archivio Sabaudiæ non ſine ſingulari induſtria habuiſſe jactat Nuncius Taurinenſis in epiſtola ibidem ſub die 10. Februarii 1671. ab Adverſantibus exhibita, in cujus tenore fit mentio de Epiſcopatibus, & Abbatiis, ultra ea, quæ ipſemet Rex Henricus in hoc eodem Edicto olim declaraſſe favore Apoſtolicæ Sedis teſtatur in poſteriori Edicto de anno 1553. ſupra ad literam exhibito, ubi non fit alia mentio, niſi de illis, quæ declaraverat ſub iiſdem anno, & die 1550. intuitu Ducatus Britaniæ, & Comitatus Provinciæ: Etenim dato citra præiudicium veritatis, quòd Rex Henricus præter expreſſa in præallegatis Edictis de anno 1549. 1550. & 1553. ea ulteriùs intuitu Sabaudiæ, & Pedemontis circa proviſiones Eccleſiarum, & Monaſteriorum declaraverit favore Apoſtolicæ Sedis, quæ habentur in exemplari ab Adverſantibus producto; nihilominùs nullius adhuc momenti cenſenda eſſent omnia illa, quæ ſuper tali ſuppoſito facti compilator aſtruxit in ſuis allegationibus, *numer.* 46. & fusè proſequutus eſt pro Dataria ſcribens Illuſtriſſimus Dominus Marcellus Severolus in ſuo eruditiſſimo reſponſo, *numer.* 45. *& ſeqq.* ubi animadvertens ex prædictis actis Julii III. cauſam ſuæ Regiæ Celſitudinis ab omnibus Datariæ ſubterfugiis vindicari, ad ea infringenda, vel ſaltem enervanda, omnem lapidem movit, ſed inani conatu; nam in primis quamlibet à luce veritatis nebulam fugat Cardinalis *Oſſatus* in præmemorata *epiſt.*301. narrans Regem Henricum, non obſtante declaratione facta ad favorem Apoſtolicæ Sedis intuitu rerum beneficialium *Sabaudiæ*, & *Pedemontis*: nihilominùs nondum lapſis tribus menſibus à die ejuſdem declarationis, videlicet in menſe Octobris 1550. apud prædictum Pontificem inſtetiſſe pro uſu, & participatione eorundem Indultorum, quibus Duces Sabaudiæ ſui prædeceſſores fruebantur: Quo intellecto ipſemet Pontifex Julius III. in ſuo Brevi epiſtolari ſub die 28.Octobris 1550. promiſit eidem Regi, quòd facta fide de allegatis Indultis, in ordine ad Eccleſias Cathedrales, & Abbatiales, tàm citra, quam ultra montes favore Ducum Sabaudiæ, idem Jus ipſimet Duci concederet, proùt latiùs habetur in eodem Brevi, cujus exemplar tunc penès ſe habuiſ-

buiſſe teſtatur ibidem prædictus Cardinalis de *Oſſat*, ipſius tenorem referendo.

16. Hinc exhibitis ab eodem Rege Henrico Indultis, olim conceſſis *Sabaudiæ* Ducibus, ſicuti proſequitur ibidem ipſemet Cardinalis, emanavit Indultum favore ejuſdem Regis, quod cauſam dedit Edictis dein ſubſequutis favore Apoſtolicæ Sedis ſub die 18. Aprilis 1553. & ſingulariter illi, quod ſupra *num.* 13. ad literam exhibui, directum ad Parlamentum *Sabaudiæ*; ex cujus facti irrefragabili contextu ſuperfluum eſt quærere, quid contineatur in declaratione præcedenti ſub die 29. Aprilis 1550. cùm ex poſt fuerit eidem derogatum, aut potiùs in hac parte reſpiciente Epiſcopatuum, & Abbatiarum proviſiones in Provinciis *Sabaudiæ*, & *Pedemontis*, ex Indultis dein exhibitis affatim deleta.

17. Animadvertit D. Severolus ubi ſupra, *verſic. Secundò ponderandum*, Henricum II. in prædictis declarationibus de anno 1553. non dixiſſe ſibi fuiſſe conceſſum aliquod novum Indultum, ſed dumtaxat confirmationem Indultorum, quæ anteà habebant Duces *Sabaudiæ*, Principes *Pedemontium*, quod veriſſimum fateor, nec ego in mea Enucleatione unquam loquutus ſum de aliquo novo Indulto, tunc emanato ad favorem Regis Henrici, ſed ſimpliciter illam confirmationem ſub nomine Indulti recenſui ibidem à *num.* 147. *uſque ad num.* 159. ubi in hac re ſatis ſenſum meum aperui.

18. Rejiciendam tamen exiſtimo illationem illam, cui ex hac Indultorum tranſmiſſione, ſeù communicatione in perſonam Regis Henrici nititur D. Severolus, arguens illam confirmationem, quæ tunc referri non poterat, niſi ad Promiſſionem Nicolai V. & indulta Sixti IV. Leonis X. & Clementis VII. nihil ad impugnatam *Pedemontis* comprehenſionem influere, ſingula ſingulis congruè referendo, nempè, ut quoad Epiſcopatus, & Abbatias *Sabaudiæ* fuerit confirmatum Indultum Sixti IV. Etenim hæc illatio, juxta quam ſupervacuum in eo, quod pertinet ad rem noſtram, redderetur Indultum à Summo Pontifice Julio III. Regi Henrico conceſſum, totalitèr excluditur à præcedentis ſubſtantia facti, undè deſumitur, & primò ex eadem declaratione prædicti Regis, qua Adverſantes utuntur, ubi ſpecialitèr habetur in eo præcipuè Summum Pontificem ſtetiſſe, ut Rex Henricus ſe abſtineret à nominationibus ad Cathedrales Eccleſias, & Abbatiales dignitates, tàm in *Sabaudia*, quàm in *Pedemontio* conſiſtentes, ex quo Rex Henricus, nondum conſcius Indultorum Ducis Sabaudiæ, primo loco ibidem declaravit, quòd in Ducatu *Sabaudiæ*, & Principatu *Pedemontano* ſe à prædictis nominationibus abſtineret, & ea liberè ad Sedis Apoſtolicæ diſpoſitionem relinqueret.

19. Illud certum eſt, hanc declarationem, quam Officiales Datariæ in relatis terminis conceptam ſupponunt, dein cauſam dediſſe ipſimet Regi poſt habitam Indultorum notitiam reclamandi ad eumdem Pontificem, ad effectum, ut gauderet Jure nominandi ad Epiſcopales, & Abbatiales dignitates, tàm in *Sabaudia*, quàm in *Pedemontio*, a quo, Indultorum ſui prædeceſſoris inſcius receſſerat, & ideò ab eodem Pontifice certiorato de præcedentibus favore Ducum Sabaudiæ Pontificiis Promiſſionibus, & Indultis, eorumdem confirmationem, ſeù tranſmiſſionem obtinuiſſe, juxta tradita per Cardinalem de *Oſſat cit. epiſt.* 301. de quibus *in Enucleat. num.* 148.; ſed quod magis eſt, ipſemet Rex Henricus, in tribus publicis Edictis, & ſingulariter in directo ad Parlamentum Sabaudiæ, conquerente Nuncio Apoſtolico apud ipſum commorante, nomine Summi Pontificis, quòd in *Sabaudia*, & *Pedemontio* prædictum Edictum ſub die 14. Junii

 1549.

1549. relatum à *Pinſonio cit.tom.2.fol.*455.& aliud ſub die 29. Julii 1550., quod recenſet *Doviat.in ſuo ſpecim.Jur.tom.2.fol.*61. ab eodem Parlamento Sabaudiæ, ex ſecretis reſtrictionibus,& modificationibus in regiſtratione adhibitis contemnerentur, ſtatuit,& eidem Parlamento præcisè mandavit,prout ſequitur,in illis verbis, quæ hic verſa ad italicum ſermonem iterum refero: *Conſiderato, che à noſtra richieſta ci hà il Noſtro Santo Padre ne' giorni paſſati liberalmente data, e conceſſa la confermazione, che avevano i noſtri Predeceſſori Duchi di Savoja, Principi del Piemonte di nominare, e preſentare à i beneficii Conciſtoriali de' ſuddetti Paeſi,con altre,grazie,e conceſſioni contenute ne' medeſimi Indulti,aſſicurandoſi Sua Santità,che avendo fatto per Noi,quanto alla detta confermazione, Noi faceſſimo parimente per eſſa quanto all'eſecuzione delle noſtre ſuddette lettere patenti,e dichiarazioni per l'oſſervanza, ed uſo de i detti diritti, autorità, prerogative,preeminenze,poteri, e facoltà, e che à queſta conſiderazione, ci ſono per la medema i ſuddetti Indulti ſtati confermati. Per ciò volendo Noi,&c.* Et ideò quoties a Summis Pontificibus renovabantur favore Regum Franciæ Indulta, pro nominationibus ad beneficia conciſtorialia Ducatus Britaniæ, & Comitatus Provinciæ,neceſſe habebant ipſimet Reges ſupradictas declarationes, tanquam correſpectivas innovare ad favorem Apoſtolicæ Sedis, quod ſervatum ſemper fuiſſe uſque ad annum 1586. teſtatur Cardinalis de *Oſſat.cit.epiſt.*301.*in fin.* ibidem §. *en liſant: nel leggere le ſuddette dichiarazioni d'Enrico II. in favore della Santa Sede,tanto per la Savoja, e 'l Piemonte, che per la Bretagna,ſi deve notare, che tutte le volte,che i Papi rinovavano gl'Indulti per la Bretagna,e per la Provenza,eſeguivano ſimili dichiarazioni da i Rè ſino all'anno* 1586.*in cui Siſto V. avendo poſto nella Dataria perſone totalmente nuove, il Signor Cardinal d'Eſte, col quale io dimorava,trovò mezzo d'avere l'Indulto di Bretagna, e della Provenza per il fù Rè, ſenza che faceſſe alcuna dichiarazione, il che poi è ſtato praticato dal Rè preſente,quando ottenne un ſimile Indulto per ſe medemo, &c.*

20. Nullo ſanè Jure ſubſiſtit, quod poſt admiſſam hujuſmodi Indultorum confirmationem, ſeù tranſmiſſionem favore Regis Henrici, Scribens in facto pro Dataria minus aptè concludit, *num.* 46. videlicet, in omnem caſum ſufficere reſponſionem,quòd Privilegium uni perſonæ conceſſum, ad aliam extendi non debeat, cui inhæret D. Advocatus de Jandis in ſua conſultatione *num.*24. ex vulgata illa Juris regula, ex qua habetur, *Privilegia non extendi de perſona ad perſonam*. Etenim Dux Sabaudiæ non utitur alieno Jure, ſed proprio; at quia hoc idem Jus fuit communicatum Regi Henrico à Pontifice Julio III. ideò eamdem confirmationem, & participationem adducit, ut pateat, qualis fuerit prædicti Pontificis ſenſus circa veram,& indubitatam ipſorummet Indultorum intelligentiam, ut contradicentes, quibus non ſufficit apertiſſima Nicolai V. verborum,& mentis declaratio,ſaltem ab expreſſo Pontificis Julii oraculo propoſitam veritatem fateri cogantur.

21. Ex hujus facti contextu,rejectis inſubſiſtentibus illationibus ex adverſo allegatis,patet ad oculum, Julium III. in illa communicatione,ſeù confirmatione facta Henrico II.de illis,quæ Nicolaus V.Ludovico Sabaudiæ Duci promiſerat,& Leo X.atque Clemens VII. eamdem promiſſionem innovantes,atque ampliantes Duci Carolo III.indulſerant circa modum ſervandum in proviſionibus omnium, & quarumcunque Cathedralium Eccleſiarum,& Abbatialium dignitatum,*in diſtrictu ſui temporalis Dominii* conſiſtentium, proprio, & infallibili oraculo fir-

maſſe,

maſſe, & declaraſſe, quòd in iiſdem Promiſſionibus, & Indultis non ſolùm comprehenderentur Eccleſiæ, & Monaſteria *Sabaudiæ, & Pedemontis*; ſed etiam, quòd eadem Promiſſa, & Indulta, verum, & indubitatum Jus nominandi ad prædictas Eccleſias, & Monaſteria continerent, licèt meo judicio, præciſa neceſſitas, quam ſibi impoſuerunt Summi Pontifices habendi præviam, atque paſſivam intentionem, atque conſenſum Ducis, de perſonis ad Epiſcopatum, vel ad Abbatiam promovendis, aut de quibus perſonis tales proviſiones eſſent faciendæ, importet aliquid etiam magis noſtris Principibus amplum, & favorabile, quàm Jus expreſſum nominandi, à Jure Canonico, certis, & individualibus legibus limitatum, ſicuti latè probavi in *Enucleat. cap. 5. & ſeqq.* ultra ea, quæ ibidem in præcedentibus hiſtoricè adduxi, ad juſtificandum hoc Jus *Ducibus Sabaudiæ* promiſſum, ſeù conceſſum, aliud non fuiſſe, quàm neceſſitatem in præmium verſam ad eum modum, quo pari ratione, licèt majori potentia apertiùs actum fuit in Concordatis inter Summum Pontificem Leonem X. & Franciſcum I. Galliarum Regem.

22. His omnibus, quæ in Pontificatu Julii III. peracta ſunt erga Henricum II. Galliarum Regem ritè, ac rectè perpenſis, ſi ſuperaddatur Indultum dein ab eodem Pontifice emanatum favore Ducis Emanuelis-Philiberti ſub die 6. Octobris 1554. in quo ex cauſis ſupra allegatis *num. 6.* eidem Principi literas Apoſtolicas Nicolai V. & ſubſequuta Pontificum Indulta confirmavit, & ampliavit, tollitur ex præcedentibus dicti Pontificis Julii III. declarationibus quælibet vana ſubauditio adversùs ſanam intelligentiam, & uſum Juris ex iiſdem Promiſſionibus, & Indultis Sabaudiæ Ducibus perpetuò quæſiti, pro nominandis, ſeù ſupplicandis Epiſcopis, & Abbatibus, tàm in *Sabaudia*, quàm in *Pedemontio* conſiſtentibus.

23. Pro eodem veritatis ſenſu, in eo, quod reſpicit ex adverſo impugnatam *Pedemontani Principatus* comprehenſionem, urgebant geſta de anno 1585. in Pontificatu Sixti V. cui cùm Orator Ducis Sabaudiæ juxta Promiſſionem à prædicto Nicolao contractam, ejuſdem Pontificis literas Apoſtolicas exhibuiſſet, ad effectum nominandi in beneficiis conciſtorialibus ſui temporalis Dominii: Cardinales Joannes-Baptiſta Caſtanea, & Hippolytus Aldobrandinus, tunc Prodatarius, à prædicto Pontifice ad conſultandum adhibiti, unicum perſonalitatis dumtaxat dubium, contra Caroli-Emanuelis I. tunc regnantis petitionem excitàrunt, omni, ab oculatiſſimis, & ſapientiſſimis Patribus, vanæ hujus reſtrictionis ultra montes ambiguitate neglecta, ſicuti conſtat ex Brevi epiſtolari ipſiuſmet Pontificis ad eumdem Ducem *in ſumm. num.* 44. & in mea *Enucleat. num.* 179. Facilè fuit *Antonio Bagnaſacco*, inſigni Juriſconſulto, tunc Sereniſſimi Ducis Advocato Generali, in ſua celebri *Conſultatione*, typis edita Taurini de anno 1588., hanc inanem perſonalitatis exceptionem rejicere, & maximè ex de novo productis, ultra Nicolai Promiſſionem, Sixto V. ab Oratore Sabaudiæ dumtaxat exhibitam, ſubſequutis Clementis X. Julii III. & Gregorii XIII. Apoſtolicis literis, de quibus omnibus certioratus ipſemet Cardinalis Aldobrandinus, dein aſſumpto nomine Clementis VIII. ad ſummum Pontificatus apicem evectus, Nicolai V. Promiſſionem, cæteraque Pontificia Indulta ſpecificè ad perpetuam rei memoriam confirmavit, & innovavit.

24. Præmemoratam *Bagnaſacchi conſultationem* valdè commendat eidem coævus *Anaſtaſius Germonius* Archiepiſcopus Tarantaſienſis, celebris illorum

tem-

temporum Canoniſta *de ſacror. immunit. lib. 3. cap. 11. num.* 25. ubi in præcedenti *num.*24. explicitè profeſſus eſt, Nicolai Promiſſionem fuiſſe contractam favore *Ducum Sabaudiæ*, pro omnibus Epiſcopatibus, & Abbatiis, exiſtentibus in eorundem Principum ampliſſimo Dominio, tàm citra, quàm ultra montes, quod idem aſſeruit Cardinalis *Oſſat cit. epiſt.*301. in qua vim, & efficaciam hujuſmodi Promiſſionum, & Indultorum accuratè diſcuſſit, & ante illos tanquam de re indubitata loquuti ſunt *Pinſonius*, & alii antiquiores Regiæ Sabaudiæ Domus Hiſtoriographi, in vita Ducis Ludovici, quos ſequitur Eques *Guicenonius* in ſua *hiſt. Saband. tom.*1. *cap.*11. *fol. mihi* 45. nam quod Adverſantes opponunt, Scriptores Gallos, loquentes indefinitè *des Estats*, aut *de l'Eſtat de Savoye*, ſivè *du Duc de Savoye*, intelligendos eſſe de ſola *Provincia Sabaudiæ* ultra montes, veniam magis, quàm ſolutionem à Gallico idiomate utentibus expoſcit, nec alium juxtà communem uſum loquendi, & omnem rationem recti ſermonis in quolibet idiomate hæc indefinita, & abſoluta locutio ſignificatum admittit, prout ſupra annuebam *num.*5. niſi magis ſtudio contradicendi placeat grammaticalibus nugis, aut forenſibus technis, verum, ac naturalem verborum, & mentis ſenſum eludere.

25. Præponderare tandem debuerat apud Officiales Dataríæ *Sacra Rota Romana*, omnium in jure dicendo magiſtra, quæ in deciſis penès *Creſcentium ſub tit. de probat. deciſ.*16. hanc comprehenſionem Sabaudiæ tàm citrà, quàm ultra montes in Promiſſione Nicolai V. & ſubſequutis Indultis tanquam indubitatam ſuppoſuit, quæſitum fuit ibidem, an ſtante Privilegio per plures Pontifices ſucceſſivè conceſſo *Sabaudiæ Duci*, quòd de beneficiis, in ipſius Dominio exiſtentibus, aliàs generaliter reſervatis non valeat provideri, niſi de perſonis ejuſdem Principis *Ditioni* ſubjectis, vel aliàs ſibi gratis, & acceptis, neceſſe haberet impugnans gratiam Apoſtolicam alienigenæ conceſſam probare, quòd proviſus, non eſſet Duci acceptus, & fuit unanimi voce reſolutum, quòd cùm actor debeat intentionem ſuam plenè probare, ſi aliàs Conventus non probetur, Duci ingratus, præſumi gratum.

26. Fatentur Adverſantes, ſummum illud Tribunal loqui ibidem de Promiſſione contracta à Nicolao V. erga Ludovicum Sabaudiæ Ducem, quam jam tunc ſubſequuti Pontifices Leo X. & Clemens VII. in ſuis Indultis innovaverant; neque id controvertere poterant; nam Nicolaus in ſecundo capite, ubi diſponit circa formam ſervandam in proviſionibus dignitatum poſt Pontificalem majorum, ac Prioratuum Conventualium, dein ſequutivè ſuperaddidit illa propemodum verba in hac *Rotali deciſione* (relata ibidem) *Ac aliàs generaliter diſpoſitioni noſtræ reſervatis in diſtrictu præfato non providebimus niſi fuerint de locis ipſius Ducis, aut ſibi gratæ, vel acceptæ de aliis locis oriundæ*, quo poſito, illud etiam revocari nequit in dubium, quòd *Ditio*, ſeù *Dominium* Ducis Sabaudiæ, de quo loquitur Conſtitutio Nicolai V. in hac ſecunda parte contractæ Promiſſionis cenſendum non ſit unum, & idem cum illo ipſius Ducis *Dominio*, de qua antea loquutus fuerat in prima parte intuitu Eccleſiarum Metropolitanarum, & Cathedralium, atque Abbatialium dignitatum; nam eſſe unum, & idem, nec poſſe diverſimodè haberi, convincitur ex inevitabili earumdem literarum Apoſtolicarum contextu, in quo Summus ille Pontifex, primo loco certam legem favore *Ducis Sabaudiæ*, ſibi impoſuit circa proviſiones Epiſcopatuum, & Abbatiarum *in diſtrictu ſui temporalis Dominii* conſiſtentium;

dein

dein deveniens ad alia minora beneficia, eorumdem localitatem deſignavit per illa verba: *In diſtrictu prædicto*, & conſequenter *in diſtrictu ſui temporalis dominii*, quod immediatè anteà præſcripſerat in ordine ad Epiſcopales, & Abbatiales dignitates.

27. Ex hujuſmodi præmiſſis neceſſariò ſequitur, *Rotam Romanam* in ea fuiſſe ſententia, quòd Promiſſio Nicolai V. aliaque Pontificia Indulta ſub illis verbis: *In diſtrictu ſui temporalis Dominii*, complecterentur etiam Citramontanas Eccleſias, & Abbatiales dignitates, dum ſuppoſuit in eodem *Diſtrictu* comprehendi alia minora beneficia, in iiſdem Regionibus exiſtentia, unde ad rem, de qua quæritur nihil relevat, aut vim aliquam *Judicii Rotalis* elidit, quòd in eo alia quæſtio proponatur, quæ minoribus ſolùm beneficiis, non autem Epiſcopatibus, & Abbatiis adaptari poteſt, prout à propoſitæ veritatis puncto diſcedens objecit, *ſcribens in* facto *numer.* 41. cui famulatur Dominus Advocatus *de Jandir* in ſua *conſultatione legali numer.* 24. nam concluſio ex *Rotali deciſione* proveniens, non oritur à qualitate beneficiorum, in quorum proviſionibus, Pontificia Promiſſio diverſam formam diſcretivè præſcripſit, ſed ex identitate locali, quam eadem Promiſſio in ipſomet *diſtrictu temporalis Dominii* ad Ducem ſpectantis, non tàm Epiſcopatibus, & Abbatiis, quàm dignitatibus poſt Pontificalem majoribus, Prioratibus Conventualibus, cæteriſque minoribus beneficiis, aliàs reſervatis communem, & uniformem effecit.

28. Hujus *Rotalis Judicii* vim, & efficaciam perſtringens *Dom. Severolus numer.* 42. omne ſtudium adhibuit, ut ſaltem præſumptivè induci poſſet, quòd beneficium, de quo ibidem contendebatur, exiſteret in *Diœceſi Eduenſi*, ſicuti habetur in recentioribus impreſſionibus *Deciſionum Creſcentii Romæ* anno 1601. nam prout jure merito aſſerit antiquior impreſſio Romæ de anno 1589. ubi legitur *Diœceſis Abreducenſis*, manifeſtum errorem continet, cùm nullibi hæc ſomniata *Abreducenſis Diœceſis* reperiatur.

29. Attamen, ut detur veritatis locus, de neceſſe fateri oportet, recentiorem allegatam impreſſionem de anno 1601. fuiſſe in hac parte omninò vitiatam, atque corruptam; nam in *Diœceſi Eduenſi* Ducatus Burgundiæ, cujus Sedes Epiſcopalis manet in Civitate vulgari ſermone *Autun* nuncupata, & latino *Augustodunum*, certiſſimum eſt nullum unquã, nec minimum beneficium Eccleſiaſticũ extitiſſe pertinens ad *Ultramontanam* Ducum Sabaudiæ *Ditionem*, ſicuti probatur ex diſtincta deſcriptione penès *Pingonium* omnium locorum, olim pertinentium *ultra montes* ad Regiam Sabaudiæ Domum, & cujuſcunque oculis ſubjici poteſt in *Tabulis Geographicis*: Siquidem *Augustodunum*, & ejus Diœceſis, in Gallia Celtica diſtant à Lugduno ultra centum milliaria, in itinere verſus Urbem Pariſienſem, & adſunt intermediæ Diœceſes, Cabilonen. Maſticonen. & Lugdunen. propinquiores Breſcienſi, Bugenſi, Valromenſi, & Gexenſi Regionibus, quæ anno 1601. ad Henricum Magnum Galliarum Regem pervenerunt ex permutatione cum Carolo-Emanuele Primo Sabaudiæ Duce pro Marchionatu Salutienſi.

30. Vetus autem impreſſio, in qua legitur hoc Beneficium *Diœceſis Abreducenſis*, mutata litera A, in E, & litera C, in N, & ſic correcto errore Typographi, continet in ſe puram, & meram veritatem, videlicet, *Diœceſis Ebredunenſis*; nam reverà beneficium, de quo agebatur in hac deciſione coram *Creſcentio*, ſpectabat ad *Diœceſim Ebredunenſem* in *Ditione Sabaudiæ Ciſmontanæ*; Comitatus

Bar-

Barcinonenſis, & erat Prioratus de Furnis, loci de Faucon, ſicuti notatum reperitur in regiſtro originali de Menſe Decembris 1537. extanti penès Notarios Rotæ, quod vidi, & perlegi in ſequentibus verbis antiqui caracteris: *Xmber 1537. Ebredunen Vicariæ perpetuæ de Furnis nuncupat. Ebredunen Diœceſis, pro Juliano contra Thomam Cabrando, Julmen retulit Marſicanus*: Erat enim tunc Marcellus Creſcentius Auditor Rotæ Romanæ, Epiſcopus Marſicanus, à quo denominabatur, qui poſteà fuit S.R.E. Cardinalis ampliſſimus.

31. Poſt habitam hanc notitiam, non mihi licuit introſpicere acta, & producta ejuſdem cauſæ, quæ una cum aliis illius ævi cauſarum, reperiuntur in Archivio Vaticano Rotalium Notariorum; Unde in hoc mihi idem accidit, quod expertus ſum circa prædictum Indultum conceſſum à Julio III. Summo Pontifice, Regi Henrico II. nam cùm à Curiali fide digno certioratus fuiſſem ſe illud vidiſſe, & perlegiſſe in regiſtro originali repoſito in Archivio Vaticano, noluit Archiviſta ob metum pœnæ ipſi injunctæ, nec quidem brevem notam, aut ſimplicem, & informem copiam ejuſdem Indulti præbere; Et ita non miror de illo, quod centum ab hinc annis loquens de hoc ipſomet Indulto Cardinalis *Oſſatus* ſcriptum reliquit in ſua, nunquàm ſatis lecta, & ponderata *epiſt.* 301. in illis verbis: *Noi non mancheremo per tanto di farlo ricercare in queſti Regiſtri, ſe pure vi potremo penetrare, il che ci ſarà, può eſſer, difficile*.

32. Remanet itaque inevitabile, latum à *Sacra Rota Romana* Judicium, quòd Promiſſio Nicolai V. & ſubſequuta Pontificum Indulta erga Duces Sabaudiæ, ſuam indubitatam vim habeant in *Ditione* eorumdem Principum citra montes, non autem, quòd reſtricta cenſeantur ad ſolam Sabaudiæ Provinciam ultramontanam; retorquetur enim unicum illud motivum, quod ad vitandam Supremi illius Tribunalis ſententiam adduxit D.Severolus ubi ſupra in fine, videlicèt, quòd cùm in deciſione *Creſcentii* ageretur de Prioratu Eduenſi ad Sabaudiam aliquo modo ſpectante, nulla poterat fieri illatio ad Abbatias, & Prioratus Principatus *Pedemontani*.

C A P U T II.

Inconcuſſa huic veritati, ex ſeipſa loquenti, non nocet concepta anno 1600. in mente Cardinalis Petri Aldobrandini ad Sabaudiam Ultramontanam Pontificia Promiſſionis reſtrictio, uſque tunc inaudita, & ſoli Nuncio Taurinenſi communicata, nec unquam in quaſtionem deducta, quamvis dein anno 1659. ab Officialibus Dataria celebrata, & nunc ad eludenda Sua Regia Celſitudinis Jura acritèr inſtaurata.

33. HAc rerum veritate præcognita, & integris animis retenta, nemo niſi ex ſola facti ignorantia, quæ quandoque etiam prudentiſſimos fallit, volun-

luntariæ cæcitatis excuſari valet, aſſerens, aut per modum dubii proponens, Nicolai V. Promiſſionem erga Ducem Sabaudiæ indefinitis, & abſolutis verbis cōceptam, pro firmanda tranquillitate, & arcendis adverſitatibus *ſui Dominii*, *Diſtrictus, Ditionis, & Status*, intelligendam potiùs eſſe de *Sabaudia*, quàm de *Pedemonte*, vel ut præſumunt Adverſantes, quòd ad ſolam *Sabaudiæ* Provinciam, cæteris excluſis, veniat reſtringenda, dum omnes iſtæ Regiones æquali ſorte, in ejuſdem Ducis *Statu, Dominio, Diſtrictu, & Ditione* conſiſtunt, & cauſa finalis publicæ tranquillitatis omnibus æqualiter convenit. Hoc ſanè nihil aliud eſt, quàm lucem in tenebras vertere, aut in ſcirpo nodum effingere, ſicuti manifeſtum efficiunt *Senatus-conſulta*, quæ ad tuendam nudam veritatem prodierunt à Senatu *Sabaudiæ, fol.* 1. *verſ. deliberationis*, & à Camera *Computorum, fol.* 16. *verſic. Nicolaus*: à Senatu *Pedemontano fol.* 19. *§. quòd conceſſiones*, & à *Cameralibus fol.* 20. *§. nec majoris, & ſeqq.* à Senatu *Nicienſi fol.* 12. *§. nec meretur*, & italico ſermone, non tàm doctè, quàm elegantèr oſtenderunt *Præſes Deleſcheraine ep.* 5. *& 6. D. Jacobus Sardina* Patritius Lucenſis, inſignis in Romana Curia cauſarum Patronus in ſua *epiſtola* ad Regiam Sabaudiæ Celſitudinem *obſerv.* 7. *& ſeq.* cujus veritatis ſolidiſſima ſundamenta jam præmiſerant in ſua doctiſſima conſultatione *Hercules Ronconius*, celeberrimus olim in eadem Curia cauſarum Patronus; prout etiam maximi tunc nominis Advocati *Ferentillus*, & *Salomonius* in *reſponſis* vulgari idiomate conſcriptis, quæ à tergo ſub eorumdem nominibus annotata reperio, & Ego pro mea ingenii tenuitate comprobare curavi in præallegata *Enucleat. cap.* 6. *per tot.* Quæ omnia hìc denuò repetere ſupervacuum exiſtimo; unde in illis dumtaxat excutiendis immorabor, quæ Officiales Dataríæ à ſuis Prædeceſſoribus poſt annum 1600. olim tentata, nunc, poſthabitis Summorum Pontificum traditionibus denuò excitare *in facti allegation. num.* 4. ſui muneris indiſpenſabile debitum cenſuerunt.

34. Cùm juxta commune adagium turpius ſit hoſpitem ejicere, quàm non admittere; hinc facti pro *Dataría Compilator numer.* 8. ad retorquendam odioſæ dejectionis invidiam, hanc Principatus *Pedemontani* in Pontificia Promiſſione comprehenſionem, per modum extentionis proponit, quam omninò rejiciendam eſſe concludit ſub alio erroneo prætextu præmiſſo, ibidem *num.* 6. quòd Indulta cōceſſa à Summis Pontificibus ad nominandum in beneficiis, præcipuè Conciſtorialibus odioſa cenſenda ſint Apoſtolicæ Sedi, adducendo ad id ea, quæ in puncto Indultorum *Sabaudiæ* tradiderunt *Germonius de Indult. Cardin. §. per quæ ſublatis num.* 110. *Cardin. de Puteo deciſ.* 25. *lib.* 2. & ſignanter *Cardin. de Oſſat epiſt.* 261. *lib.* 7. *§. & de fait*, cujus verba ad extenſum affert *num.* 7. ab Advocatis Dataríæ in ſuis allegationibus repetita.

35. Sed ſi placuiſſet Adverſantibus hujuſmodi Indultorum, ſeù Promiſſionum cauſas, & originem ſcrutari, facilè noviſſent, Curiam Romanam, hujuſmodi nominationes inter proſpera, non autem odioſa, ſeù adverſa duxiſſe; cujus rei veritatem fateri neceſſe haberent, quoties poſt allata à Cardinali *Oſſato* Pontificis verba, non omiſiſſent datum ab eodem Cardinali reſponſum, quod pauca exprimens, ſed multa ſupremis illorum temporum Principibus, & ſingulariter Duci Sabaudiæ communia complectens, legitur immediatè ibidem: *Che ſe piaceſſe a Sua Santità di rammemorare in ſe medema la maniera, con cui le nomine erano ſtate introdotte nella Francia, ella ritroverebbe, che non ſono ſtati altrimente i Rè di Francia, che le hanno ricercate: ma bensì ch'eſſe gli erano ſtate offerte, a fin*

che ſi dipartiſſero dalla protezione della prammatica ſanzione, e delle elezioni delle quali i Capitoli, ed i Conventi di Francia erano in poſſeſſo, ſecondo il diritto canonico, non oſtante le riſervazioni, che i Papi avevano fatte di poi a loro favore delle proviſioni delle Chieſe Cattedrali, delle Abazie, e Priorati Conventuali, ed elettivi.

36. In hac notabili reſponſione ſatis annuit eruditiſſimus Cardinalis, neceſſe eſſe Miniſtris Magnorum Principum ad Regii Juris in tuendis nominationibus defenſionem, fundamentales ipſarum cauſas adducere, quarum purgatam ab omni labe notitiam à cryſtallino Canonici juris, & Eccleſiaſticorum annalium fonte, atque probatiſſimis Authoribus hauſtã egrè ferre nemo debet; niſi malit ignorare jus, in quo verſatur: ſiquidem juxta præceptum *Ariſtotelis Phyſic. de natural. oſcultat. lib. 1. cap. 1.* tunc unamquamque rem ſcire putamus, cùm cauſas primas, principiaque prima uſque ad elementa cognoſcimus, & qui principia rerum ignorant, res ipſas rectè percipere nequeunt; undè *Cajus*, & *Pomponius in l. 1. & 2. ff. de orig. jur.* exiſtimarunt fruſtra de interpretandis legibus agere, niſi earumdem Authores, & cauſas ab incunabulis Romanæ Civitatis inquirerent; quod idem pro maturo, & ſano rerum judicio cenſuerunt *Ulpianus in l. 1. ff. de ſuſpect. tutor. Celſus in l. ſcire leges 21. ff. de legib.* & docuit *Polibius initio hiſtoriarum lib. 1.* tradens ea, quæ ſequuntur perſuadere, aut aliquam fidem facere non poſſe, quoties principia in obſcuro, & ignoto tenentur.

37. Cæterum *Rota* coram *Puteo*, & *Creſcentio*, prout etiam *Germonius*, in locis ex adverſo allegatis adhærent quidem communi concluſioni contra extenſionem, ſed in eo principalitèr caſu, quando agitur in odium tertii; ſecùs autem quotiès extenſio proponitur contra concedentem; nàm tunc latiſſimam in hujuſmodi Indultis, ſeù Privilegiis interpretationem faciendam eſſe firmarunt ipſimet in contrarium allegati *Puteus deciſ. 108. lib. 2. Creſcentius de privileg. deciſ. 3. nu. 3. Germon. de Indult. Cardin. §. etiam ex eo, num. 61. & in §. commendare num. 26.* juxta communem utriuſque juris Interpretum ſententiam in *cap. olim de verb. ſignif. & in l. Beneficium*, ubi *Bart. ff. de conſtitut. Princip.* cum quibus concordat, quod habetur in *cap. cum dilecti de donat. in fin.* & in *cap. quia circa ſub tit. de privileg.* quòd ſi Indulta, & Privilegia Pontificia ad favorem Cardinalium Nepotum, vel Conjunctorum ampliſſimam interpretationem in Romana Curia recipiunt, ſicuti latè tradit Cardinalis *de Luca de beneſ. diſcurſ. 5. ſub num. 18. & 19.* eo fortiùs quælibet favorabilior interpretatio facienda eſt in hac ſolemni Promiſſione favore Supremi Principis, de eodem Pontifice promittente, & Sede Apoſtolica optimè meriti; & maximè dum iſta Promiſſio tendit ad conſervandam publicam ſecuritatem, videlicet *ne Status ſui diſpendia patiantur, aut quavis illos conturbet adverſitas inteſtina*; ultrà quod nullus unquam patuit apud Juris-peritos reſtrictioni locus, etiam in Privilegiis odioſis ad lædendam naturalem verborum vim, & contra communem adhibitæ locutionis ſignificatum. *l. Non aliter 67. ff. de legat. 3. l. Labeo ait 7. ff. de ſuppellect. legat.* & omninò abſurdum foret, quotiès communis verborum uſus, diſponentis voluntati pari uniformitate deſervit. cit. *l. Non aliter, & ibi Gloſſa in verb. Teſtator, ff. de legat. 3. cap. propterea 8. cap. intelligentia 6. de verb. ſignif.* juxta jam tradita in *Enucleat. num. 211. & ſeqq.*

38. In hoc excitato faciendæ extenſionis dubio fingere ſibi volunt Officiales Datariæ imaginarium hoſtem, quem feriant; hinc quidquid in ſuis allegationibus ex hoc ſubjecto non ſupponente deducunt, non facit ad rem, de qua agitur:

tur: ſiquidem Pontifex in propoſito]themate ſuam Promiſſionem non determinat, neque ad *Sabaudiam*, neque ad *Pedemontium*, ſed generalitèr, indefinitè, & abſolutè ad *Ditionem*, *Diſtrictum*, *Dominium*, *&* *Statum* Principis, cui fuit facta Promiſſio; proùt etiam non limitat cauſam finalem publicæ tranquillitatis, & ſecuritatis ad aliquam partem hujus Dominii, & Ditionis, ſed in ea univerſalitèr reſpicit ipſiuſmet Principis Statum. Quibus ſic ſtantibus, dum *Sabaudia*, & *Pedemontium* æqualitèr continentur in verbis, & mente Pontificiæ Promiſſionis, non eget incluſio *Pedemontis* aliquo ſavorabilis extenſionis auxilio; nam idem etiam dicere poſſent Adverſantes de *Sabaudia*, quod ſoli *Pedemontio*, licèt ſibi prædilecto, & magis grato placet objicere. Neſcio tamen quo Juris, aut æquitatis dictamine cenſentur ea ſejungere, quæ Summus ille Pontifex indiſſolubili verborum, & mentis nexu conjunxit, ſicuti latè probavi in mea *Enucleat. cap. fin. per tot.*

39. Allegant Officiales Datariæ nihil ab ipſis novi in hac ſuppoſita ad *Sabaudiam* ultra montes reſtrictione tentari, aſſerentes *num.* 17. duplicem ſuper hoc eodem puncto declarationem Sedis Apoſtolicæ præceſſiſſe, quarum prima tribuitur eidem epiſtolæ in *Summ. nu.* 8. à Petro Cardinali Aldobrandino ad Nuncium Taurinenſem inſcriptæ ſub die 12. Auguſti anno 1600. in illis verbis: *Molto Illuſtre Signore, &c. Co'l ſolito Ordinario di Milano Io ebbi tre lettere di V.S. una comune tra lei, e Monſignor Patriarca, l'altre ſue particolari, alle quali riſponderò con queſta, dicendole, che avendo io dato parte a Sua Santità del ragionamento tenuto da lei con gli Miniſtri del Signor Duca, in propoſito della Badia di Caramagna, dice Sua Santità, ch'ella hà fatto prudentemente a rappreſentar loro, che le difficultà, che ora ſi fanno per dare il poſſeſſo della detta Badia al Signor Cardinal San Clemente, non faciliteranno punto il particolare de' Privilegj, caſo che non lo difficultino; ma ſappia V.S. che ſe bene i Privilegj ſono confermati da Sua Beatitudine, non comprendono però gli Beneficj del Piemonte, e però reſta eſcluſa la pretenzione di S. A. nell' Abazìa di Caramagna, in virtù di queſti Privilegj. Roma* 12. *Agoſto* 1600.

40. Hæc Epiſtola apparet reſponſiva ad aliam præcedentem, in qua Nuncius Taurinenſis admonuerat eundem Cardinalem Aldobrandinum de contentione ſequuta inter ipſum, & Miniſtros Sereniſſimi Ducis, ex eo quod denegarent Franciſco Cardinali de Sancto Georgio, ex Comitibus Biandratæ, tituli S. Clementis, poſſeſſionem Abbatiæ de Caramania; ex cujus præviæ epiſtolæ exhibitione innoteſceret cauſa vera, & realis hujus negativæ, quam expedit Adverſantibus obtegere; ad eam enim dumtaxat referuntur verba illa, quæ Cardinalis Aldobrandinus in ſuo reſponſo, tanquam habita ex ore Pontificis refert ibidem: *dice Sua Santità*: quæ valdè inveriſimilia videntur, dum ipſemet Pontifex, quinque ante annos eadem Indulta ſpecialitèr innovaverat.

41. Poſt hæc, idem Cardinalis ex ſemetipſo loquens, idealem Pedemontanę Regionis à Pontificiis Indultis excluſionem eidem Nuncio, jure merito tanquam rem novam, & nunquam antea ab alio excogitatam aperuit ibidem: *Ma ſappia V.S.* cujus vanitatis inane commentum, nulla facti, aut Juris ratione ſubſiſtens; imò retroactis in continuato centum, & quinquaginta annorum ſpatio, Summorum Pontificum declarationibus, aliiſque jam relatis documentis repugnans, omninò rejiciendum eſſe, fusè tradidi in mea *Enucleat. num.* 235. Nec alitèr docuit Pontificiæ proviſionis eventus, quæ licèt ex Principis benignitate poſt diu-

che ſi dipartiſtero dalla protezione della prammatica ſanzione, e delle elezioni delle quali i Capitoli, ed i Conventi di Francia erano in poſseſſo, ſecondo il diritto canonico, non oſtante le riſervazioni, che i Papi avevano fatte di poi a loro favore delle proviſioni delle Chieſe Cattedrali, delle Abazie, e Priorati Conventuali, ed elettivi.

36. In hac notabili reſponſione ſatis annuit eruditiſſimus Cardinalis, neceſſe eſſe Miniſtris Magnorum Principum ad Regii Juris in tuendis nominationibus defenſionem, fundamentales ipſarum cauſas adducere, quarum purgatam ab omni labe notitiam à cryſtallino Canonici juris, & Eccleſiaſticorum annalium fonte, atque probatiſſimis Authoribus hauſtã egrè ferre, nemo debet; niſi malit ignorare jus, in quo verſatur: ſiquidem juxta præceptum *Ariſtotelis Phyſic. de natural. oſcultat. lib. 1. cap. 1.* tunc unamquamque rem ſcire putamus, cùm cauſas primas, principiaque prima uſque ad elementa cognoſcimus, & qui principia rerum ignorant, res ipſas rectè percipere nequeunt; undè *Cajus*, & *Pomponius in l. 1. & 2. ff. de orig. jur.* exiſtimarunt fruſtra de interpretandis legibus agere, niſi earumdem Authores, & cauſas ab incunabulis Romanę Civitatis inquirerent; quod idem pro maturo, & ſano rerum judicio cenſuerunt *Ulpianus in l. 1. ff. de ſuſpect. tutor. Celſus in l. ſcire leges 21. ff. de legib.* & docuit *Polibius initio hiſtoriarum lib. 1.* tradens ea, quæ ſequuntur perſuadere, aut aliquam fidem facere non poſſe, quoties principia in obſcuro, & ignoto tenentur.

37. Cæterum *Rota* coram *Puteo*, & *Creſcentio*, prout etiam *Germonius*, in locis ex adverſo allegatis adhærent quidem communi concluſioni contra extenſionem, ſed in eo principalitèr caſu, quando agitur in odium tertii; ſecùs autem quotiès extenſio proponitur contra concedentem; nàm tunc latiſſimam in hujuſmodi Indultis, ſeù Privilegiis interpretationem faciendam eſſe firmarunt ipſimet in contrarium allegati *Puteus deciſ. 108. lib. 2. Creſcentius de privileg. deciſ. 3. nu. 3. Germon. de Indult. Cardin. §. etiam ex eo, num. 61. & in §. commendare num. 26.* juxta communem utriuſque juris Interpretum ſententiam in *cap. olim de verb. ſignif. & in l. Beneficium*, ubi *Bart. ff. de conſtitut. Princip.* cum quibus concordat, quod habetur in *cap. cum dilecti de donat. in fin.* & in *cap. quia circa ſub tit. de privileg.* quòd ſi Indulta, & Privilegia Pontificia ad ſavorem Cardinalium Nepotum, vel Conjunctorum ampliſſimam interpretationem in Romana Curia recipiunt, ſicuti latè tradit Cardinalis *de Luca de benef. diſcurſ. 5. ſub num. 18. & 19.* eo fortiùs quælibet ſavorabilior interpretatio facienda eſt in hac ſolemni Promiſſione favore Supremi Principis, de eodem Pontifice promittente, & Sede Apoſtolica optimè meriti; & maximè dum iſta Promiſſio tendit ad conſervandam publicam ſecuritatem, videlicet *ne Status ſui diſpendia patiantur, aut quavis illos conturbet adverſitas inteſtina*; ultrà quod nullus unquam patuit apud Juris-peritos reſtrictioni locus, etiam in Privilegiis odioſis ad lædendam naturalem verborum vim, & contra communem adhibitæ locutionis ſignificatum. *l. Non aliter 67. ff. de legat. 3. l. Labeo ait 7. ff. de ſuppellect. legat.* & omninò abſurdum foret, quotiès communis verborum uſus, diſponentis voluntati pari uniformitate deſervit. cit. *l. Non aliter, & ibi Gloſſa in verb. Teſtator, ff. de legat. 3. cap. propterea 8. cap. intelligentia 6. de verb. ſignif.* juxta jam tradita in *Enucleat. num. 211. & ſeqq.*

38. In hoc excitato faciendæ extenſionis dubio fingere ſibi volunt Officiales Dataríæ imaginarium hoſtem, quem feriant; hinc quidquid in ſuis allegationibus ex hoc ſubjecto non ſupponente deducunt, non facit ad rem, de qua agitur:

Digitized by Google

tur: ſiquidem Pontifex in propoſito ſthemate ſuam Promiſſionem non determinat, neque ad *Sabaudiam*, neque ad *Pedemontium*, ſed generalitèr, indefinitè, & abſolutè ad *Ditionem*, *Diſtrictum*, *Dominium*, *& Statum* Principis, cui fuit facta Promiſſio; prout etiam non limitat cauſam finalem publicæ tranquillitatis, & ſecuritatis ad aliquam partem hujus Dominii, & Ditionis, ſed in ea univerſalitèr reſpicit ipſiuſmet Principis Statum. Quibus ſic ſtantibus, dum *Sabaudia*, & *Pedemontium* æqualitèr continentur in verbis, & mente Pontificiæ Promiſſionis, non eget incluſio *Pedemontis* aliquo favorabilis extenſionis auxilio; nam idem etiam dicere poſſent Adverſantes de *Sabaudia*, quod ſoli *Pedemontio*, licèt ſibi prædilecto, & magis grato placet objicere. Neſcio tamen quo Juris, aut æquitatis dictamine cenſentur ea ſejungere, quæ Summus ille Pontifex indiſſolubili verborum, & mentis nexu conjunxit, ſicuti latè probavi in mea *Enucleat. cap. fin. per tot.*

39. Allegant Officiales Datariæ nihil ab ipſis novi in hac ſuppoſita ad *Sabaudiam* ultra montes reſtrictione tentari, aſſerentes *num.* 17. duplicem ſuper hoc eodem puncto declarationem Sedis Apoſtolicæ præceſſiſſe, quarum prima tribuitur eidem epiſtolæ in *Summ. nu.* 8. à Petro Cardinali Aldobrandino ad Nuncium Taurinenſem inſcriptæ ſub die 12. Auguſti anno 1600. in illis verbis: *Molto Illuſtre Signore, &c. Co 'l ſolito Ordinario di Milano Io ebbi tre lettere di V.S. una comune tra lei, e Monſignor Patriarca, l'altre ſue particolari, alle quali riſponderò con queſta, dicendole, che avendo io dato parte a Sua Santità del ragionamento tenuto da lei con gli Miniſtri del Signor Duca, in propoſito della Badia di Caramagna, dice Sua Santità, ch'ella hà fatto prudentemente a rappreſentar loro, che le difficoltà, che ora ſi fanno per dare il poſſeſſo della detta Badia al Signor Cardinal San Clemente, non faciliteranno punto il particolare de' Privilegj, caſo che non lo difficultino; ma ſappia V.S. che ſe bene i Privilegj ſono confermati da Sua Beatitudine, non comprendono però gli Beneficj del Piemonte, e però reſta eſcluſa la pretenzione di S. A. nell' Abazia di Caramagna, in virtù di queſti Privilegj. Roma* 12. *Agoſto* 1600.

40. Hæc Epiſtola apparet reſponſiva ad aliam præcedentem, in qua Nuncius Taurinenſis admonuerat eundem Cardinalem Aldobrandinum de contentione ſequuta inter ipſum, & Miniſtros Sereniſſimi Ducis, ex eo quod denegarent Franciſco Cardinali de Sancto Georgio, ex Comitibus Biandratæ, tituli S. Clementis, poſſeſſionem Abbatiæ de Caramania; ex cujus præviæ epiſtolæ exhibitione innoteſceret cauſa vera, & realis hujus negativæ, quam expedit Adverſantibus obtegere; ad eam enim dumtaxat referuntur verba illa, quæ Cardinalis Aldobrandinus in ſuo reſponſo, tanquam habita ex ore Pontificis refert ibidem: *dice Sua Santità* quæ valdè inveriſimilia videntur, dum ipſemet Pontifex, quinque ante annos eadem Indulta ſpecialitèr innovaverat.

41. Poſt hæc, idem Cardinalis ex ſemetipſo loquens, idealem Pedemontanę Regionis à Pontificiis Indultis excluſionem eidem Nuncio, jure merito tanquam rem novam, & nunquam antea ab alio excogitatam aperuit ibidem: *Ma ſappia V.S.* cujus vanitatis inane commentum, nulla facti, aut Juris ratione ſubſiſtens; imò retroactis in continuato centum, & quinquaginta annorum ſpatio, Summorum Pontificum declarationibus, aliiſque jam relatis documentis repugnans, omninò rejiciendum eſſe, fusè tradidi in mea *Enucleat. num.* 235. Nec alitèr docuit Pontificiæ proviſionis eventus, quæ licèt ex Principis benignitate poſt diu-

tinam contentionem locum invenerit: tamen ex Regiſtris Cameralibus ſub die 17. Maji 1601. conſtat id peractum fuiſſe ex prævio Ducis conſenſu; cujus facti integram veritatem expoſuit Præſes *Deleſcheraine epiſt.7. fol.42. & 43.* ab Adverſantibus in nubilo relictam, dum eas epiſtolas in eorum *Summario* ſupprimunt, quæ ad invicem ſuper exorta controverſia ſequutæ ſunt inter Cardinalem Aldobrandinum, & Nuncium Taurinenſem à die 13. Maji 1600. in qua ſupponitur facta proviſio in *Summ.n.33.lit.C.* uſque ad diem 17. Maji anni ſequentis 1601. in qua ſuit relaxata poſſeſſio.

42. In hac epiſtola, Cardinalis Aldobrandinus, parum ſibi conſtans, Indulta Sereniſſimi Ducis ad *Sabaudiam* ultra montes reſtrinxit, quæ in anno præcedenti eadem facilitate, indefinitè, & abſolutè negaverat, teſte Cardinali *Oſſato in ſua epiſt.*193. ad Villaregium ſub die 17. Februarii 1599. ubi poſtquam in §. *Il ſudetto Signor Cardinale*, immutabilem erga Regem Henricum IV. animi ſui affectionem Cardinali *Oſſato* Miniſtro Regio profeſſus eſſet, non obſtante quòd poſt obitum Cardinalis Alexandrini, Sabaudiæ dum viveret Protectoris, hoc idem munus à Duce, tunc cum Hiſpanis adverſus Gallos confœderatos ſuſcepiſſet; dein ne aliquis daretur ſuſpicioni locus, ſi fortè oblatam ſibi in ejuſdem Principis Ditione vacantem tunc Abbatiam obtineret, hanc erga *Oſſatum* proteſtationem adhibuit ibidem §. *Et outre que: Mi diſſe ancora, che eſſendo ne' giorni paſſati vacata una Abazìa nello Stato del Duca di Savoja, il Papa gli diſſe, che gliela darebbe, ſe non foſſe queſta protezione, che darebbe da parlare: e che gli aveva riſpoſto ſpettare a Sua Santità di darla, e non al Duca, e che la riconoſcerebbe da Sua Santità ſola, e laſcerebbe più toſto queſta protezione, che non gli fruttava coſa alcuna*. Habentur ibidem ſuper hac re, prudentiſſimi Cardinalis *Oſſati* ſenſus Villaregio ſignificati, quod *Politicis animadverſionibus* noviſſimè ditavit *Amelot* in ſuis notis ad eamdem epiſtolam *num.*172. in noviſſima impreſſione edita Pariſiis hoc anno 1698.

43. Diverſimodè de hujuſmodi Indultis loquentem Cardinalem Aldobrandinum refert Cardinalis *Oſſatus epiſt.*260. ad Regem Henricum ſub die 11. Aprilis 1601. nam rogatus ab *Oſſato*, ut apud Pontificem intercederet pro confirmatione nominationis, jam à Rege factæ ad Eccleſiam Salutienſem, atque ad Abbatias Stafardæ, & Altacombæ, nihil debito Juri nominationis objecit, ſed illud admittens reſpondit, proùt ſequitur: *Promiſe d'impiegare i ſuoi officj: Mi diſſe però, che ſi ſarebbero incontrati degl'impedimenti per parte del Duca di Savoja in riguardo del Veſcovado di Saluzzo, e delle ſuddette Abazìe di Stafarda, e d' Altacomba, mentre ſi trovavano ne' paeſi rimaſti a S.A. la quale aveva già nominato ad alcune Abazìe della Breſſa.*

44. Relata Cardinalis Aldobrandini poſtrema verba ſolertiſſimo Miniſtro, Jurium Ducis Sabaudiæ adhuc ignaro, cauſam dederunt inquirendi à Præſide Sabaudiæ *Antonio Fabro*, qui tunc Romæ commorabatur, an hoc jus nominandi Sabaudiæ Duci competeret, à quo doctiſſimo, & peritiſſimo Viro notabile illud reſponſum accepit, quod ibidem habetur in §. *j'eſtois icy de la preſente*. *Mi diſſe di sì, e che ancora ultimamente nell'impetrazione d'un Priorato ſemplice per un ſuo parente, era ſtato neceſſario d'avere la nominazione di S. A. Aver bensì inteſo, che in queſta Corte ſi dolevano delle nomine del Duca di Savoja, e che quelle ricevevano mal volentieri, ma che dal canto di S.A. ſi erano ſempre allegati gl' Indulti, e ſe l'erano fatti far buoni.* Seù in Gallico idiomate prout jacet: *Il m'a dit*

qu'

qu'ovv, & qu' encores dernierement en une impetration d'un Prieurè pour un ſien parent, il avoit fallu avoir la nomination de Son Alteſſe. Qu'il avoit bien entendu qu'en cette Cour on ſe plaignoit des nominations de Monſieur de Savoye, qu'on les recevoit malvolontiers; Mais que du coſtè de Son Alteſſe on avoit touſiours alleguè des Indults, & s'en eſtoit on fait acroire. Hinc de hac veritate, licet nondum plenè certus, ipſemet Cardinalis *Oſſatus*, in eadem epiſtola Regi reſcripſit, prout ſequitur: *Or ſe così è, che 'l Duca aveſſe il diritto di nominare, non è più neceſſario, che 'l Papa vi ponga le mani, eſſendo il medemo diritto paſſato con la ceſſione de' medemi Paeſi à Voſtra Maeſtà.* & paulò infra: *Se io aveſſi ſaputo queſto fatto quando Venerdì or ſcorſo diedi ſopra di ciò la mia memoria al Sig. Cardinale Aldobrandino, vi avrei fatto il mio principal fondamento, e mi ſarei contentato di dimandare tutto al più la conſermazione de' medemi Indulti.*

45. In ſubſequenti *epiſtola* 261. ſub die 26. Aprilis 1601. refert ipſemet Cardinalis eidem Regi, ſe denuò inſtetiſſe apud Pontificem pro obtinendis nominationibus ad Eccleſias, & beneficia conciſtorialia Diœceſ. Meten. Tullen. & Verdunen. ſed quòad exiſtentia in Regionibus ipſi ceſſis à Duce Sabaudiæ, Sanctitati Suæ nunciaſſe ea, quæ intellexerat de Indultis ad hujuſmodi nominationes, jam Sabaudiæ Duci conceſſis.

46. Ponderanda nunc eſt reſponſio data à Summo Pontifice ibidem, in illis verbis: *Sua Santità riſpoſe, d'aver l'eſperienza moſtrato, che i Papi ſuoi Predeceſſori avrebbero fatto meglio di non dare a' Principi ſecolari la facoltà di nominare a i Veſcovadi, ed altre Prelature, dalla quale l'autorità della Santa Sede era rimaſta grandemente diminuita, e i ſuddetti Principi ne avevan abuſato, e i loro Paeſi n'erano peggiorati medeſimamente in Francia, e che per queſta conſiderazione voleva ben penſarvi, innanzi di accordare ciò, che Sua Maeſtà dimandava.*

47. Hæc prudentiſſimi Pontificis reſponſio, quamvis generalis, referri nequit niſi ad petitas nominationes in prædictis Epiſcopatibus, & Prælaturis Diœceſ. Meten. Tullen. & Verdunen. nàm quoad beneficia conciſtorialia in Provinciis Regi, tunc à Duce Sabaudiæ ceſſis, non agebatur de aliquo novo Indulto; nec Pontifex ignorare poterat, jam eadem Indulta favore Sabaudiæ Ducis paucos ante annos innovaſſe, ſed quatenùs ad hæc etiam Indulta, jam ab ipſomet Pontifice confirmata referri poſſet prædicta reſponſio; nihil tamen in ea detrahitur Juribus, jam ipſimet Duci quæſitis: Verumtamen cùm prædictus Cardinalis de *Oſſat*, ſtatim Cardinali Aldobrandino, eadem paulò ante Pontifici expoſita ſignificaſſet, diverſum omninò reſponſum accepit ibidem in §. *Avant fait. Il detto Signor Cardinale mi riſpoſe, che 'l Duca di Savoja pretendeva bene di poter nominare, come tutti i Principi procurano d'uſurpare ciò, che ponno ſopra la Santa Sede, ma che in verità non aveva alcun' Indulto, ò altro diritto di nominare, ſe non era in alcune fondazioni particolari: e le ſue nomine non erano altrimente ammeſſe, ma il Papa le compiaceva ben ſpeſſo, con provedere le perſone da lui nominate, ma non in virtù della di lui nomina, della quale non ſi faceva menzione veruna nelle Bolle: Io gli replicai, che ciò conſiſteva in fatto, ma che era ſtato accertato da perſona, qual poteva ben ſaperlo, che 'l Duca nominava, e che ſenza la ſua nomina niuno era ammeſſo a prendere il poſſeſſo, onde Sua Maeſtà ſarebbe ſtata conſigliata di far' il medemo.*

48. Habito hoc reſponſo doctiſſimus Cardinalis *Oſſatus*, licèt uſque tunc ex ſola aſſertione prædicti Præſidis *Antonii Fabri* monitus de Indultis emanatis à

Sede

Sede Apoſtolica favore Ducis Sabaudiæ, animadvertens nihil intereſſe quoad nominationis effectum, atque ſubſtantiam, quòd in Bullis nulla fieret mentio de præcedenti nominatione, quoties poſſeſſio beneficii non conceditur, niſi nominatis à Principe, ſubjunxit eidem Regi, prout ſequitur in §. *Il pourroit eſtre. Potrebbe eſſer, Sire, che forſi ſorà come diſſe il ſuddetto Cardinole Aldobrandini, perche ſenza andare a cercare eſſempj più lontani, vedo giornalmente, che, ſe bene i concordati non diino a' noſtri Rè il diritto di nominare olle Abazìe delle Religioſe; tuttavia, avendo i voſtri Predeceſſori, e voi medemo nominato, non laſciano le Religioſe nominate d'eſſer proviſte, ancorchè nelle Bolle non ſi faccia menzione delle nomine.*

49. Hoc exemplum à Cardinali *Oſſato* Regi adductum, ſatis tutū non crederem, quoties in nominationibus ad Monaſteria Monialium, Francorum Regibus titulus verus, vel præſumptus deficeret, quem tamen non deeſſe tradunt Scriptores Galli, inter quos noviſſimè *Pinſoniur de regal. tom. 1. cap. 8. num. 12.* & fusè *cap. 14. num. 13. & ſeqq.* Irrefragabile tamen ejuſdem Cardinalis judicium, intuitu Jurium Suæ Regiæ Celſitudinis efficitur in latè traditis *epiſt.* 301. ad Villaregium ſub die prima Aprilis 1602. ubi poſt lecta, & diligentèr inſpecta Apoſtolica promiſſa, & Indulta, quæ à Nicolao V. aliiſque Pontificibus uſque ad Clementem VIII. tunc in Solio Petri ſedentem emanaverant, jam certus de Jure Sabaudiæ Ducibus quæſito, tàm citrà, quàm ultrà montes ſuum Villaregio ſenſum aperuit hiſce propèmodum verbis, quæ hìc denuò referre non piget: *Li ſuddetti Indulti non danno al Duca di Savoja la facoltà di nominore propriamente, e così non hà la Santa Sede ricevuto fin' ora le loro nomine; anzi ha ſempre proveduto puramente, e ſemplicemente agli beneficj de' ſuddetti Paeſi, in quanto allo ſtile, e maniera di parlare delle Bolle Apoſtoliche; ma bensì contengono i ſuddetti Indulti una coſa quoſi equipollente a un diritto di nominare, il che è in ſomma, che 'l Papa non proveder à gli Arciveſcovadi, Veſcovadi, ed Abazìe de' ſuddetti Paeſi, ſenza aver primieramente avuto l' intenzione, e 'l conſenſo del Duca nel toccante le perſone capaci, che dovranno eſſer proviſte, e così parimente i tre Priorati di Talloira, Ripaglia, e della Novaleſa, e della Prepoſitura di Montegiove; Ed in quanto alle più grandi dignità delle Chieſe Cattedrali dopò la Pontificale, ed a i Priorati Conventuali, ed altri beneficj riſervati per le regole della Cancellerìa di Roma alla diſpoſizione della Santa Sede, il Papa ne proverderà perſone capaci, native delle Terre, e Signorìe del medemo Duca, e non d' altre, ſalvo dall' iſteſſo Duca gradite: altrimente le proviſioni Apoſtoliche ſaranno nulle in tutti i caſi ſopra ſpecificati.*

50. In hoc vero, atque legitimo eruditiſſimi Cardinalis *Oſſati* ſenſu permanſerunt, annuentibus Summis Pontificibus, Galliarum Reges; unde abſque ulla Datarìæ contradictione, tanquam *Succeſſorer Ducum Sabaudiæ*, ſine aliquo novo Indulto admiſſi fuerunt, & adhuc paſſim admittuntur ad nominationem, per modum ſupplicationis, ad omnia beneficia conciſtorialia *Briſciæ*, *Valliſromaricæ*, & aliarum Regionum, quæ, ut ſupra dixi, ex permutatione Marchionatus Salutiarum devenerunt ad Chriſtianiſſimi Regis poteſtatem, ſicuti teſtatur *Pinſoniur de regal. cap. 14. num. 10. & num. 41.*

51. Mirari tamen non deſino, quòd Adverſantes adductis Cardinalis *Oſſati* epiſtolis, ſeù earumdem fragmentis, in ſuis facti allegationibus abutantur, ac præcipuè confundentes, quæ oculatiſſimus, & eruditiſſimus ille Miniſter, de

Ponti-

Potificiis Promiſſionibus, & Indultis erga Sabaudiæ Duces affatim ignarus; dein adhuc incertus à Cardinali Aldobraudino intellexerat, cum iis, quæ tandem de veritate Indultorum edoctus, illiſque viſis, & ponderatis integro, & irrefragabili judicio in præmemorata nunquam ſatis lecta, & inſpecta *epiſtola* 301. declaravit.

52. Cæterum ſcire vellem, qua ratione dictante, Officiales Datariæ hanc inconſultam Cardinalis Aldobrandini in privata epiſtola ad Nuncium Taurinenſem inſcripta, ſubauditionem tanquam declarationem à Sede Apoſtolica emanatam *in cit. numer.* 17. expendant; neque enim invenio Pontificem hujus ſuppoſitæ ad *Sabaudiam* reſtrictionis minimam unquam mentionem feciſſe; Imò contrariam mentem in ſuo confirmationis Indulto aperuiſſe, & multò minùs exageratum illud in Cardinalibus Nepotibus, Pontificio lateri aſſiſtentibus, præſumptum vivæ vocis oraculum, ad hanc Apoſtolicam authoritatem extendi: Attamen obmuteſcentibus nunc hujuſmodi præſumptis oraculis in feliciſſimo Sanctiſſimi Innocentii XII. Pontificatu, quo Catholicus Orbis fruitur, & utinam uſque ad conſumationem ſeculi frui poſſet, etiam de jam olim celebratis loqui religio vetat; unde ea non repetam, quæ in ſubjecta facti ſpecie dicta ſunt *in Enucleat. num.* 235. *& ſeqq.* Hoc unum reticere non debeo, Cardinalem Aldobrandinum diverſimodè, ſecundum ea, *ad quæ trahit ſua quemque voluptas*, de hujuſmodi Indultis loquutum fuiſſe; nam de anno 1599. cùm de proprio intereſſe ageretur, ea abſolutè, nulla adhibita *locali reſtrictione*, negavit; quæ dein anno 1600. in ab Adverſantibus allegata epiſtola ad Nuncium Taurinenſem, ut amico Cardinali Sancti Clementis faveret, uſque tunc inaudita ad *Sabaudiam Ultramontanam* reſtrictione cohibuit; Anno verò 1601. dum quærebatur, an nominationes Regis Galliarum, pendente bello, jam factæ de Abbatiis de Altacombæ, & Stafardæ, prout etiam de Eccleſia Salutienſi in *Pedemontio* locum obtinerent, in præjudicium Ducis Sabaudiæ, nihil tum debito Juri nominationis objecit, ſed dumtaxat juſta impedimenta propoſuit, quæ ex parte ipſius Ducis prævidebantur, ſed tandem paucos poſt dies eadem Sabaudorum Principum Indulta nullibi agnoſcens acriter impugnavit, ea in ſequutis proviſionibus ad meram Pontificis gratiam referens, quæ præcedentium Apoſtolicarum Promiſſionum neceſſitati tribuere fas erat, ſicuti reſpectivè ad ſingula probatur ex ſupra allatis *Oſſati* epiſtolis *à num.* 39. *uſque ad num.* 49.

53. Omnem fictitiæ hujus reſtrictionis imaginem à Cardinali Aldobrandino in propria mente conceptam ſtatim ſaniori judicio, non tàm verbis, quàm facto delevit in ſubſequuto Pauli V. Pontificatu Scipio Cardinalis Borgheſius, non imparem à novo Pontifice Nepotis regnantis potentiam adeptus. Etenim, cùm per obitum prædicti Cardinalis de Sancto Georgio vacaſſet eadem Abbatia Caramaniæ, ad illam obtinendam *prævium Ducis conſenſum* neceſſarium eſſe exiſtimavit, prout conſtat ex ejuſdem epiſtola ad ipſummet Ducem inſcripta ſub die 8. Octobris 1605. prout ibidem: *Hà adempito il Signor Conte di Verrua l'officio di più che V. A. ſi è degnata imporgli nel particolare dell' Abozia di Caramagna deſtinata nella ſua intenzione alla mia perſona: Io le rendo infinite grazie, &c.* Cujus epiſtolæ tenorem non mutilatum, ſed nec in ſyllaba quidem diminutum in eo capite, quod reſpicit rem, de qua quæritur, adduxi in mea *Enucleat. n.* 188. unde poterant Adverſantes ſe ab hoc incivili convicio abſtinere: nec aliter, niſi ex prævia Ducis nominatione hanc Cardinali Burgheſio Caramaniæ Abbatiam

obve-

obveniſſe probatur ex actis originalibus *Anaſtaſii Germonii* Archiepiſcopi Tarantaſienſis *fol.*59. quæ nunquam ſatis laudatus *Præſes Deleſcberaine* pro tuendis Juribus ſuæ Regiæ Celſitudinis exhibuit in ſua *epiſt.*7.*fol.*46. & 47. nam ex illis conſtat, quòd, cùm Cardinalis Pius fuiſſet à Summo Pontifice de eadem Abbatìa proviſus per obitum Cardinalis S.Clementis, & Dux Sabaudiæ proviſionem impugnando, de illata ſuis Juribus injuria acriter intenderet, doctiſſimus ille Archiepiſcopus Regium Principis ius ità ſubſtentavit, ut priori collatione abrogata, ipſemet Pontifex eamdem Abbatìam in Cardinalem Burgheſium, urgente Duce, tranſtulerit.

54. Obtentis ab eodem Cardinali Burgheſio prædictæ Abbatìæ Bullis, Franciſcus della Porta Procurator ab eodem conſtitutus, exhibito ſpeciali mandato, illarum tenorem ab originali tranſumptum Sereniſſimo Duci præſentavit, & in porrectis precibus præmiſit hæc verba: *Eſſendo ſtato dalla Santità di noſtro Signore a nominazione di V.A. Sereniſſima proviſto dell'Abazìa di Caramagna l'Illuſtriſſimo Signor Cardinal Borgheſe*, &c. Nec Princeps ſimpliciter Bullarum executionem permiſit, ſed cum declaratione, quæ legitur ibidem: *Avendo la Santità di noſtro Signore a nominazione noſtra, e conforme a gl' Indulti, quali teniamo dalla Santa Sede Apoſtolica, proviſto il Signor Cardinal Borgheſe dell' Abazìa di Caramagna*, &c. quæ omnia ad extenſum retuli in *Enucleat.num.*190. & 191. quod idem ſervavit Cardinalis Camporeus anno 1620. ex reſignatione Cardinalis Burgheſii, proviſus de prædicta Abbatìa Caramaniæ, quam dein ipſemet Cardinalis Camporeus, non niſi *prævio Ducis conſenſu*, proprio Nepoti dimiſit, ſicuti conſtat ex ejuſdem epiſtola ad Sereniſſimum Ducem ſub die 7. Maji 1625. de qua in mea *Enucleat.num.*193.

55. Excogitatam anno 1600. à Cardinali Aldobrandino nunquam antea auditæ reſtrictionis incongruitatem, aut nemo tunc novit, niſi Nuncius Taurinenſis, cui hanc, ut ſingularem ſuæ mentis partum, confidere placuit, aut omnes tanquam rem inanem contempſerunt. Siquidem Præſes *Chriſtophorus Fauſtonus* in ſua doctiſſima *conſultatione* paulò ante annum 1659. edita, nihil intactum relinquens ex illis, quæ uſque tunc Curia Romana tentaverat ad eludendam Nicolai V. promiſſionem: nec verbum quidem de hujus frivolæ exceptionis vanitate ſcriptum reliquit, & Officiales Datarìæ nullum illius medii temporis documentum exhibuerunt, quod aliquam hujus exceptionis ſpeciem præſeferat, quamvis in eorum *facti allegationibus*, atque *ſummario*, varios excitatæ contentionis caſus attulerint.

§. I.

Reſolutio Congregationis habita in Datarìa, & pro Datarìa ſub die 25. Septembris 1659. ad legalem facti, & Juris trutinam revocatur.

56. ALiquam excuſationem mereri videntur Officiales Datarìæ ſuper hac, quãvis frivola, exceptione inſiſtentes, dum eamdem de anno 1656. à Prædeceſſoribus ſuis ſolemni reſolutione quoquomodo firmatam amplectuntur.

Hanc

Hanc *Author* miſcellaneæ Juris, & facti in ſua Sabaudienſi Privilegiorum *cit. num.* 17. poſtquam, veluti unam ex duabus declarationibus à Sede Apoſtolica emanatis deſignaſſet, dein *in num.* 19. deſcribit, prout ſequitur: *Altera, & quidem magis ſolemnis emanavit declaratio ſub Pontifice Alexandro VII. vacantibus namque pluribus Abbatiis, omnem moverunt lapidem Ducales Miniſtri, ut prævio conſenſu Ducis, conſerrentur: Pluries fuit in voce, & in ſcriptis informatum; producta fuere ea omnia documenta, quæ denuò nunc exhibentur; ſed Particularis Congregatio, ut ſupra deputata ſub die 25. Septembris 1659. declaravit, Monaſteria illa non eſſe comprehenſa ſub Indulto Nicolai V. & aliorum Pontificum in ea parte, in qua diſponunt, Monaſteria conſerenda eſſe, habita priùs intentione, & conſenſu Ducis. dicto num. 13. cumque reſolutioni non acquieſceret Orator in Urbe, ſupplicavit Summo Pontifici, ut ipſemet in Camera audire dignaretur Herculem Ronconum Advocatum, & diverſum à Chriſtophoro Ronconio, qui uti Prælatus, dictæ particulari Congregationi interfuit: eoque audito, nec quidquam novi deducente, Summus Pontifex ſe conformavit reſolutioni liberè conſerendi, prout ſucceſſivè liberè contulit. Summ. num. 14. & plurib. ſeqq.*

57. Fateor, eodem Cardinalium Nepotum adverſo ſydere, ſed acriùs influẽte in Pontificatu ſan. mem. Alexandri VII. tunc primùm hanc ſuppoſitæ coarctationis deformitatem in lucem prodiiſſe; nam in Pontificatu ſan. mem. Clementis VIII. ſicuti jam demonſtravi, latuit in privata epiſtola Cardinalis Aldobrandini ad Nuncium Taurinenſem inſcripta, neque de hac tunc concepta in mente ejuſdem Cardinalis reſtrictione aliquem unquam antea, vel poſt meminiſſe reperitur, niſi hoc anno 1659. in quo placuit Officialibus Dataríæ inanem hanc illuſionem profiteri in allegata reſolutione, quæ pariter ab Adverſantibus nunc poſt canonizatam Cardinalis Aldobrandini epiſtolam, tanquam nova declaratio, à Sede Apoſtolica emanata, celebratur: quæſitis tamen tegendæ deformitati adeò fucata coloribus, ut neceſſe habeam in primis nudatam ejuſdem in rei veritate faciem omnium oculis exponere, juxtà quam, cùm anno 1656. in Pontificatu ſan. mem. Alexandri VII. vacaſſent per obitum extrà Curiam Monaſteria S. Juſti Secuſien. & S. Mariæ de Mulegio, ſeù de Sylva Diœceſ. Vercellen. cùm Marchio Burgi, tunc Orator Sabaudiæ in Urbe reſidens, intellexiſſet, quòd Cardinales Flavius Chigius ejuſdem Pontificis ex fratre conſanguineo, & Antonius Bichius ex ſorore uterina, Nepotes, hujuſmodi Abbatiis obtinendis incumberent, eorumdem, non ſine cauſa, & maximè Cardinalis Chigii regnantis præpotentiam veritus, ſtatim vocetenus ſui muneris partes apud Pontificem egit, ut dignaretur ſatis nota Apoſtolica Promiſſa, & Indulta erga Sabaudiæ Duces illibata ſervare, providendo reſpectivè de prædictis Monaſteriis perſonas illas idoneas, erga quas ſua Regia Celſitudo propriam intentionem declaraverat, & ſuum conſenſum præſtiterat: hoc etiam addito, quòd intuitu Monaſterii Secuſienſis jus Principis præcipuo etiam ipſius Prædeceſſorum ex fundatione, & dotatione patronatu ſovebatur: Quo audito, habita ſtatim fuit illa Congregatio, quam Adverſantes *in ſum. num.* 13. inſcribunt, prout ſequitur: *In Congregatione habita in Dataria die 25. Septembris 1659. in qua intervenerunt RR. PP. DD. Fagnanus, Ronconius, de Rubeis, Emerix, Bottus Commiſſarius R. C. A. Ugolinus, Riccius Subdatarius.* Omittitur ſub ſilentio Cardinalis Corradus tunc Prodatarius, hujus Congregationis Caput, à cujus nutu cæteri, tanquam inferiora membra pendebant; cujus tamen interventum ſolus inter pro Dataria patrocinantes *D. Severolus* admittit *num.* 32.

num. 32. nec exprimitur, quo inſtante, aut impellente, vel motu proprio, aut aliquo præſumpto vivæ vocis, aut in ſcriptis oraculo, fuerit hæc Congregatio deputata: ſecundùm tamen ea, quæ in dicta Congregatione proponebantur, legitur in primis, quæſitum fuiſſe, an intuitu Monaſterii Secuſienſis conſtaret de Jurepatronatus Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ, ſuper quo dubio dictum fuit *non conſtare*: quamvis negari nequeat fundatio, & dotatio iſtius Monaſterii, etiam cum expreſſa reſervatione nominandi, ex publico inſtrumento, quod affert Præſul Salutienſis *Franciſcus-Auguſtinus ab Eccleſia in ſua Chronol. hiſt. cap.* 2. ſed ſuper Regio patronatu Sabaudiæ Coronæ immorari in præſenti controverſia ſupervacuum duxi: Non omittam tamen, Deo juvante, in ſecunda parte meæ Enucleationis oſtendere ex indubitatis documentis, omnium ferè Monaſteriorum exiſtentium in Ditione Ducis Sabaudiæ, & ſingulariter in Principatu Pedemontano, propriam dotationem, & fundationem proceſſiſſe ex pia ſuorum Progenitorum, & Prædeceſſorum munificentia, ea rejiciendo, quibus putant Curiales Romani ex recentiori in rebus beneficialibus diſciplina innatum, illud etiam ex ſolo priſci juris Canonici miniſterio nominandi jus in noſtris Principibus extinctum fuiſſe, ex eo quòd formam ab iiſdem novis legibus præſcriptam quandoque neglexerint, in Nicolai V. Promiſſione nimiùm fortaſſe confiſi.

58. Secundum dubium principale, in eadem Congregatione excitatum, amplectitur non ſolùm prædictam Abbatiam S. Juſti Secuſien. ſed etiam aliam Sanctæ Mariæ de Mulegio, tunc dumtaxat vacantes, & habetur ibidem hiſce propemodum verbis conceptum: *Secundò, an dictum Monaſterium, & aliud Sanctæ Mariæ de Mulegio de Sylva, Diœceſis Vercellenſis, comprehendantur ſub Indultis fel. me. Nicolai V. Sixti IV. ac aliorum Pontificum, conceſſis Sereniſſimo Duci Sabaudiæ in ea parte, in qua concedunt, quòd Monaſteria, & Abbatiæ hujuſmodi conferantur, habita priùs intentione, & conſenſu ejuſdem Sereniſſimi Ducis?*

59. Retentis terminis dubii, quod proponebatur, peti debuit reſponſio reſolutiva circa comprehenſionem, vel excluſionem ab illis, quæ Nicolaus V. promiſerat, aut Sixtus IV. indulſerat, ſeù ab utriuſque Pontificis diſpoſitione, ad quam ſubſequuta Innocentii VIII. & Julii II. dein Leonis X. & aliorum Indulta, nihil circa formam ſubſtantialem à Nicolao, & Sixto in proviſionibus beneficialibus reſpectivè præſcriptam, immutantia referuntur.

60. Maxima ſanè diſparitas aderat quoad reſolutionem in propoſito comprehenſionis dubio inter Promiſſionem Nicolai V. & Indultum Sixti IV. nam, in eo, quod pertinet ad diſpoſitionem Sixti IV. in ſuis literis Apoſtolicis nona Kalendas Martii 1474. cujus tenor adducitur *in ſum. nu.* 2. & ego memini *in Enucleat. num.* 14. & ſupra *num.* 3. Convenio cum Adverſantibus, in iiſdem non comprehendi Abbatias, de quibus agebatur: multò minus, Summum illum Pontificem ſibi impoſuiſſe aliquam paſſivam, & formalem neceſſitatem actualitèr habendi priùs intentionem, atque conſenſum Ducis circa perſonas idoneas dein promovendas ad quoſcumque Epiſcopatus, aut Abbatias, in ejuſdem Principis Ditione conſiſtentes, vel de quarum perſonis tales proviſiones fuerint faciendæ: imò liberè fateor, in ſola Nicolai promiſſione poſſe de hac comprehenſione tractari, licèt nunquam rationabiliter ambigi.

61. Cùm itaque deputati in hac Congregatione, dubium propoſitæ comprehenſionis, non tam ex Nicolai V. quàm ex Sixti IV. Conſtitutionibus deduxerint, ibidem: *An dictum Monaſterium, & aliud Sanctæ Mariæ de Mulegio de Syl-*

va,

va,Diœceſis Vercellen.comprehendantur ſub Indultis ſan.mem.Nicolai V.Sixti IV. ac aliorum Pontificum, *&c.* opus erat de jure pro negativa reſpondentibus, ad effectum tollendi omnem æquivocationem, quæ utrique conſuleret,dicere:Monaſteria, de quibus agitur, non comprehendi ſub Indultis in numero plurali, prout ſonabat interrogatio: non autem ſub dubiis, & obſcuris verbis adhibere gladium ancipitem, atque uti captioſa reſponſione in numero ſingulari, quæ adaptari poſſet uni, vel alteri ex iiſdem Indultis, ſed nunquam ad utrumque referri, prout ibidem legitur per eadem ipſiſſima verba: *Monaſteria, de quibus agitur,non eſſe comprehenſa ſub Indulto.*

62. Solus inter ſex in hac Congregatione ad conſultandum adhibitos,R.P.D.de Rubeis ſe referens ad omnia Indulta in quæſito propoſita reſpondit, prout Juriſprudentem ſine æquivocatione reſolventem decebat,in illis verbis: *Potiores eſſe partes non comprehenſionis ſub Indultis*; optabile tamen foret, ut ſicuti aliorum reſolutio, tanquam æquivoca, & captioſa, nihil ponit in eſſe, ita etiam exhiberentur motiva, in quibus doctiſſimus ille vir ſuam præponderationem favore Datariæ pro non comprehenſione fundavit; nam quandoque *etiam bonus dormitavit Homerus*; quibus ritè, ac rectè perpenſis, prout jam dixi, & iterum repeto, iſta reſolutio nihil in eſſe conſtituit; nam reſpondentes pro negativa, ad utriuſque partis favorem trahi poſſunt: nec ille ſolus, qui ad omnia Indulta ſe retulit, auſus eſt propoſitum dubium abſolutè pro negativa, aut affirmativa reſolvere, ſed ad Datariæ partes tanquam penès ipſum, neſcio quo jure dictante, potiores acceſſit.

63. Verumtamen,qualecumque fuerit anceps illud Congregationis deputatæ judicium, minus rectè ab Adverſantibus ſupponitur, Ducales Miniſtros omnem lapidem moviſſe,& pluries fuiſſe voce,& ſcriptis informatum: nec non productà ea omnia documenta,quæ demùm nunc exhibentur;ſed particularem Congregationem, ut ſupra, deputatam ſub die 25. Septembris 1659. declaraſſe, Monaſteria illa non eſſe cõprehenſa ſub Indultis: Siquidem in rei veritate ante emanatam declarationem, nihil ex parte Ducis Sabaudiæ præceſſit, niſi præmemorata oretenus ſui Oratoris erga Summum Pontificem expoſitio, cui addi poteſt Regiæ Duciſſæ epiſtola ad Cardinalem Corradum Prodatarium, de qua *in Enucleat.num.*198.Cæterum civilis ſuper hac re conteſtatio, per integrum ferè quadriennium agitata, cœpit poſt emanatam prædictæ Congregationis reſolutionem; neque invenitur ante illam, Miniſtros ſuæ Regiæ Celſitudinis,tàm Romæ apud S.Pontificem, quàm Taurini erga Nuncium de juribus Principis edocuiſſe, aut eadem ab Advocatis in voce, vel in ſcriptis fuiſſe propugnata, ſicuti manifeſtum efficitur ex ipſiſmet epiſtolis ſuper hoc facto contra exhibitis in *ſumm. à num.*14.*uſque ad num.*24.*&* 32. quarum anterior legitur ſub die 1.Decembris 1659. ſub eodem *num.* 32. ubi ab iiſdem Officialibus Datariæ annotatur in margine: ſcripta à Nuncio Taurinenſi in principio exortæ controverſiæ, omneſque aliæ longè poſteriores exiſtunt, & ultima ibidem *nu.* 23. habetur ſub die 3. Septembris 1663.neque in illis aliquid ante eamdem Congregationis reſolutionem ab Advocatis, aut Miniſtris ſuæ Regiæ Celſitudinis pro defenſione cauſæ dicti, vel ſcriptum fuiſſe refertur, quod idem probant epiſtolæ ab Oratore Sabaudiæ ad Sereniſſimam Chriſtinam Regiam Sabaudiæ Duciſſam,& ad Marchionem Planitiarum,tunc Primarium ſuæ Regiæ Celſitudinis Miniſtrum,nec non ejuſdem Marchionis ad prædictum Oratorem, quæ ad extenſum reperiuntur apud D.

Præſidem *Deleſcheraine* in calce ſuæ *epiſtolæ* 7. noviter editæ, & ſingulariter ex illis, quas prædictus Marchio Planitiarum eidem Oratori reſcripſit, videlicet in primis ſub die 27. Auguſti 1659. ibidem: *Hà Voſtra Eccellenza fatto ottimamente col non mandare nella Congregazione ſopra i Privilegi di S. A. R.* Item ſub die 31. Januarii 1660. ibidem: *Con Monſignor Nunzio non ſi è mai parlato nella forma, che ſi dice in Roma; ben è vero, ch' eſſendoſi fatta una ſcrittura molto fondata dal Signor Preſidente Trucchi, fù riſolto di dargliela, per fargli vedere, che S. A. R. non averebbe mutato di penſiero, e che lo faceva con buoniſſima ragione. Credo, che ſi perſiſterà in queſta riſoluzione, la quale non ſi ſtima porti, nè principii di lite, nè conſeguenza di poner in dubbio, ma bensì di profeſſione di tenere per indubitate le pretenzioni di S.A.R.*

64. Adſunt etiam aliæ ejuſdem Oratoris ad Principem, ex quibus convincitur, longè poſt prædictam reſolutionem inchoaſſe Advocatos ſuæ Regiæ Celſitudinis voce, & ſcriptis hanc cauſam agere, & ſingulariter ſub die 5. Janu. 1660. ibidem: *Qui acchiuſo mando a V.A.R. ciò che hà ſcritto il Signor Avvocato Serroni in materia delle Abazie*: & dein 12. ejuſdem menſis, & anni ibidem: *Hò mandato a V. A. R. il conſulto del Signor Avvocato Serroni nel particolare delle Abazie*: & ad Marchionem Planitiarum ſub die 14. Junii 1660. *Jeri li Signori Ronconi, Fretelli, e Serroni furono dal Sign. Cardinal Nepote per il fatto delle Abazie, &c. Oggi ſono ſtati dal Papa, ed avendo voluto il Signor Serroni dopo gli altri negozii entrare nella materia, Sua Santità gli diſſe, che voleva ſentire il Ronconi ſolo; così è andato il Signor Ronconi, il quale hà parlato de' Privilegii, e vedendo, che 'l Papa faceva forza, che non conteneſſero, che la Savoja gli hà rimoſtrato, che contenevano anche gli altri dominii*: cum quibus concordant epiſtolæ ex adverſo exhibitæ *in ſumm. num.* 14. *&* 15.

65. Ex quibus omnibus commentitium omninò detegitur fuiſſe, contradicentibus Miniſtris, & Advocatis Ducis Sabaudiæ, omnem lapidem moventibus, hanc cauſam plenè in ſcriptis, & voce diſcuſſam, antequam deputata Congregatio ad prædictam reſolutionem procederet. Cunctis itaque in cute, ac intus diligenter inſpectis, dicendum potiùs videtur, hujus Congregationis deputationem poſt auditos Sabaudi Oratoris ſuper vacantium Abbatiarum proviſione ſenſus, Summo Pontifici expoſitos, ſtatìm fuiſſe ab illis, quorum intererat, acceleratum, ut facienda in Datarìa conſultatio (ubi Officiales Datariæ malam cauſam habere non conſueverunt) jam pronum favore Cardinalium Nepotum Pontificis animum hac præjudicii ſpecie devinciret.

66. Aſſerit facti *Compilator numer.* 4. ſanctæ memoriæ Alexandrum VII. poſt quadriennalem contentionem, Abbatìas tunc vacantes in prædictæ reſolutionis ſequelam, acquieſcentibus ſuæ Regiæ Celſitudinis Miniſtris, liberè contuliſſe, quod iterum repetit *numer.* 19. *in fine*: & numeratis quinque Abbatìis jam vacantibus, magis oſtentat *numero* 25. Ad cujus rei probationem varia cumulavit epiſtolarum fragmenta *in ſumm. à n.* 13. *uſque ad n.* 24. Romæ ad Nuncium Taurinenſem inſcripta, in quibus, pendente hac controverſia, gratis à Miniſtris Pontificiis aſſerebatur, petitionem Ducis Sabaudiæ nullo jure foveri, & vacantium Abbatiarum proviſionem liberè ad Sedem Apoſtolicam pertinere, in quo magis enixè Cardinalis Chigius, propriam cauſam agens, loquutus eſt in ſuis epiſtolis ad eumdem Nuncium, quæ habentur ubi ſupra *nu.* 10. *& ſeqq.* ex eo quòd Miniſtri Suæ Regiæ Celſitudinis perſiſterent, non aliter

rela-

Digitized by Google

relaxandam tàm ipſi, quàm Cardinali Bichio Abbatiarum poſſeſſionem, de quibus, juxtà tractatum cum Nuncio Apoſtolico initum, fuerant proviſi, uiſi obtentis priùs à Principe literis placitoriis, ex quibus conſtaret de illius præcedenti intentione, atque conſenſu.

67. Nullius ſanè momenti ad nocendum rei veritati, aut ad infringenda ſuæ Regiæ Celſitudinis Jura, habendæ ſunt hujuſmodi epiſtolæ, quæ vigente contentione, ſcriptæ ad invicem dicuntur Romæ, & Taurini, inter Aulæ Pontificiæ Miniſtros, ut ſuam, aut Datariæ cauſam meliorem efficerent; ſed, poſtquam Adverſantes contra omne Juris dictamen probari legitimè poſſe putarunt, hujus quadriennalis, & nunquàm intermiſſæ controverſiæ ſactum ex illis, quæ in cauſa propria, inſciis Duce, ejuſque Miniſtris, Romæ, & Taurini reciprocè ad ſavorem Datariæ ſcripta, atque reſcripta dicuntur, neque etiam ea in ſavorabilibus reticendo, quæ honeſti ratio pandere vetabat, ſas erat, ſaltem omnes, & integras epiſtolas ſuper hac re, in continuato illo quadriennii curſu, datas, atque receptas ſucceſſivè, & gradatim exhibere, non autem ex directis ad Nuncium Taurinenſem unicam de anno 1659. quatuor de anno 1660. tres de anno 1661. unicam de anno 1662. & quinque de anno 1663. atque ex ſcriptis ab eodem Nuncio quatuor dumtaxat, videlicet duas de anno 1661. & alias duas de anno 1663. Etenim in hac interpellata, & diminuta epiſtolarum productione, ſacti veritas potiùs involvitur, quàm oſtenditur.

68. Cæterum, quid reverà pendente illa quadriennali contentione circa proviſiones Abbatiarum, in Principatu Pedemontano vacantium, tractatum fuerit inter utriuſque Partis Miniſtros, & dein per modum temperamenti cum Nuncio Taurinenſi reſolutum, ipſius cauſæ certus exitus manifeſtè demonſtrat: Siquidem de Monaſterio Sancti Juſti, cujus prævia Ducis nominatio ſtatim à Datariæ Officialibus impugnata, initium, & cauſam exortæ controverſiæ dederat, non fuit proviſus Cardinalis Chigius, ſed Abbas Philibertus Scalia ex Verrucæ Comitibus, jam à ſua Regia Celſitudine deſignatus; prout etiam de Monaſterio Sancti Mauri Petrinus Aghemius, & de illo S. Januarii Abbas Nomius, erga quos Ducis intentio, atque conſenſus præceſſerant. Expedire quidem viſum fuit, aut ſic decere, ut ſua Regia Celſitudo propriam voluntatem Summi Pontificis obſequio flecteret erga Cardinales Chigium, & Bichium Suæ Sanctitatis Nepotes, intuitu Abbatiarum Caramaniæ, & Mulegii: Attamen nulla Juris, aut æquitatis ratio ſinit, ut præſtitum Summo Pontifici à piiſſimo Principe obſequium, in ſui Juris diminutionem retorqueatur, juxta jam tradita in *Enucleat. num.* 197. *& ſeqq.*

69. Neque aliter ſenſiſſe Principem, & eius Miniſtros, in certiſſimo nominandi Jure perſiſtentes, probat Epiſtola ſuæ Regiæ Celſitudinis ad Cardinalem Prodatarium, cujus tenorem exhibui in *Enucleat. num.* 198. & plenè juſtificatur ex alia epiſtola ad eumdem Cardinalem Prodatarium, quam ſacti *Compilator in ſua allegat. numer.* 56. à tergo ſcriptam fuiſſe tradit à Patre Granerio Societatis Jeſu in menſe Auguſti 1663. ubi non obſtante, quòd jam Summus Pontifex, juxta tractatum Taurini habitum, prædicta duo Monaſteria Cardinalibus Chigio, & Bichio contuliſſet, afferuntur indubitata illa fundamenta, ex quibus conſtat jure merito Miniſtros ſuæ Regiæ Celſitudinis in eo ſenſu firmiter permanſiſſe, quòd earumdem Abbatiarum collatio, ex Pontificiis promiſſis, & Indultis præcedentem Ducis intentionem, atque conſenſum exigeret; undè patet Cardi-

nalem

nalem Chigium proprio genio indulſiſſe circa tractatum ſequutum Taurini inter Nuncium Apoſtolicum, & Miniſtros Ducis, dum in epiſtola, quam afferunt Officiales Datariæ ſub die 30. Julii 1663. *in Sum. n.* 21. ſcripſiſſe dicitur ibidem: *E ſe bene da S. A. e da' ſuoi Miniſtri ſi procurò di ſoſtenere la pretenſione in contrario, ad ogni modo, riconoſcendo l'evidenza delle ragioni, che aſſiſtevano a Sua Beatitudine, ed alla Santa Sede, finalmente ſi acquietarono, con ſignificare a V.S. rimanere l'Altezze loro appagate; e che però ſi ſarebbe potuto venire alla ſpedizione, ed al poſſeſſo di dette Abazìe, come ſeguì. Il tutto ſarà bene, ch'ella rappreſenti al Signor Marcheſe di Pianezza, moſtrando, che dopo eſſerſi così eſpreſſamente ſtabilito di concerto, rimanendo totalmente ultimato l'affare con ſodisfazione comune, di che V.S. diede fin dall'ora pieniſſime informazioni: Non sò ora Sua Beatitudine, come ſi poſſa recedere, ſenza far apparire, che ella abbia ecceduto ſenza alcun fondamento in ciò, che da lei fù ſcritto: e potrà anco valerſi ſeriamente col medemo Signor Marcheſe, e con altri, che lo giudichi opportuno, dell'aggiunta lettera oſtenſiva.* Etenim aliud eſt, quòd ſua Regia Celſitudo propriam voluntatem enixo Summi Pontificis placito in gratiam Nepotum confirmaverit; undè præſtitus ille conſenſus ſaltem propria Jura conſervaret: Aliud autem, quòd tàm Princeps, quàm ejus Miniſtri (prout placuit Cardinali Chigio, rem propriam agenti præſumere) talem conſenſum præſtiterint, fatentes nullum Jus Duci Sabaudiæ competere, ad earumdem Abbatiarum nominationem; nam hanc dumtaxat fuiſſe illorum immotam mentem, conſtat ex dein denegata poſt proviſionem poſſeſſione, licèt etiam in hoc tandem indulſerit Princeps ratus ſatis eſſe conſcientiam facti.

70. Refert ſe Cardinalis Chigius in prædicta epiſtola ad id, in quo ſupponit, fuiſſe ab eodem Nuncio certioratum, ibidem: *Di che V.S. diede fin dall'ora pieniſſime informazioni*: Quæ tamen informationes non apparent, quinimò in ejuſdem Nuncii epiſtolis in *Summario* exhibitis, nulla fit mentio de hac inveriſimili, & improbabili declaratione, quæ rebus geſtis omninò contraria detegitur, quamvis non deſierint Adverſantes ea etiam in eorum *Summaria* typis impreſſo pandere, quæ ſub ſigillo ſecreti ſervando, aut fictitia, aut in deterius accepta ipſemet Nuncius accepiſſe retulit à Marchione Planitiarum, cujus eximii Viri in toto Orbe celebratam integritatem, atque prudentiam, etiam in hoc facto manifeſtam efficiunt ejuſdem literæ, vigente hac contentione, ſcriptæ ad Oratorem Sabaudiæ, tunc Romæ commorantem, quas exhibuit Præſes *Deleſcheraine* in calce ſupra laudatæ ſuæ *epiſtolæ* 7.

71. Sed quæro, quibus rationibus convicti moveri potuerunt Miniſtri Suæ Regiæ Celſitudinis ad conſulendum Principi, ut, tanquam omni Jure deſtitutus, fateretur, in conſenſu præſtito favore Cardinalium Nepotum, ſibi nullum Jus ad hujuſmodi nominationes competere? non quidem ex illa ancipiti prædictæ Congregationis reſolutione, quæ nunc ab Adverſantibus celebrata, attamen tanquam carens omni fundamento, nec meruit in iiſdem epiſtolis exhibitis allegari: aut forſan ex verbalibus jactationibus, quibus ibidem nihil frequentiùs, quòd nullum Jus Ducibus Sabaudiæ competeret, dum totum contrarium oſtendebant Miniſtri Suæ Regiæ Celſitudinis, non vocibus inanibus, ſed indubitatis Juribus, & rationibus, quibus inhærebant primi nominis in Curia Romana Advocati, inter quos *Hercules Ronconius*, quorum ſcripta nunc denuò typis impreſſa exhibentur.

72. Ut

72. Ut liberè dicam quod ſentio, non poterat hoc verificari, niſi ex impoſſibili ſuppoſito, videlicet, quòd à Miniſtris Suæ Regiæ Celſitudinis ſervaretur ſingulare illud præceptum, quod Cardinalis Chigius impoſuerat Nuncio Taurinenſi in ſua epiſtola, de qua in *Summ. num.* 20. ibidem: *Potrà V. S. continuare la negoziazione ſuddetta, avvertendo ſempre, di non trattare del punto dell'origine delle collazioni, ſe ſi abbiano a fare dal Sommo Pontefice liberamente, e ſecondo la propria coſcienza, ſenza intenzione, e conſenſo veruno del Signor Duca, poiche è già ſtabilito, e determinato; onde non parli mai di conſenſo, nè riſervi ſopra di ciò ragione alcuna, ma ſolamente tratti intorno alla nuova pretenſione di placitare le Bolle Apoſtoliche delle proviſioni fatte, come ſopra, liberamente da Sua Santità.* Sed de Pontificiis Promiſſis, & Indultis, quorum vim Adverſantes contra communem ſenſum ad ſolam *Sabaudiam* ultramontanam reſtringere conabantur, loquuti ſunt Principes, & ejus Miniſtri, nec ab illis unquam diſcedent, aut iiſdem à Deo, & ejus in Terris Vicario juvantibus, nocebunt ſubterranea illa cunicula, ſignificata in epiſtola ad Nuncium Taurinenſem ſub die 19. Apr. 1660. *in Summ. num.* 14. ibidem: *Per il che non laſci V. S. di far coſtà le contramine a i diſegni, che vengono propoſti da Sua Eccellenza, o da altri, che per proprie paſſioni rappreſentaſſero le coſe a modo loro:* multò minus in hac proprii, & indubitati Juris neceſſaria defenſione prævalere poterunt ſuppoſitæ illæ comminationes, de quibus loquitur eadem epiſtola Cardinalis Chigii ſub die 30. Julii 1663. dum, non ſolùm Principi, ſed etiam omnibus ejus Subditis datum eſt ab iiſdem Apoſtolicis Promiſſionibus, & indultis, ut contrariis proviſionibus, & collationibus, tanquam nullis, extortis, & attentatis abſque ullo Cenſurarum Eccleſiaſticarum metu firmiter reſiſtere valeant.

§. II.

Excogitata ab Adverſantibus motiva ad colorandam prædictæ reſolutionis vanitatem, nec ratione, nec Jure, nec authoritate ſubſiſtunt.

73. Quidquid ratione caret extirpari omninò neceſſe eſt. *cap. Coepiſcopi* 5. *diſtinct.* 68. *cap. ſana quippè* 11. *diſtinct.* 9. Etenim non quid Primores etiam legum Magiſtri dixerunt, inſpiciendum eſt, ſed propter quod dixerint; In ſolis quippè Legislatoribus procedere poteſt, quod notat *Julianus Juris-Conſult. in l. 19. ff. de legib. & conſtit. Princip. Non omnium, quæ à Majoribus noſtris conſtituta ſunt, rationem reddi poſſe.*

74. Cum itaque Datariæ Officiales hujus obliquę reſolutionis à Prædeceſſoribus emanatæ, nihil præter nudam, & dubiam vocem invenerint, non deſierunt in ſuis allegationibus omnem conatum adhibere, ut inani verborum ſono aliquod pondus adiicerent; Hinc propiùs facti, de quo agitur, ſubſtantiæ accedentes, derelicto incongruæ extenſionis quæſito, ſuper quo fruſtrà, & extrà caſum in præcedentibus laboraverant, fatentur quidem *numero* 32. verba

illa

illa indefinita, *Dominii, Ditionis, & Status* à Nicolao Pontifice adhibita in ſuo proprio, & naturali ſignificatu, complecti omnes Regiones Duci *Sabaudiæ* ſubditas; ſed adhuc in eo perſiſtunt, fuiſſe illam generalitatem ab eodem Pontifice intra Sabaudiæ ultramontanæ limites coarctatam, ex eo in primis, quòd ſuam Promiſſionem direxerit ad Ludovicum Sabaudiæ Ducem, non autem inſimul Pedemontium Principem. Secundò, quia, ſtatuens formam pro cæteris inferioribus beneficiis ſervandam in proviſionibus Prioratuum *Novalitii*, *Tallueriarum*, *Ripaliæ*, & *Præpoſituræ Montisjovis*, eadem quatuor beneficia tanquam exiſtentia in hujuſmodi Dominiorum confinibus deſignaverit.

75. Veruntamen hujuſmodi illationes ad præſumendam hanc irrationabilem reſtrictionem nullum habent juris fundamentum, neque aliquam præſeferunt ſani judicii rationem; non quidem prima à denominatione Ludovici deſumpta: Etenim dignitas demonſtrativa perſonæ, cujus intuitu Promiſſio contrahitur, non minuit, nec auget rem in diſpoſitione deductam, & multò minus influit ad determinationem *loci* in eodem actu dignitati. Promiſit quidem Nicolaus Pontifex Ludovico, eum denominans *Sabaudiæ Ducem*, in qua denominatione ſequutus veterem morem, hodiè adhuc retentum, non tàm præcipuum Ducis Ludovici Principatum, quàm commune omnibus illius Regiæ Domus Principibus, gentilitium cognomentum reſpexit: Attamen deveniens ad rem promiſſam, & locum, ubi erat implenda promiſſio, nullo modo ſe retulit ad Principatum, ſub cujus ſpecifica appellatione Ludovici perſonam demonſtraverat, ſed expreſsè, & indefinitè ſuam Promiſſionem favore ejuſdem Principis contraxit, pro *omnibus*, & *quibuſcumque Metropolitanis*, *Epiſcopalibus*, & *Abbatialibus Eccleſiis in diſtrictu ſui temporalis Dominii*, *ſeù Ditione*, & *Statu* conſiſtentibus: & cauſam initæ Promiſſionis communem ipſiuſmet Principis *temporali Dominio*, *Statui*, & *Ditioni* univerſaliter declaravit; quæ cùm ita in facto ſe habeant, res adeò manifeſtè ex ſeipſa loquitur, ut ſupervacuum ſit, jura jam in *editis allegationibus* vulgata repetere ad convincendum objectæ illationis commentum, à Pontificiæ Promiſſionis mente, & verbis penitùs alienum, omni ratione vacuum, & variis abſurditatibus infectum, de quibus aliqua tradidi in *Enucleat. num.* 224. & *ſeq.*

76. Hoc unum ab Adverſantibus ſcire requiro, videlicet, quomodo ad obtegendam hanc deformitatem uti præſumant auctoritate *Sacræ Rotæ Romanæ* in recollectis *par.* 9. *recent. decis.* 316. 375. & 389. repetitis *par.* 14. *decis.* 140. & *decis.* 261. prout etiam coram *Rojas decis.* 279. 281. 286. & coram *Celſo decis.* 7. Siquidem in hujuſmodi ex adverſo cumulatis deciſionibus motivum dubitandi circa ibidem propoſitam comprehenſionem proceſſit ex eo, quòd expreſſio loci, cujus intuitu Pontificium Indultum Regi Catholico conceſſum emanaverat, legebatur expreſsè reſtricta ad Regna Hiſpaniarum; Undè jure merito Sapientiſſimi Patres in ambiguo poſitum exiſtimarunt, an ad Regna Hiſpaniarum referri poſſent Principatus Cataluniæ, & Comitatus Barcinonæ, qui licèt exiſterent in Hiſpaniis, attamen a Rege Catholico, non ſub nomine Regni, ſed ſub ſeparato, atque diverſo Principatus, & Comitatus titulo poſſidebantur: in quo caſu reſolutio dubii peti debuit à ſubſequuta obſervantia interpretativa, & ab aliis conjecturis, atque præſumptionibus ibidem à *Rota* ponderatis.

77. Nequeunt tamen prædictæ *deciſones*, & omnia in eis contenta, ad ſubjectam facti ſpeciem detorqueri, ubi loci deſignatio in ſuo proprio, & naturali

li ſignificatu nullam reſtrictionem admittit, ſed ad inducendam ejuſdem loci coarctationem vis arguendi deſumitur ex ſingulari illa denominatione ad Principis perſonam demonſtrandam adhibita: quod omnino irrationabile cenſuit eadem *Rota*, loquens de ipſomet Rege Hiſpaniarum apud *Manticam deciſ.* 59. & Coram *Carillo deciſ.* 51. ſecundùm ea, quæ diſtinguendo tradidit Cardinalis *de Luca de beneſ. diſcurſ.* 29. videndus *num.* 14. *&* 15. *poſt Barboſam de appell. verb. cap.* 115. *num.* 4. *&* 5. *& Vitalin. in Clement. Archiepiſ. num.* 47. *&* 48. *ſub tit. de Privileg.* omnem namque diſceptandi rationem in hac materia ortam quidem invenio, ab expreſſione loci, ſed nunquam à denominatione perſonæ; Undè in noſtris terminis, ambigens de re indubitata, aliam reſponſionem non meretur, niſi illam, quam dediſſe ferunt *Celſum* Juriſ-conſultum *Domitio Labeoni in l.* 57. *ff. de teſtament.*

78. Non minorem abſurditatem continet ſecunda illatio, minùs rectè ad eumdem inducendæ reſtrictionis finem, ab Adverſantibus excitata ſub novo, & inaudito commento, quòd Summus Pontifex in tertio ſuæ Promiſſionis capite ſtatuens ſpecialiter formam ſervandam circa proviſiones faciendas de *Prioratibus Tallueriarum, Ripaliæ, & Novalitii, ac Præpoſituræ Montis-Jovis* ibidem in illis verbis: *Præterea Prioratus Tallueriarum, Ripaliæ, & Novalitii, ac Præpoſituram Montis-Jovis, quæ in confinibus hujuſmodi Dominiorum conſiſtunt; ſi & cum illos vacare contingerit nulli conſeremus, niſi ſimiliter prius ab ipſo Duce ejus intentione habita de perſonis, quibus fuerint conſerendi.* hæc quatuor beneficia, tanquam lapides terminales, deſignare, & conſtituere voluerit intra *quorum limites* coarctatæ intelligerentur præcedentes diſpoſitiones, loquentes in primo capite de omnibus, & quibuſcumque Epiſcopalibus, & Abbatialibus Dignitatibus abſolutè, & indefinitè in *Ducis Ditione, Diſtrictu, Statu, & temporali Dominio* conſiſtentibus, & in ſecundo capite de *Dignitatibus* poſt Pontificalem majoribus, & de Prioratibus Conventualibus, ac aliàs diſpoſitioni Pontificiæ reſervatis, ea quoad omnes ratione generaliter expreſſa, *ne Status ſui ſuccedat diſpendium, aut alia quævis adverſitas inteſtina.*

79. Ita propemodum præſumunt Officiales Datarlæ *num.* 9. *& ſeqq.* quibus acceſſerunt pro Datarla ſcribentes Domini *Severolus n.* 24. *de Jandis n.* 3. *de Ferrariis n.* 25. *Cæſurinus n.* 8. ſupponentes hujuſmodi quatuor beneficiis ex natura *loci*, Sabaudiæ ultramontanæ limites convenire, & in omnem eventum ſufficere, quòd pro talibus, fuerint noviter à Summo Pontifice deſignata, ad effectum, ut exinde ea tantùm loca in Pontificia promiſſione comprehendantur, quæ ſunt, & continentur intra fines expreſſos, & conſequenter Sabaudia, intra eoſdem limites conſiſtens, quòdque cenſeatur excluſa Regio Pedemontana pro ea parte, quæ extrà conſtitutos terminos reperitur.

80. Novæ huic ſubauditioni locum dedit ea, quæ ſemper habet aliquid; quod addat in humanis affectibus poſterior adulatio: Siquidem anno 1659. in quo cœpit Dataria olim conceptam à Cardinali Aldobrandino reſtrictionem in lucem emittere, nihil unquam ab hac ſpeciali quatuor beneficiorum proviſione deductum, niſi præſumptæ ad *Sabaudiam ultramontanam* limitationi repugnans; Undè non ſolùm Noſtrates tunc maximum pro *Regionis Pedemontanæ* comprehenſione in Pontificiis promiſſionibus, & Indultis, ab hac quatuor beneficiorum ſingulari proviſione argumentum traxerunt; ſed etiam Primarii Romanæ

Curiæ *Advocati* in editis *allegationibus*, quæ nunc dantur typis impreſſæ, videlicet *Hercules Ronconius numer.* 6. *Ferentillus numer.* 6. *Salomonius numer.* 9. Etenim cùm duo ex iſtis quatuor beneficiis, ſcilicet Prioratus Tallueriarum, & Ripaliæ *ultra montes* exiſtant, non in *Ducatu Sabaudiæ* geographicè ſumpto, ſed primus in Comitatu Gebennenſi, & alter in Ducatu Cablaſii,& alia duo,ideſt Prioratus Novalitii, & Præpoſitura Montis-Jovis ſuam conſiſtentiam habeant citra montes in *Principatu Pedemontano*; neque ullum ex hujuſmodi beneficiis deſignari poſſit tãquam terminus diviſorius inter Sabaudiam ultramontanam,ſeù,ut loquuntur Adverſantes,inter Sabaudiam, & Pedemontium, dum omnia reſpectivè longè diſtant à finibus utriuſque Provinciæ,& ſingulariter Præpoſitura Montis-Jovis, per duodecim leucas à Provincia Sabaudiæ: & quòd magis eſt, eadem Præpoſitura terminat cum Regione Valleſiæ,prout Prioratus Novalitii cum Provincia Delphinatus, Prioratus Ripaliæ cum Lacu Lemano,& Prioratus Tallueriarum exiſtat in centro Sabaudiæ ultramontanæ,ſicuti immutabilis locorum facies oſtendit, & poteſt quilibet facilè ex *Tabulis geographicis* edoceri: Neceſſariò ſequitur poſſe quidem hanc imaginariam limitum deſignationem effingi,non autem in rei veritate allegari,quòd dicta quatuor Beneficia fuerint in Pontificia Nicolai V. promiſſione habita pro terminis diviſoriis inter Sabaudiam,& Pedemontium,ad effectum limitandi præcedentes diſpoſitiones indefinitè,& abſolutè de Ducis *Diſtrictu*, *Dominio*, *Statu*, & *Ditione* loquentes. Meræ namque ſimplicitatis eſt aſſerere, quòd Summus Pontifex in hac promiſsione,de præfigendis novis terminis egerit, ſeù quòd Dux Sabaudiæ apud Summum Pontificem finium regundorum curam habuerit, aut aliqua neceſſitas urgeret ad reſtringendam præcedentem diſpoſitionem, novos limites imponendi,dum ſufficiebat à *Ditione*, & *Dominio* Ducis generaliter expreſſis, *Principatum Pedemontanum*, ſeù *Provinciam ciſmontanam* ſingulariter excipere, prout in *ſimilibus reſtrictionibus conſueviſſe Pontifices* obſervavi ſupra *num*.7. Illud ſanè certum eſt,Nicolaum in ſua promiſſione, localitatis intuitu nunquam ſpecialiter meminiſſe de *Sabaudia*, aut de *Pedemontio*, ſed utramque Provinciam prædictis verbis abſolutis, & indefinitis comprehendiſſe. Si igitur volunt Adverſantes, quòd iſta quatuor Beneficia aſſignata fuerint tanquam novi limites inter utramque Provinciam, incertum adhuc remanet, an in eadem terminatione *Sabaudiam* potiùs, quàm *Pedemontium* complecti voluerit; undè indeterminata hæc finium conſtitutio ad effectum prætenſum ſerviret de nullo,& in irritum caderet,ſaltem quoad prætenſam Pedemontis potiùs, quàm Sabaudiæ excluſionem.

81. Veritas eſt, non potuiſſe Summum Pontificem notabiliori ſpecialitate enixam ſuam voluntatem, jam generaliter indefinitis, & abſolutis verbis declaratam,oſtendere,eo ipſo quòd voluit,prædicta quatuor Beneficia procul à certis, & indubitatis inter Pedemontium, atque Sabaudiam finibus diſtantia, & quorum duo in Pedemontio citra montes,aliaque duo in Sabaudia ultrà montes exiſtunt, excipiendo præſervare à capite immediatè præcedenti Pontificiæ promiſſionis, circà formam univerſaliter ſervandam in Prioratibus aliàs Apoſtolicæ Sedi reſervatis,& eadem ad modum in primo capite præſcriptũ circa collationes Epiſcopatuum,& Abbatiarum ampliando redigere, prout legitimum, & irrefragabilem Pontificiæ promiſſionis ſenſum inſequentes olim tradiderunt ſupra laudati Scriptores, quibus acceſſi in mea *Enucleat. cap.* 6.*num.* 222. & nunc ad diluen-

diluendam hanc vanæ illationis nebulam apertiſſimè demonſtrant Præſes *Deleſcheraine epiſt.5.§.or ella rifletta:*& pleniùs *epiſt.6.fol.* 16. *& ſeqq.* Advocatus *Sardinius obſervat.ult.n.* 137. Eques, & Advocatus *Hyacinthus Fallettus* Juris conſultus Neapolitanus in ſua doctiſſima *conſultatione, num.*33.*& ſeqq.*

82. Cæterùm fictitia moles ex adverſo conſtructa ad evertendam hanc inexpugnabilem veritatem, aereo nititur fundamento, dum erroneè ſupponitur, Pontificem, deſignando prædicta quatuor beneficia, uti exiſtentia in confinibus hujuſmodi Dominiorum, voluiſſe eadem, tanquam limites, & terminos conſtituere, intrà quos præcedens indefinita *Ditionis, Dominii, Diſtrictus*, atque *Status* comprehenſio foret coarctanda; Aliud namque ſunt *termini, limites, metæ*, ſeù *confines* extrinſeci, quibus poſt introductam rerum diviſionem, non ſolùm Privatorum bona, ſed etiam Supremorum Principum Territoria, Dominia, Regna, & Ditiones terminantur, & diſtinguuntur, juxta ea, quæ habentur *tot. tit. ff. & Cod. fin. regund.* & tradunt *Paris de Puteo ſub tit. de fin. feud. Hieronymus de Monte in ſuo tract. de fin. regund.* Aliud autem eſt confine intrinſecum, ſeù Territorium ipſum, aut Dominium, vel Regnum, quod in iiſdem finibus, ſeù limitibus continetur. Cùm itaque Nicolaus V. non potuerit hæc quatuor beneficia pro terminis, & limitibus extrinſecis Sabaudiæ, vel Pedemontis, ſed ipſorum naturalem ſitum deſignando, dum duo exiſtebant in Pedemonte, & alia duo in Sabaudia ultrà montes, ea dixerit exiſtere in confinibus, quòd idem eſt ac ſi dixiſſet *in Territorio*, ſeù *in pertinentiis* hujuſmodi Dominiorum, quibus verbis tanquam ſinonymis paſſim ad deſignandam localitatem utuntur de hac materia ſcribentes, prout *Hieronymus de Monte cap.96.n.1. &* 2. & ità fert cõmunis uſus loquendi, quando dicitur *poſſideo talem fundum in confinibus agri Romani, ſeù alicujus Civitatis, vel Caſtri*, aut Italico idiomate, *poſſedo un tal fondo ne' confini d'una tal Città, ò luogo*, manifeſtè detegitur fallacia, quam adhibent Adverſantes, confundentes in illis verbis: *quæ in confinibus hujuſmodi Dominiorum conſiſtunt*, terminatum cum terminante, & confinem cum re confinata; certiſſimi namque juris eſt, omne id, quod dicitur eſſe in alicujus loci, ſeù Dominii confinibus, nunquam haberi pro termino, & fine diviſorio ipſius loci, ſeù Dominii, ſed in re ipſa terminata contineri. *l. inter eos, ff. de acquir. rer. domin. l. Patronus, §. Sempronio, ff. de legat.*3. quòd ſingulariter indicat dictio illa, *In*, quæ denotat, & importat intrinſicitatem. *l.*1. *ff. de flumin. Gloſſa in l.3. ff. de offic. Præſid. DD.* communiter *in l. Gallus, §. ille caſus, ff. de lib. & poſthum.* atque in puncto *confinium* docuit *Rota in Piſana Tenutæ coram R.P.D. Bourlemont num.*24. quæ reperitur poſt *Paccbelium de diſtantiis deciſ.*13. *Barboſa de dictionib. cap.*152. *num.* 3. ubi notat eandem *Rotam deciſ.*683. *num.*5. *par.*1. *recent.* poſt *Bald. in l. Gallus, §. ille caſus, verſ. ult. nota hìc de Dictione, In. Alexander num.*15. *Jaſon num.*21. *ff. de lib. & poſthum.* cenſuiſſe hanc dictionem adjectam nomini locum ſignificanti, & in caſu nedum ablativo, ſed etiam accuſativo deſignare cõfinia intùs; abſurda enim, & inepta daretur expreſſio, ſi, quod eſt in confinibus, vel intra confinia, terminum terminantem ſignificaret; nam ea eſt receptiſſima ſcribentium concluſio in materia confinium, ex qua habetur, bona pro confinibus, ſeù limitibus deſignata, non comprehendi cum bonis confinatis: & quòd eſt de confine, ſeù termino alicujus rei, non eſſe de ejuſdem rei acceſſionibus, & pertinentiis. *l. cum ſervo* 63. *ff. de contrahend. empt. Bald. in l. fines agri, Cod. de evict. Rota cit. deciſ. coram Bourlemont num.*35. ubi plures aliæ concordantes cumulantur.

 83. Fru-

83. Fruſtrà itaque tentant Adverſantes apertiſſimam Pontificis voluntatem ideali, contrà communem humanæ ratiocinationis ſenſum, commento ſubvertere,quod meram in ſuppoſitis confinibus continet cavillationem, cujus teſte Ulpiano *in l.177.ff.de verb.ſignif. & in l.66.ff. de reg. Jur.* natura eſt, ut ab evidenter veris, per brevem mutationem diſputatio ad ea,quæ evidenter falſa ſunt, facilè perducatur.

84. Non minori vitio laborat illatio ab Adverſantibus excogitata ſub inani colore,quòd Leo X. & ſubſequuti *Pontifices*,innovantes in ſuis Apoſtolicis literis Promiſſa Nicolai V. necnon Indulta Sixti IV. Innocentii VIII. & Julii II. reſpexerint *Ducem*,& *Nationem Sabaudiæ*; Undè illa verba, *Ducis*, & *Nationis Sabaudiæ*,intelligenda ſint de *Sabaudia ultrà montes*, & referri debeant ad coarctanda intrà *eoſdem limites* præcedentia Pontificum placita.

85. Hujus erroneæ illationis commentum manifeſtè demonſtrat ſolus ipſius diſpoſitionis Leoninæ contextus. Siquidem ex eodem rectè, ac integraliter lecto,& inſpecto patet ocularitér, Carolum Sabaudiæ Ducem in ſuis precibus,primo loco Summum Pontificem exoraſſe,ut expoſitas de verbo ad verbum Nicolai, Sixti, Innocentii,& Julii literas innovaret,prout etiam alias Bonifacii VIII.qui quondam Amedeo Sabaudiæ Comiti indulſerat, nè in ejus perſonam, & in ſuis Terris,alicujus cenſuræ,aut interdicti ſententia promulgari poſſet ſine ſpeciali mandato Apoſtolicæ Sedis,& illius Indulti derogatione:quodque in locis Eccleſiaſtico interdicto, etiam cum hujuſmodi licentia ſuppoſitis, ſacra celebrari,& Eccleſiaſtica Sacramenta eidem Duci, Uxori, & Liberis miniſtrari licitè poſſent.

86. Poſt hæc ipſemet Princeps eumdem Pontificem deprecatus eſt in capite ſeparato, ut dignaretur confirmare generaliter quamplura alia, & diverſa Privilegia,Gratias,& Indulta,tam per Romanos Pontifices, quàm Imperatores, & Reges, prout aſſeruit, olim conceſſa *Duci,& Nationi Sabaudiæ*.

87. His ſic reſpectivè præmiſſis,ſequitur immediatè diſpoſitio in illis verbis: *Nos igitur, qui præfatum Ducem ejus de Sede prædicta benemeritis id exigentibus, &c. ſingulas literas prædictas, & in eis contenta quæcunque*, quæ ſingulatim reſpiciunt literas enunciatas Nicolai, Sixti, Innocentii, Julii, & Bonifacii, nullam exceptionem,aut cautelam requirentes, dum fuerant literaliter in porrectis precibus enunciatæ.

88. Volens dein Pontifex in hac confirmatione comprehendere etiam aſſerta ab eodem Duce Pontificum, Imperatorum, & Regum Indulta, quæ dicebantur generaliter olim fuiſſe emanata favore Ducis, & Nationis Sabaudiæ, proſequutus eſt ſuam orationem, ſed cum debitis cautelis, diſcretivè, & disjunctivè à prædictis literis Apoſtolicis, prout liquet ex verbis immediatè ſequentibus ibidem: *Ac quatenùs ſint in uſu omnia, & ſingula Privilegia, Conceſſiones, Gratias, & Indulta, tàm per Romanos Pontifices, & quæ ſacris Canonibus non contraria, quàm per Imperatores, Regeſque, Duci, & Nationi Sabaudiæ conceſſa*.

89. Subſequitur immediatè poſt hanc diſcretivam locutionem Pontificia diſpoſitio ibidem: *Ex certa ſcientia,auctoritate Apoſtolica,tenore præſentium approbamus, renovamus, confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur tenere, & inviolabiliter obſervari decernimus*, & paulò infra: *Omnia, & ſingula de novo concedimus,& indulgemus,ac ſtatuimus,& ordinamus*.

90. Hæc

90. Hac Pontificia diſpoſitione ritè, ac rectè ponderata patet ad oculum, prædicta verba, *Duci, & Nationi Sabaudiæ*, ibidem appoſita intuitu Gratiarum, & Conceſſionum, quæ generaliter aſſerebantur olim conceſſæ Duci, & Nationi Sabaudiæ à Pontificibus, Imperatoribus, & Regibus, referri nullo modo poſſe ad literas Apoſtolicas antecedenter in capite ſeparato enunciatas, & literaliter inſertas, videlicèt Nicolai V. in quibus Promiſſio legitur quidem contracta in favorem Ducis Sabaudiæ, ſed abſolutè, & indefinitè in ejuſdem Ducis, *Ditione, Diſtrictu, Statu, & Temporali Dominio* ſervanda: aut Sixi IV. Innocentii VIII. ac Julii II. diſponentium ſavore illorum, qui ſuit de *Ducatu, ditione*, vel *dominio*; multò minùs Bonifacii VIII. dum loquitur indiſtinctè de *Terris, & Locis*, ad eumdem Principem ſpectantibus; prout etiam abſurdum foret hujuſmodi Pontificia Promiſſa, & Indulta ſingulatim expreſſa iiſdem conditionibus ſubjicere, quibus voluit ipſemet Pontifex ſuam confirmationem modificare quoad gratias, privilegia, conceſſiones, & Indulta, quæ à Duce verbis generalibus aſſerebantur Prædeceſſoribus ſuis olim a Pontificibus, Imperatoribus, & Regibus fuiſſe conceſſa: quorum intuitu conſentaneum fuit declarare, ut confirmata dumtaxat cenſerentur, quatenùs *eſſent in uſu*, & *Sacris Canonibus non contraria*; Etenim nulla Juris ratio ſinit, ut determinatio, quamvis una, in eo quod omnium Indultorum confirmationem reſpicit, determinet etiam uniformiter eorumdem qualitates inter ſe diſſormes, atque diſtinctas ratione rei, aut perſonæ, vel loci; ſed debet ſubſequuta confirmatio ad ſingula Indulta referri, prout fuerunt expreſſa, & ſpecialiter enunciata, ſingula ſingulis applicando, juxtà vulgatas limitationes ad illud commune axioma *in l. jam hoc jure, ff. de vulg. & pup.* quas *poſt Caſtill. Sotom. controverſ. lib. 5. par. 2. cap. 97.* recenſet *Barboſ. axiom. 69. n. 6.* Notiſſimi quippè Juris eſt, innovationem Indultorum, quatenus novum Jus non inducat, ſemper tamen antiquum conſervare. *cap. ex parte 13. ſub tit. de Privileg.* & ab omni ratione alienum eſt, ut, quod ob gratiam alicujus conceditur, in ejuſdem diſpendium retorqueatur. *l. quod favore, C. de legib. cap. 61. de reg. jur.* Cujus rei veritatem ipſimet Adverſantes fateri coguntur, dum admittunt Sixti IV. Indultum, non obſtante ſubſequuta Leonis X. conſtitutione, complecti adhuc omnes Suæ Regiæ Celſitudinis ſubditos tàm citra, quàm ultra montes, quamvis ibidem Sixtus, & ſubſequuti Pontifices Innocentius VIII. atque Julius II. eadem verba ad inducendam hanc comprehenſionem adhibuerint, quibus uſus fuerat Nicolaus, prout notavi ſupra *cap. 1. num. 3.*

91. Cæterùm ſecundùm ea, quæ proponuntur, ſuperfluum adhuc eſt, hanc illuſionem oſtendere: Siquidem omnes ſubditi Regiæ Sabaudiæ Domus, juxtà communẽ uſum loquendi, paſſim *Sabaudi* nuncupantur, & tàm *Allobroges*, quàm *Pedemontani, ac ſubalpini* hoc ſolo nomine nuncupari gloriantur, ſicutiannotavi *in Enucleat. num.* 232. Nec aliter ante Leonem X. uſi fuerunt Sixtus IV. Innocentius VIII. & Julius II. in relatis, & confirmatis ab eodem Leone Indultis, Subditos *Ducis Sabaudiæ* a non ſubditis diſtinguentes per illa verba: *Ut nullus alienigena, ſeù alterius nationis*; in quibus ipſimet Adverſantes non negant omnes ſignificari, quos tàm citrà, quàm ultrà montes Sabaudi Ducis regit Imperium, & in caſu noſtro docuerunt *Ronconius num. 9. Salomonius num. 4.* Præſes *Deleſcheraine epiſt. 6. §. pretende la Datarìa.* Eques, & Advoatus *Fallettus num. 110. & ſeqq.* & tradidi *in Enucleat. cap. 6. à nu. 226. uſque ad num. 235.*

92. Hæc

92. Hæc eadem manifeſtè convincunt, minùs rectè ab Officialibus Datariæ *numero* 20. imputari *Joanni-Antonio ab Eccleſia*, & *Chriſtophoro Fauſſono*, olim clariſſimis in Senatu Pedemontano Præſidibus, hanc vanæ reſtrictionis abſurditatem inani prætextu, quòd prædicti *ab Eccleſia part.* 1. *obſerv. Senatus Pedemontani cap.* 190. *num.* 8. & *Fauſſonus in principio ſuæ conſultationis* typis editæ penès *Pinſonium de regal.f.*922. hujuſmodi indulta referentes uſi fuerint iiſdem verbis à Nicolao V. adhibitis, videlicet: *Intrà Ditionis Sabaudiæ limites*. Etenim ultrà naturalem eorumdem verborum ſignificatum, & apertiſſimam Pontificis mentem, quibus doctiſſimi Viri, ſuper hac re tanquam certiſſima, ne dubium quidem aliquod excitantes, inhæſerunt, perperam ipſorum ſana traditio, ſuppoſita reſtrictionis deformitate notatur, à qua omninò alienum fuiſſe Præſidem *ab Eccleſia* demonſtrant ea, quæ ibidem habentur *nu.*9. ubi refert: Pontificiis privilegiis auctorizantibus conſueviſſe Principes noſtros pro tempore regnantes, Viros idoneos, & ſibi fidos apud Summos Pontifices nominare, qui ad majora beneficia, & Prælaturas, nempè ad Archiepiſcopales, Epiſcopales, & Abbatiales dignitates promoventur, nec proviſos horum beneficiorum poſſeſſionem accipere, niſi obtentis à ſua Regia Celſitudine literis beneplaciti, adducens ibidem deciſionem ejuſdem Senatus Pedemontani apud *Theſaur. ſen. deciſ.* 131. teſtantem id ſe vidiſſe obſervari in Abbatia Mulegii collata Cardinali Joanni-Paulo ab Eccleſia, atque in Abbatiis Secuſii, & Caramaniæ, quæ omnes in Regione Pedemontana conſiſtunt. Quid enim ineptiùs cogitari poteſt, quàm dicere, aut præſumere, quòd Præſes Pedemontanus, exponens ejuſdem Senatus obſervationes circa uſum hujuſmodi Indultorum, loquendo de Ditione Sabaudiæ, intellexerit extrà thema propoſitum de Epiſcopatibus, & Abbatiis in Ditione Sabaudiæ ultrà montes, dumtaxat exiſtentibus, ubi Senatus Pedemontanus nullam Juriſdictionem exercet? Hoc ſanè nihil aliud eſt, quàm doctiſſimi Viri propoſitum, & verba ad incogitatum, obliquum, & irrationabilem ſenſum detorquere.

93. Non leviorem in hac eadem ſubauditione vim inferunt Adverſantes doctiſſimæ Præſidis *Fauſſoni conſultationi*, in cujus inſcriptione Lectores monuit acturum ſe de Juribus Sabaudiæ Ducum circa formam à Summis Pontificibus ſervandam in collationibus beneficiorum, quæ in eorumdem Ducum Ditionibus exiſtunt: in quibus verbis, non ſolùm generalitatem, ſed etiam pluralitatem ſignificantibus, expreſsè ſuppoſuit pro re indubitata promiſſionem Nicolai V. cujus in eadem conſultatione dilucidationem, primus inter Scriptores Pedemontanos, ex profeſſo diligenter expoſuit, non verſari dumtaxat in Ditione ultramontana Sabaudiæ, ſed indefinitè in omnibus Provinciis, ſeù Ditionibus ad Sabaudiæ Ducem ſpectantibus: quod idem pluribus in locis ejuſdem *conſultationis* apertiſſimè declaravit, & ſignanter *f.*4.*§.verùm*, ubi cùm in numero præcedenti pariter aſſeruiſſet, Sereniſſimos Duces Sabaudiæ, pro tempore regnantes, conſueviſſe juxtà prædictorum Diplomatum Sanctiones, Viros idoneos, meritis, & virtutibus inſignes, ac ſibi fidos apud Summos Pontifices nominare, qui ad Archiepiſcopales, & Abbatiales dignitates promoverentur, quorum Principum mente patefacta, vacantia beneficia perſonis nominatis nulla interpoſita difficultate Pōtifices contulerunt, conſcii nimirum Indultorum, quibus Sabaudi Duces fuerunt à Sede Apoſtolica decorati: dein proſequitur hiſce propemodum verbis: *Verùm poſt Sereniſſimi Ducis Victoris Amedei obitum, regnante pupillo Carolo-*

Ema-

Digitized by Google

Emanuele II. ſub Regiæ Matris Chriſtianæ-Franciſcæ Tutela, *ac prudentiſſimo regimine,turbatis ob civilia diſſidia undequaque rebus, nonnulli ex Summi Pontificis Curia, arrepta pupillaris ætatis*, *ac domeſticarum diſcordiarum occaſione; antiqua Sabaudorum Principum privilegia,inveterato uſu corroborata, in dubiū revocare attentarunt*; *idque triplici ex capite : Primò, quia iis tantùm Ducibus prodeſſe poſſint, quibus ſpecialiter collata, aut confirmata fuerant,nec ad ſucceſſores tranſmittantur . Secundò, quia Sereniſſimis Ducibus nominationem ad præfatas dignitates explicitè non videntur impartiri*, *ſed tantummodò Sereniſſimorum Ducum conſenſum requirere; quapropter non tenetur Summus Pontifex ſequi nominationem Ducis Regnantis*, *ſed impetrandus erit à proviſo conſenſus Ducalis, qui denegari non poterit, niſi ſubſit juſta cauſa ſuſpicionis*, *aut imminentis alicujus periculi . Tertiò*, *quia ſit in facultate Summi Pontificis privilegia revocare, aut ſaltem iiſdem ad libitum quibuſdam caſibus derogare.*Quæ omnia non ſolùm ab Authoris judicio frivolam hanc exceptionem penitùs excludūt;ſed etiam dilucidè probant, nunquam anteà fuiſſe illam à Romanis Curialibus agnitam,aut ſeriò deductam, juxtà jam tradita ſuprà *n.55.& ſeqq.* quòd ſi hujus conſultationis integra ſeries inſpiciatur, ubique à doctiſſimo Præſide hæc veritas, tanquam indubitata ſupponitur, & ſingulariter ſecundum impreſſionem Taurinenſem *f.6.§.ſecundum præfatæ,& f.7.§.tertium eruitur,& f.11.§.tertio*, & tandem concludit *f.ult.*aſſerens, Indulta, de quibus agitur, reſpicere publicam utilitatem, nempè tranquillitatem Status,ac Populorum Sereniſſimi Ducis Sabaudiæ,prout etiam intereſſe omnium Subditorum.

94. Nihil ad propoſitum relevat, quod eruditiſſimo *D.Severolio*, pro Dataria, non autem *pro veritate* ſcribenti,placuit expendere *nu.22.Joannem* nempè *Boterium* relatum à *Lamberto Vander Burghio in hiſtor.Sabaud.f.306.& 307.* hanc excluſionem annuere voluiſſe, ex eo, quòd dividens *Sabaudiam* à *Pedemonte*,tres in deſcriptione *Sabaudiæ* ultra montes Epiſcopatus enumerando, videlicet Tarantaſienſem,Maurianenſem, & Bellicenſem, Jus Ducis nominandi ad eaſdem Eccleſias expreſſerit, & dein in deſcriptione *Pedemontis* nihil de hoc Jure retulit intuitu Epiſcopatuum in eadem Regione conſiſtentium. Etenim, ultra quod, juxta logicam, & legalem traditionem non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, & inauditum eſt, ut apud bonum, & æquum Judicem pro negatis haberi debeant, quæ Scribentes ſilentio prætererunt,animadverti poterat, *Botterum* nullam ibidem de *Epiſcopatibus Pedemontanis* ſpecialem dinumerationem feciſſe; Undè non mirum, quòd etiam nihil dixerit de hoc Jure nominandi Principibus debito.

95. Multò minùs in rei veritate ſubſiſtit, quod *n.23.* ſupponit, Equitem nempè *Guicenonium in ſua hiſtor.Sabaud.tom.2. cap.36. §.le grand zele*, ubi gallico ſermone teſtatur de Jure nominandi Suæ Regiæ Celſitudinis ad Epiſcopatus, & Abbatias exiſtentes in Statibus *Sabaudiæ*, prout ſonant illa ibidem : *Que perſonne ne pourroit eſtre promeu a aucun Archeveſchè*, *Eveſchè*, *Abbayes*, *où autres Prelatures des Eſtats de Savoye, mesmes aux Prieurez de Taloyres,de Ripaille*, *& de Novaleze*, *& a la Prevoſtè de Montiou*, *qui ne fut originaire*, *& ſujet des Ducs de Savoye*, *nommè, & preſentè par eux à Sa Saintetè . Ce, que le Pape Clement VIII.confirma avec Eloge à Charles-Emanuel le 19.du mois de Juin de l'an* 1595. voluiſſe ſe in eo corrigere, quod anteà *tom.1.cap.11.fol.95.* explicitè firmaverat circa hoc idem Jus nominandi favore Ducum Sabaudiæ ad omnes

Epi-

Epiſcopales, & Abbatiales dignitates tam in *Sabaudia*, quàm in *Pedemontio* conſiſtentes, prout ejuſdem ipſiſſima verba referendo annotavi *in Enucleat. cap. 4. num.*142. nam hæc jactata correctio repugnat rationi recti ſermonis, & communi uſui loquendi ex traditis ſuprà *num.5.in fin.* & ſignantèr *num.*24.juxtà quem idem eſt dicere *Statibus Ducum Sabaudiæ*, ſeù *Sabaudiæ*, ad effectum complectendi utramque Provinciam, ac ſi dictum fuiſſet in *Sabaudia*, *& Pedemontio*, quæ verè, & realitèr ſunt in *Ditione*, ſeù *Statibus*, Ducum Sabaudiæ, quamvis alterum ex ipſis de per ſe geographicè ſumptum dici nequeat indefinitè, & abſolutè *Status*, ſeù *Ditio* Ducum Sabaudiæ.

96. Verumtamen jam piget in diſpungendis hujuſmodi grammaticalibus verborum nugis immorari, & inutiles paleas diſcutere, quibus Adverſantes inanem illam reſolutionem de anno 1659. favore *Dataria*, inconſultò emanatam, aſtruere conati ſunt contra indubitatam Nicolai V. aliorumque Pontificum mentem, apertiſſimis verbis expreſſam. Satis enim patet, quidquid nunc excogitatum, aut adinventum fuit ad colorandam prædictæ reſolutionis abſurditatem, nihil aliud eſſe, quàm merum commentum proprio Marte confictum: neque aliud decantatæ illius reſolutionis fundamentum inveniri poſſe, niſi, quòd tunc *ſola ſtetit pro ratione voluntas*, quam nunc clauſis oculis ſequi movere non potuit *præſens*, qua fruimur in hoc *ſine carne*, *& ſanguine* Pontificatu *felicitas*, cujus *Divina judicia* à terrenis affectibus aliena, in ſola veritate, & æquitate conſiſtunt.

CAPUT III.

Nulla de Jure dari poteſt ex actibus ſubſequutis obſervantia interpretativa ad inducendam excluſionem Pedemontis à Pontificia Promiſſione.

97. ALiam rimam aperiunt Officiales Dataria in ſuis allegationibus *num.* 21. quibus inſerviunt DD. *Severolus num.* 34. *de Jandis num.*15. *de Ferrariis num.*37. *de Cæſarinis num.*20. ſupponentes, omnes Abbatias in Principatu Pedemontano conſiſtentes, à ſeculo, & ultra, incipiendo à Pontificatu Clementis VIII. uſque nunc,fuiſſe ſemper, & ſine aliqua interruptione ad libitum, & liberè à Sede Apoſtolica proviſas abſque ulla præcedenti Ducis intentione, atque conſenſu, & ſine aliqua relatione ad Nicolai V. Promiſſionem,aliorumque Pontificum Indulta;quo ſuppoſito concludunt tolli omnem dubietatis umbram circa reſtrictionem ejuſdem Pontificiæ Promiſſionis ad Sabaudiæ ultramontanæ limites ex obſervantia interpretativa, ad cujus vim, & efficaciam oſtendendam in declarandis humanorum actuum voluntatibus, ultra generales ſcribentium regulas, ſingularitèr ad ſubjectam facti ſpeciem referunt *Rotæ Romanæ deciſiones* in cauſa *Barchinonenſi*, de quibus memini ſupra *num.* 76. *&* 77.

98. Reſpondetur in primis, ſubjectam facti materiam, etiam ſecundum ea, quæ ex adverſo proponuntur,non eſſe aptam ad recipiendam hanc obſervantiæ inter-

interpretativæ formam; nam cùm verſemur in ſubjecto, quod ex ſui natura æqualiter reſpicit, tàm Sabaudiam ultramontanam, quàm Ciſmontanam, prout ſunt verba illa abſoluta, & indefinita *in diſtricta, ditione, ſtatu, & temporali dominio* Ducum Sabaudiæ, non potuit iſta interpretativa obſervantia ad inducendam declarationem voluntatis excluſivæ quoad Principatum Pedemontanum,& reſtrictivæ ad ſolam Sabaudiam ultra montes exoriri,niſi quia,aut Duces Sabaudiæ diverſimodè ſe geſſerint in hoc Jure exercendo intuitu Principatus Pedemontani, ab eo, quod egiſſe comperiuntur in Ultramontanis ſui dominii partibus, aut quia Summi Pontifices in ſuis Apoſtolicis literis earumdem Abbatiarum collationem juſtificantibus aliquid declaraverint, in quo magis liberam Abbatiarum proviſionem ultra montes judicaverint, quàm in Pedemontio; Si igitur tàm Sereniſſimi Sabaudiæ Duces nominando, ſeù ſupplicando,quàm Summi Pontifices providendo, & conferendo eamdem uniformitèr in utriuſque Provinciæ Abbatialibus proviſionibus formam adhibuerunt, ex qua oriri non potuit, niſi uniformis ergà utramque Regionem voluntas, minùs rectè deducitur ab hujuſmodi actibus uniformibus diverſæ voluntatis interpretatio.

99. Neque dicatur hanc obſervantiam interpretativam,quæ tendit ad declarandam Nicolai V. promiſſionem in ſola Regione ultramontana, argui poſſe ex ſuppoſito, quòd in ſolis Abbatiis Pedemontanis oſtendatur, paſſivam obtinendæ præcedentis intentionis, atque conſenſus neceſſitatem fuiſſe neglectam, aut impugnatam; nam retorquetur argumentum, dum ſatis notum eſt, ab initio naſcentis hujus mali, Curiam Romanam non minùs egrè tuliſſe hujuſmodi nominationes in Sabaudia ultramontana, teſte clariſſimo Protopræſide *Antonio Fabro* penès Cardinalem *Oſſatum in Epiſt.*260. cujus ipſiſſima verba retuli ſuprà *num.*44.atque idem noviſſimè ultra montes,licet arrepta opportunitate,frequentiùs intuitu *Pedemontis* tentaſſe Officiales Datariæ occaſione vacantis Abbatiæ de Sixt Diœceſis Gebennen.pro cujus proviſione,cùm Sua Regia Celſitudo propriam intentionem,atque prævium conſenſum Summo Pontifici ſignificaſſet favore Abbatis Cagnoli: attamen in libera Apoſtolicæ Sedis collatione perſiſtentes, Ducis nominationi fortitèr obſtiterunt,ſicuti probant allegationes juridicæ, pendente diutina illa contentione, vulgatæ ab olim eruditiſſimis Protopræſidibus *Joanne-Baptiſta Novarina, & Marco-Aurelio Blancardo*, necnon *Petro Morello* in Senatu Sabaudiæ Conſiliario; neque diverſimodè impugnata fuit Regia nominatio Abbatis Iſnardi de Caſtello ex Marchionibus Caralii ad Abbatiam Novalitii, quamvis ab iiſdem Adverſantibus in Pontificia promiſſione comprehenſa declaretur;nec aliter nunc ſentire videntur,dum denuò vacantem eamdem Novalitii Abbatiam,non obſtante Ducis nominatione, in præſenti controverſia commiſcent: & quod ad idem ſtrictiùs urget, præmemoratam *Præſidis Fauſſoni conſultationem*, ordinatam fuiſſe ad propugnanda dumtaxat Suæ Regiæ Celſitudinis Jura in nominationibus Abbatiarum ultra montes acritèr ſuſtinent. Sed clauditur omnis aditus inducendi ex proviſionibus ſubſequutis, prætenſam voluntatis interpretationem excluſivam Principatus Pedemontani, dum per centum, & quinquaginta ultra annos à die Pontificiæ promiſſionis æqualis utriuſque Provinciæ comprehenſio, indubitatis Summorum Pontificum, & Sacræ Rotæ Romanæ declarationibus in ſubſequuta obſervantia,comprobatur ex fusè traditis ſupra *cap.*1. *per tot.* Quibus ſic ſtantibus inutilis omninò foret quælibet contraria ſubauditio nunc ab actibus lõgè remotis excogitata,juxtà traditionem

Rotæ par.9.recent.tom.1.deciſ.92.num.19.& par.11.deciſ.220.n.23.& deciſ.319. num.12.& 13. Ottob.deciſ.26.nu.14.& 15.Cardin.de Luca ſub tit.de Jur.patron. diſc.26.num.14.& 15. ultra quod obſervantia interpretativa ad declarandam pro excluſione Principatus Pedemontani Pontificiam voluntatem, adduci nequit citra evidentem, & inevitabilem abſurditatem; Etenim, cùm in eadem Regione Pedemontana Epiſcopalium, & Abbatialium dignitatum nominatio, ſeù ſupplicatio ſavore Ducum Sabaudiæ provenerit ab eodem fonte Pontificiæ promiſſionis, neque quoad Eccleſias Epiſcopales alia unquam interpretatio ex obſervantia ſubſequuta deduci valet, quàm illa, quæ ſuæ Regiæ Celſitudinis intentum juſtificat, ſequeretur, quòd Pontificia promiſſio in eodem verborum, & mentis ſenſu concepta, tàm intuitu Epiſcopalium, quàm Abbatialium dignitatum, diverſam in una, eademque voluntate, imò contrariam intelligentiam ſuſciperet, quod improbum eſſet de Summis Pontificibus præſumere; undè hujus obſervantiæ interpretativæ ſubauditio potiùs nimis vigilantium in ſomniis tribuenda eſt, quàm ſano, & irreprehenſibili Pontificiæ mentis, & loquutionis judicio.

100. Tandem cùm Promiſſio Nicolai V. tàm ex mente, quàm ex verbis in ea parte, quæ reſpicit abſolutè, & indefinitè diſtrictum, ſtatum, dominium, & ditionem Ducis Sabaudiæ nequeat citra manifeſtam infractionem Pontificiæ voluntatis ad aliquam ejuſdem temporalis dominii partem coarctari. Incivilis omninò cenſenda eſt hujuſmodi obſervantia interpretativa, ex qua potiùs voluntas ipſa ſubvertitur, quàm declaratur; *Ea enim* eſt natura obſervantiæ interpretativæ, ut tunc dumtaxat locum inveniat, quoties dubia, & obſcura mens, aut verba diſponentis ſuper eo, de quo quæritur, probabilem aliquam, & rationabilem ambiguitatem ſano nudam veritatem inquirentis judicio relinquunt. *l.Non alitèr 67.ff.de legat.3.l.Labeo ait 7.ff.de ſupellect.leg.cap.intelligentia 6.de verb. ſignificat.* Notiſſimi namque Juris eſt, obſervantiam ſubſequutam, tanquam præambulæ voluntatis interpretem attendi, quoties ſuper eadem voluntate, ſivè ex verbis, ſivè ex mente diſponentis rationabilis aliqua cadit dubitatio, ſecus autem ubi mens, & verba aliquam probabilem ambiguitatem recipere nequeunt. *Ludoviſius deciſ.184.num.4. & 5.* & ibidem *Additionator Beltraminus num.8. litt.C. Seraphinus deciſ.1410.num.24.Rota Romana part.1.recent.deciſ.196. num.7.& deciſ.496.nu.9.cum concord.* quas affert, & ſequitur *Cardin.de Luca de regal.diſc. 68.num.3.de benefic.diſc.89.num.13.& 17.de dote diſc.174. num.4. de legat.diſc. 59.num.10.de Parochis diſc.14.num.5.* quibus non refragantur deciſiones in cauſa Barchinonenſi è contra allegatæ, quia prout ibidem verba illa limitata ad Regna Hiſpaniarum rationabilem cauſam præbere poterant ambigendi, an comprehenderent Principatum Cataluniæ, & Comitatum Barchinonæ, & ita jure merito legitimam ab obſervantia ſubſequuta voluntatis interpretationem accipere, prout notavi ſupra *num.76.& 77.*

101. Quòd autem comprehenſio Pedemontis in ſubjecta facti ſpecie ſit ita clara in verbis, & mente Pontificiarum conſtitutionum, ut omnem contrarium intellectum excludant, ſatis demonſtravi in *Enucleat.cap.6. per tot.* & dilucidè patet ex nunc traditis *cap.1. & 2.* Sed hæc veritas, quamvis ex ſe ipſa Meridiano Sole clarior appareat; nihilominùs rutilantior adhuc emicat inter humanas umbras ad eam obnubilandam aereis vaporibus ex adverſo conflatas. Quis enim, niſi ſeipſum decipere volens, induci seriò poterit ad præſumendum, quòd Nicolaus V. in promiſſione contracta ſavore Ludovici Ducis Sabaudiæ pro omnibus, &

qui-

quibuſcunque Epiſcopatibus, & Abbatiis exiſtentibus *in diſtrictu ſui temporalis dominii, ditionis, & ſtatus*, ad firmandam univerſalem ejuſdem Ditionis tranquillitatem, intelligere voluerit de ſola Sabaudia ultramontana, ex eo, quod perſonam ejuſdem Principis demonſtrans, eumdem conſueto, tanquam antiquiori dumtaxat dignitatis titulo, ſeù vulgari propriæ familiæ cognomento, cæteris ampliſſimæ Ditionis titulis, & dignitatibus omiſſis, Sabaudiæ Ducem denominaverit? aut quòd ipſemet Pontifex complecti volens quatuor minora beneficia in forma jam ſibi præſcripta circa proviſiones Epiſcopalium, & Abbatialium dignitatum, & eadem excipere à modo generalitèr ſervando in collationibus beneficiorum ejuſdem ſpeciei habuerit in animo conſtituendi ipſamet quatuor beneficia, tanquam novos limites, & terminos diviſorios inter Sabaudiam Ciſmontanam, & Ultramontanam, in tra quos inita promiſſio eſſet coarctanda, ſub prætextu, quòd eadem deſignaverit tanquam exiſtentia in confinibus hujuſmodi Dominiorum? & tandem, quòd Leo X. interpretari voluerit, hanc Nicolai promiſſionem uti reſtrictam ad Nationem Sabaudiæ ultramontanæ, ex eo, quod eamdem ſpecificè confirmans cum omnibus in ea contentis ibidem de verbo ad verbum relatis, rata habuit pariter omnia, & quæcumque privilegia, atque indulta, quæ aſſerebantur generalitèr non ſolùm à retroactis Pontificibus, ſed etiam ab Imperatoribus, & Regibus olim conceſſa Duci, & Nationi Sabaudiæ, adhibita tamen cautela, quatenùs eſſent in uſu, & ſacris canonibus non contraria?

102. Hæc tamen ſunt, quibus Adverſantes Pontificiam promiſſionem, quam lædere, aut delere nequeunt, ſtudent ſub ſpecioſo ambiguæ voluntatis colore, ex actibus poſt centum, & quinquaginta annos ſubſequutis, in vim obſervantiæ interpretativæ declaratam eludere, quæ omnia ex jam traditis ſupra *n.* 78. *& ſeqq.* nihil aliud in ſenſu veritatis eſſe deteguntur, niſi vana ſophiſmata, ſpernendis verborum cavillationibus conſarcinata, quæ naturalem adhibitæ loquutionis ſignificatum, & apertiſſimam mentis expreſſionem, non declarant, aut interpretantur, ſed deſtruunt, & manifeſta mutatione ſubvertunt.

103. Cæterum, cùm obſervantia interpretativa ex actibus ſubſequutis ad id dumtaxat ab utroque Jure ſit ordinata, ut diſponentis dubiam voluntatem declaret, & lucē afferat ad diſcernendū ea, quæ in ſui origine verborum, aut mentis ambiguitas in obſcuro reliquerat, nullo Jure adaptari poteſt huic Pontificiæ promiſſioni, in qua quælibet contraria obſervantia contractæ fidei tàm in mente, quàm in verbis correctionem, ſeù retractationem, non autem declarationem, aut adimplementum induceret, undè in omnem eventum omnes actus ex adverſo ſuppoſiti referri debent ad terminos obſervantiæ præſcriptivæ, non autem interpretativę, juxta receptiſſimam diſtinctionem *Pauli Caſtrenſis in l. Hæredes palam, §. Si quid poſt, ff. de teſtam. & conſil.* 340. *lib.* 1. *per tot.* quam poſt *Petrum Barboſam in l. poſt dotem* 47. *ff. ſolut. matrim.* paſſim firmavit *Rota Romana*, & ſignantèr *par.* 6. *recent. deciſ.* 319. *num.* 1. *& ſeqq. & deciſ.* 351. *num.* 7. ac recenſuit *Cardin. de Luca ſub tit. de Judic. diſc.* 21. *num.* 7. *&* 8. *& diſc.* 35. *num.* 65. *de Juriſdict. diſc.* 7. *num.* 7. & alibi ſæpiùs, quibus accedunt ea, quæ ad propoſitum ſolidiſſimis rationibus, & authoritatibus affert *D. Eques Falletus* in ſua doctiſſima *conſultatione* omninò legendus *cap.* 3. *per tot.* & D. Advocatus *Sardinius obſervat. ult. circa finem.*

CAPUT IV.

Deficit in facto, & non ſubſiſtit in Jure omnis exceptio, quam ex actibus ſubſequutis Adverſantes expendunt ad inducendam, vel præſumendam excluſionem Pedemontanæ Regionis à Pontificiis Promiſſionibus, & Indultis.

104. REvocandæ nunc ſe offerunt ad rectam veritatis,& juſtitiæ lancem,ſubſequutæ illæ à Seculo, & ultra proviſiones, quibus Officiales Datariæ *in ſumm.facti fol.*37. *& ſeqq.* Pontificiam promiſſionem erga Ducem Sabaudiæ in ejuſdem temporali dominio ſervandam evanuiſſe præſumunt quoad Abbatias *Pedemontanæ Regionis* in vim obſervantiæ præſcriptivæ, cui ſpecioſum interpretativæ nomen adſcribunt, ad vitandam canonicis præcipuè legibus inviſæ, & odioſæ exceptionis invidiam: Verumtamen irrefragabilis facti veritas eodem Juris, & æquitatis dictamine utramque pari ratione prorsùs inutilem, & inofficioſam oſtendet.

105. Præmitto de Jure veriſſimum, quòd faciens fidem de legitimo titulo alicujus Pontificii Indulti, seù pacti dicitur habere ſuper uſu, & obſervantia ſuam intentionem abundè fundatam; itaut alleganti non uſum, aut contrarium uſum incumbat onus probandi ſuam exceptionem, neque audiendum eſſe niſi de allegato contrario uſu, aut ſaltem non uſu plenè, & ſpecialiter doceat. *cap. quoniam, cap.accedentibus de privil. l.ei,qui dicit, l.ab ea parte,ff.de probat.Abbas in cap. porrò in primo notabili eod. tit. Rota coram Puteo deciſ.*332. *num.* 3. & poſt *Poſthium de manut. deciſ.*457. *num.* 4. *Gonſalez ad reg. Cancell.gloſ.*27. *num.*53.*cum concordant.*quos attuli *in mea Enucleat.num.*166.

106. Illud etiam in facto, tanquam indubitatum, tenendum eſt, Sabaudiæ Ducem pro activa conſervatione, & civili uſu Pontificiæ promiſſionis in ſui favorem contractæ,ad nihil aliud pro eo,quod in ſe eſt teneri,niſi ſi fortè aliquam ex Abbatiis *in diſtrictu ſui temporalis Dominii* conſiſtentibus vacare contingat, Summo Pontifici declarare propriam intentionem,atque conſenſum erga perſonam idoneam,cui intendit eſſe à Summo Pontifice conferendam,prout literalis, atque legalis prædictæ promiſſionis ſenſus *in Enucleat. cap.*4. manifeſtè demonſtrant, in qua, cùm nec mora, nec modus hujus voluntatis ſignificandæ Principi proponenti, aut ſupplicanti præſcribatur, relinquitur illa communi canonici Juris diſpoſitioni; hìc autem in ejuſdem Principis arbitrio, ut per ſe, vel per Nuncium, voce, aut in ſcriptis ſuſceptum munus implere valeat, prout notavi *in Enucleat. num.*168. quod ſi in hujus promiſſionis executione perquiratur eſſentiale factum à Summo Pontifice adimplendum, in eo conſiſtit, ut agnita idoneitate, perſonam à Principe deſignatam de Abbatia ſic vacante provideat; nam

cæte-

cætera, quæ exindè juxtà ſtylum Curiæ ſequuntur, proviſi debitum, aut cautelam reſpiciunt, & prodeſſe quidem in poſterum Principi poſſunt ad majorem, vel faciliorem rei geſtæ probationem, ſed nequeunt illius veritati nocere, aut quæſiti Juris ſubſtantiam minuere, vel augere, juxta jam tradita *in Enucleat. num.* 207.

107. Subſequuta Pontificiæ promiſſionis obſervantia non impugnatur ab Adverſantibus, niſi poſt cęptum Clementis VIII. Pontificatum: Siquidem in retroacto centum, & quinquaginta ferè annorum curſu nihil actum reperitur, quod contractæ à Nicolao, & à ſuis Succeſſoribus renovatæ promiſſionis fidem in minimo lædat, ex fusè traditis ſuprà *cap.*1. quinimò *Jus nominandi* Sabaudiæ Ducibus quæſitum, ſingulariter in hujuſmodi Abbatiis Regionis Pedemontanæ religiosè ſervatum, plenè reſultat ex Julii III. declarationibus ibidem allatis à *num.*15. *uſque ad num.*22. & in *Enucleat.num.*145. *& ſeq.* prout etiam eruitur ex *Rotali reſolutione coram Puteo* ſupra laudata *num.*25. *& ſeqq.* & in *Enucleat. num.*134. atque generaliter probant *Authores* allegati ibidem *num.*135. *& ſeqq.*

108. Quibus accedit relatum illud à *Præſide Deleſcheraine in addit. ad epiſt.* 8. memorabile ſactum, in quo, prout teſtatur *Canonicus Cuſanus in ſuo Comment. de Epiſcop. Vercellen.* Cùm anno 1458. & ſic vix lapſo ſeptennio poſt initam a Nicolao V. promiſſionem, cùm Capitulum Cathedralis Vercellenſis (quod ex deciſis coràm *Cerro deciſ.*176.*num.*11.*§.ulterius*, ſuorum privilegiorum confirmationem anno 1434. à Concilio Baſileenſi obtinuit, & in obedientia Felicis V. non minùs, quàm alii Epiſcopi, & Abbates Pedemontani, nec non Sabaudiæ ultra montes permanſerunt, ſicut notavi in *Enucleat.num.*114. & poſt *Sabellicum, Duchesnè hiſtor. Pontific. Chriſtoph. Harmanò Annal. Eremit.* & *Joannem Gobellinum*, tradit Eques *Guicenonius hiſtor. Sabaud. tom.*1. *fol.*490.) perſiſtens adhuc in electione canonica, poſt habitis Pontificiis reſervationibus à prædicto Concilio abrogatis *ſeſſ.*23. *ſub tit. de elect.* elegiſſet in Paſtorem vacantis tunc Eccleſiæ Archidiaconum Euſebium Margariam, & dein confectæ electionis confirmationem poſtulaſſet à Cardinali Rhotomagenſi Sedis Apoſtolicę Legato, fuit ab eodem Pontificio Legato petita confirmatio denegata, cum declaratione, quòd diſpoſitio perſonæ eligendæ pro prædicta Eccleſia ſpectabat ad Ludovicum Sabaudiæ Ducem, ad cujus ſupplicationem dein fuit de ipſomet Epiſcopatu à Summo Pontifice Caliſto III. Nicolai ſucceſſore effectivè proviſus Amedeus de Nores genere Ciprius, eidem Duci Ludovico, & ejus uxori Annæ,

109. Cipri Regis filiæ addictiſſimus; nec aliter niſi edocto de prævia Sereniſſimi Ducis Emanuelis-Philiberti nominatione Carolus Belgiouſus Clericus Mediolanenſis, tanquam Procurator ſpecialiter conſtitutus à Prothonotario Franciſco Spinola, fuit ab Archiepiſcopo Taurinenſi Delegato Apoſtolico immiſſus in poſſeſſionem Abbatiæ de Ripalta Diœceſ. Taurinen. cui priùs Pontificias Bullas exhibuit, datas Romæ ſub die 4. Auguſti 1565. unà cum *litteris nominationis, & placitoriis* prædicti Sereniſſimi Ducis ſub data Taurini die 13. Junii ejuſdem anni 1565. prout conſtat ex publico inſtrumento ſub die x. Januarii 1566. in illis verbis: *qui quidem Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus in Chriſto D. D. Archiepiſcopus Taurinenſis ipſis Bullis Apoſtolicis cum mandato, & litteris* nominationis, & placitoriis *Sereniſſimi noſtri Ducis Sabaudiæ, ſub data Taurini die* 13. *Junii* 1565. *viſis, & reverenter receptis, &c.*

110. Placet nihilominùs Officialibus Datariæ recentiores ſemitas, omiſſis

anti-

antiquioribus ſeligere; Hinc à recto veritatis, & juſtitiæ tramite deviantes, impenetrabilem adverſus Pontificiam promiſſionem contrariæ obſervantiæ viam aperuiſſe præſumunt Cinthium Cardinalem Paſſerum Clementis VIII. ex ſorore nepotem, cui ab avunculo collatam fuiſſe ferunt de anno 1594. *in ſumm.num.* 34. *lit.A.* Abbatiam Ripaltæ Provinciæ Taurinenſis nemine contradicente, & abſque aliqua præcedentis Ducis Caroli-Emanuelis tunc regnantis, intentione, aut prævio ipſius conſenſu.

111. Reſpondetur in primis, quòd dum Contradicentes non probant in terminis præciſis negativam præſtitæ præviæ intentionis, atque habiti antecedentis conſenſus, firma ſemper remanet contrarii uſus excluſiva præſumptio, de qua ſupra *num.* 105. nam omnes proviſiones ſubſequutæ poſt Pontificiam Nicolai V. promiſſionem à quinque Summis Pontificibus uſque ad annum 1595. renovatam, ita veniunt interpretandæ, ut à lege ibidem præſcripta non cenſeatur infracta datæ fidei promiſſione receſſum, niſi contrarium ex adversò legitimè probetur, per ea, quæ docent *Cravetta conſ.96. num.* 4. *Chokier de juriſdict. par.2.qu.*112.*num.6.& ſeqq.Hieronymus Palma allegat.*73.*num.6.& 7.Rota coràm Merlino deciſ.*792.*num.*14. ſed quod magis eſt ipſa veritas facti ab hac irrationabili controventione prædictum Cardinalem Paſſerum, quamvis Pontificis ex ſorore nepotem, abſolvit; ſiquidem in precibus nomine ipſius Cardinalis Sereniſſimo Duci porrectis, & dein Cameræ Ducali pro verificatione exhibitis ad obtinendam litterarum Apoſtolicarum executionem ſub die prima Septembris 1594. quæ à regiſtris Cameralibus deſumptæ, cum debita legalitate exhibentur, conſtat huic proviſioni præceſſiſſe Ducis nominationem, juxtà formam à Nicolai promiſſione præſcriptam, ſicuti legitur in illis verbis: *Carlo-Emanuele per grazia di Dio, &c. Avendo la Santità di Noſtro Signore proviſto il Cardinal di S.Giorgio dell'Abazia di S. Pietro, ed Andrea di Rivalta, avutane prima la nominazione, e'l conſenſo noſtro, conforme a gl'Indulti, che teniamo dalla S.Sede Apoſtolica: ed eſſendo per parte del ſuddetto Cardinale ſtati ſupplicati per la miſſione in poſſeſſo di detta Abazia, noi veduto il Breve di Sua Santità, piacendone, che 'l ſuddetto Cardinale goda di eſſa, e de' ſuoi frutti, e redditi, mandiamo, &c.*

112. Cùm in omnibus proviſionibus hujuſmodi Abbatiarū ex adversò allegatis non defierint Duces Sabaudiæ in iiſdē literis ad Proviſorum ſupplicationē pro capienda poſſeſſione conceſſis, aut ipſimet proviſi in ſuis precibus Principi porrectis præviæ nominationis declarationem aſſerere, ex qua poſitivè reſultat nō habuiſſe Principē in animo recedendi à proprii juris conſervatione, quinimò ex ipſa non tam Principis, quàm Proviſorum declaratione juſtificatur, verè, & realitèr fuiſſe juxtà legem à Nicolao Pontifice ſibi ipſi præſcriptam in favorem Sabaudiæ Ducis, eaſdem Abbatias nonniſi ad ipſiuſmet Principis nominationem, ſeù ſupplicationem collatas, & obſervantia Pontificiæ promiſſionis non ſolùm negativè, ſed etiam affirmativè convincitur; idcircò poſt facti *Compilatorem* inſurgunt pro Dataria ſcribentes, inter quos Dominus Advocatus *Cæſarinus in num.* 19. allegando, quòd cùm in litteris expeditis, prout etiam in omnibus actis Datariæ facta nunquam fuerit aliqua mentio de præviis Sereniſſimorum Sabaudiæ Ducum intentione, atque conſenſu circa perſonam à Summo Pontifice providendam, ea deſumatur Pontificis, & Principis interpretativa voluntas non fuiſſe in Nicolai promiſſione, aliiſq; ſubſequutis Indultis comprehenſas Abbatias Principatus Pedemontani; quod idem arguit Illuſtriſſimus *D. Severolus n.*35.

n.35. obiiciens hujuſmodi litteras Supremorum Principum placitorias, ad effectum obtinendi facultatem pro capienda beneficii jam collati poſſeſſione, nihil commune habere cum jure nominandi, proponendi, ſeù ſupplicandi, neque illis tanquam illicitis, & à canonico jure damnatis aliquod deferendum.

113. Hujuſmodi objectiones facilè diluuntur: ſiquidem illatio præſumptæ voluntatis quoad excluſionem Abbatiarum Principatus Pedemontani à Pontificiis promiſſionibus, & Indultis, vana omninò detegitur, dum pari modo non ſolùm in proviſionibus Epiſcopatuum ejuſdem Regionis; ſed etiam Eccleſiarum, & Abbatiarum ultra montes exiſtentium, in quibus fatentur Adverſantes adhuc vigere Jus Sabaudiæ Ducibus à prædicta Nicolai promiſſione quæſitum, nulla pariter in litteris à Datarla expeditis fit mentio de præcedenti Ducis intentione, atque conſenſu; undè, ut ſuprà demonſtravi *num*.98. nequit citra manifeſtam abſurditatem ex eodem actu geminæ, & contrariæ voluntatis conjectura deduci.

114. Nec aliquid relevat, quatenus in literis expeditis, Officiales Datarlæ de habitis à Summo Pontifice priùs intentione, atque conſenſu Ducis, erga perſonam dein proviſam non meminerint; nam quamvis ex hac omiſſione ceſſet poſitiva illa probatio, quæ ex ipſiuſmet Datarlæ nunc opponentis confeſſione reſultaret; attamen non tollit eidem Datarlæ excipienti de inobſervantia, ſeù non uſu, vel uſu contrario, neceſſitatem probandi ſuam intentionem contra Principem habentem à reiteratis Pontificum promiſſionibus titulum indubitatum, & irrefragabilem, pro quo contractæ fidei obſervantiam, & implementum præſumendum eſſe præcipit non ſolùm commune jus, de quo ſupra *n*.105. *&* *n*. 111. ſed etiam cogit nunquam peritura Pontificii verbi religio; neque enim prævia in iiſdem literis Principis nominatio eſt neceſſariò deſcribenda, itant negativa probari poſſit ex ſola ipſarum inſpectione, ſicuti animadvertit, & probat ſummæ eruditionis, & integritatis *D.Comes Caſelette*, digniſſimus Pedemontanæ Cameræ Protopræſes, *in reſponſo Camerali pag.*24.*§.quoniã reſpondetur*, & praxis oſtendit, in Bullis, quæ expediuntur ad præcedentem Cardinalium nominationem, ſeù conſenſum intuitu beneficiorum vacantium per obitum alicujus ex ſuis familiaribus vigore Pontificii Indulti, quod in Cancellariæ regulis recenſetur, & in nominationibus Regis Chriſtianiſſimi ad Abbatias Monialium, nunquam à Datarlæ Officialibus effectivè impugnatis, imò ſemper admiſſis. *Pinſonius de regal.to.*1.*c.*8.*n.*12.*f.mihi* 129. ſupra laudatus *nu*.49. nam, ut jam ſupra annuebam *n*.106. & *in Enucleat*. tradidi *n*.207. Literæ expeditæ poſt gratiam à Sũmo Pontifice emanatam non referuntur ad ſubſtantiam ipſius gratiæ intrinſecam, jam in ipſius Pontificis voluntate perfectam, atque conſumatam; multò minùs ad formam circa deſignationem perſonæ ab eodem Pontifice ſervatam; ſed reſpiciunt dumtaxat nudum uſum extrinſecum, & exequibilem reſpectu perſonæ, erga quam fuit facta proviſio. *Gomeſius ad reg. de non judicand.q.*1. *verſ. tamen quoad eſſentiam, Loter. de beneſ.lib.*1.*q.*34.*n.*62. *Hieron. Palma alleg.*63.*nu.*6. *&* 7. undè non mirum, quòd Duces Sabaudiæ pro obtinendo factæ ſibi promiſſionis implemento impreteribilem Summorum Pontificum fidem inſequentes aliud inquirere, aut exigere neglexerint, niſi ut Pontifex Epiſcopatus, & Abbatias vacantes non verbis, ſed facto, effectivè, & realiter de iiſdem perſonis provideret, erga quas priùs eo quo decet obſequio ſuam eidem Pontifici, ſive per Nuncium, ſive, prout

no-

notavi *in Enucleat. n.*167.*&* 168. per epiſtolam, aut alio quocumque modo intentionem ſignificaverant, & proprium conſenſum præſtiterant, quo actualiter verificato ſufficere ipſis viſum fuit ad proprii juris juſtificationem, & conſervationem, ſi ultra facti conſcientiam, ante conceſſam proviſis obtentæ Abbatiæ poſſeſſionem, hanc veritatem, aut in precibus per proviſos, ſibi pro facultate poſſeſſionis capiendæ porrectis, aut in proprio reſcripto conceſſæ facultatis aſſererent, ſicuti intuitu hujuſmodi nominationum ad Sabaudiæ Duces ſpectantium, hanc omiſſionem in literis expeditis ſingulariter annotantes animadvertunt Cardin. *de Oſſat lib.*8.*epiſt.*301.*verſic.vous verrez, Ludovicus Thomaſſinus de benefic. part.*2.*lib.*2.*cap.*40.*n.*11.*Franciſcus Pinſonius de regal.tom.*1.*cap.*14.*n.*10.*&* 41. *& tom.*2.*à fol. mihi* 941. *uſque ad fol.*999. *Joannes Corraſius ſpecim. jur. Eccleſ. tom.*2.*in fin.fol. mihi* 220. quam quilibet in rebus beneficialibus verſatus, priſco Datariæ ſtylo, uſque nunc retento facilè adſcribet poſt perpenſam hujus Pontificiæ promiſſionis originem, longè antiquiorem cæteris Indultis, vel concordatis, quæ in præſenti Pontificia de rebus beneficialibus diſciplina à Sede Apoſtolica favore Summorum Principum, pro nominandis Epiſcopis, & Abbatibus emanarunt ex jam traditis in *Enucleat.n.*208. quibus omnibus seriò ponderatis minùs aptè ad ſubjectam facti ſpeciem generaliter pertrahuntur literæ illæ Principum placitoriæ, quæ ad alium finem, & cùm nullam faciant, nec facere legitimè valeant ex defectu tituli præcedentis declarationem præviæ nominationis, certum eſt, quòd ad ejuſdem juris indemnitatem, & manutentionem influere nequeunt, prout animadverti ſupra *n.*49. & oſtendit *Præſer Deleſcheraine epiſt.* 7. *fol.*43.

115. Quod autem improvidè, & extra rem ab Adverſantibus adducitur in ordine ad hujuſmodi placitorias à Canoniſtis genericè reprobatas, nihil aliud operari poteſt, niſi excitare, & urgere Sabaudiæ Ducem, ut ſuper hoc utatur eodem communi jure, quod non ſolùm omnes Supremi Principes ultra montes; ſed etiam in Italia, præcipuè Siculi, Neapolitani, Florentini, Lucenſes, Januenſes, Mediolanenſes, & Veneti ſine ulla Summi Pontificis contradictione; imò annuẽtibus ejus Miniſtris circa nullam Eccleſiaſticæ juriſdictionis offenſionem, uti ſecularis Principatus bono regimini neceſſarium palàm actualiter exercent, non ſolùm intuitu omnium beneficiorum, etiamſi ad liberam Apoſtolicæ Sedis collationem pertineant; ſed etiam quarumcumque proviſionum à Curia Romana provenientium, ſicuti reſpectivè teſtantur *Seſſe de inhibit.cap.*8.§.3. *num.*83. *& ſeq. Cenedus qu.canonic.cap.*45. *Caſtill.ſ.tom. de tertiis debitis cap.*41.*n.*184. *Curtellius de immunit.lib.*2.*q.*63. *Anſaldus de juriſdict.par.*2.*tit.*7.*cap.*3.*nu.*25. *& ſeqq. Maſtrill.de magiſtrat.lib.*5.*cap.*6. *Menochius de juriſdict.cap.*29. *Gabriel Pereira de manu regia cap.*65. *Cardin.de Luca in relat.Rom.Cur. diſcurſ.*2.*num.*37. Nec abnuunt Canoniſtæ, erga Principes habentes à Sede Apoſtolica hoc ſolum privilegium, ut nullus exterus, aut alienigena beneficium aliquod obtinere valeat ſine ipſius Principis beneplacito, prout in terminis docent *Duardus in Bulla Cœnæ lib.*1.*canon.*15.*quæſt.*11.*num.*59. *Martha de juriſdict. part.* 4. *cent.*1.*caſu* 46.*nu.*4.*&* 14. *Diana tract.*2.*ſub tit.de immunit.Eccleſ.reſol.*205.*nu.*2. *Covarruv. pract.quæſt.cap.*35. *Bobadilla in ſua politic.lib.*2.*cap.*18.*tom.*1. *Amat.variar.reſol. par.*2.*cap.*72.*num.*27. *Dias pract.qu. cap.*54. *Joannes Driedonius de libert. Eccleſ. lib.*2.*cap.*2.*lit.D.fol.mihi* 52.*à t.*

116. Nullum pariter leſivæ obſervantiæ exemplum deduci valet ex alia pro-

vi-

viſione, quæ ſecundo loco dicitur ab eodem Pontifice Clemente VIII. emanata ſub die 5. Julii 1595. de Abbatia S. Solutoris majoris Diœceſ. Taurinen. in perſonam Guidonis Cardinalis de Pepulis *ſumm. num. 34. lit. B.* cujus proviſionis vim maxima reflexione dignam expendunt, dum legitur facta ſub die 19. Junii ejuſdem anni, & ſic nondum elapſo menſe a die, in qua prædictus Pontifex Nicolai promiſſionem, & ſubſequnta Pontificum Indulta, videlicet Leonis X. Clementis VII. Julii III. & Gregorii XIII. in forma ſpecifica confirmaverat.

117. Etenim ex iiſdem duabus epiſtolis Nuncii Taurinenſis ad Cardinalem Aldobrandinum, ex adverſo pro facti dilucidatione productis *in ſum. nu. 5. & 6.* conſtat in primis Sereniſſimum Ducem Carolum-Emanuelem, ſtatim intellecta Pontificia hujus Abbatiæ deſtinatione, conqueſtum fuiſſe apud eumdem Nuncium, ex eo quod ad ipſum, perſonæ providendæ nominatio pertineret, prout legitur in prima ex prædictis epiſtolis ſub die 31. Julii 1595. ibidem: *Si è inteſo quà per diverſe vie, che Noſtro Signore abbi conferita la Badia di S. Saluto al Signor Cardinal Pepoli; il Sereniſſimo Signor Duca non avendone avuto avviſo dal ſuo Ambaſciadore, hà mandato ad intendere da me ſe ne ſapevo coſ'alcuna; Hò riſpoſto, che da V. S. Illuſtriſſima non avevo inteſo altro; ma che avevo ben avute lettere dal Signor Cardinale di Piacenza con queſto avviſo, ricercandomi mandarle la nota dell'entrate di detta Badia. S. A. R. mi hà mandato oggi il Segretario Buſſeu di Rivoli a dirmi, che non eſſendo parſo bene a Sua Santità di conferirla a V. S. Illuſtriſſima, o nel Signor Cardinal Toledo, doveva almeno ſperare di ottenerla per qualche ſuo benemerito ſervidore, pretendendo maſſimamente, che per la confermazione ultima de' ſuoi privilegj, li Veſcovadi, e queſte Abazie non ſi poſſano dare ſenza la ſua nominazione; ma che in ogni caſo per le cauſe, che mi dirà a bocca non è per conſentir mai a dare il poſſeſſo al Signor Cardinal Pepoli, avēdomi con queſta occaſione rinovate le ſolite lamentazioni di eſſer poco fortunato in aver grazie da Sua Beatitudine.*

118. Hæc Principis de ſuo jure edocentis apertiſſima contradictio, omnem nocivæ obſervantiæ vim, & efficaciam, atque quodlibet contrarii non uſus, ſeù contrarii uſus initium tollit, & impedit, juxta *Gloſſam in cap. Abbatis Sylvani 25. in verb. donec, de verb. ſignific. Joannes Andreas in cap. 7. ex num. 14. de Cleric. conjugat. Felinus in cap. cum acceſſiſſent 1. ex num. 25. verſic. hanc regulam;* nam ut magiſtraliter docet *Rota Romana deciſ. 184. n. 6. par. 17. recent.* omnis obſervantia introduci nequit, niſi ex actuum frequentia, temporis diuturnitate, & conſenſu illorum, quorum intereſt. *Mareſcottus variar. reſol. lib. 2. cap. 100. per tot. Addentes ad Buratt. deciſ. 497. lit. B.* & iterum *Rota dec. 156. n. 31. recent.* & alibi paſſim.

119. Opponitur, contradictionem ſtatim obortam non eſſe attendendam, imò fortius concludere pro non uſu, & contraria obſervantia Pontificiæ Promiſſionis, ſtante ſubſequuto ejuſdem Ducis conſenſu, & acquieſcentia, cujus probatio deducitur ab eo, quod immediatè habetur in eadem epiſtola ibidem: *In ultimo mi hà fatto dire, che per non aver a diſpiacere a Sua Santità deſiderava, che 'l titolo ſi daſſe ad un figliuolo del Signor Ripa ſuo primo Segretario con trecento ſcudi d'oro di penſione al Signore Cardinal Pepoli:* & ſtrictiùs ab illo, quod ipſemet Nuncius refert in ſecunda epiſtola ſub die 4. Septembris 1595. ibidem: *hà fatto gran forza il Segretario Ripa, che concedendo S. A. il poſſeſſo al Sign. Cardinal Pepoli ſi aſſicuraſſe almeno, che 'l titolo ſi rinonciaſſe al figlio, e biſogna ſcuſarlo, perche è Padre; mà S. A. ſi è contentata di concederlo libera-*

mente, e ſenza niuna condizione, la quale Io non averei mai accettata per la dignità di Noſtro Signore, e per il riſpetto, che ſi deve alle Bolle Apoſtoliche: è ben vero, che S. A. mi riceercò poi con caldiſſima iſtanza, ch'io ſupplicaſſi V. S. Illuſtriſſima a volerſi interporre col Signor Cardinal Pepoli a voler rinonciare il nudo titolo dell'Abadìa a queſto figliuolo, &c.

120. Hujuſmodi epiſtolæ Nuncii Taurinenſis ad Cardinalem Aldobrandinum tunc regnantem, nullam de Jure fidem faciunt in præjudicium Principis, cum eodem Nuncio contendentis, prout ſupra annuebam *num.* 67. nec aliter ſentirent Officiales Datariæ, quoties honeſti ratio ſineret, ut omnia ea panderentur, quæ Oratores Sabaudiæ, in Urbe pro tempore reſidētes, intellexiſſe ab iiſdem Summis Pontificibus, & eorumdem Miniſtris ſuper ſequutis in hac materia contentionibus Suæ Regiæ Celſitudini, aut ejuſdem primario Status Secretario retulerunt.

121. Sed dato, citrà præjudicium veritatis, deferendum eſſe in hac cauſa Nuncio Taurinenſi ſuper illis, quæ poſt expreſſam negativam Ducis, in proprio Jure perſiſtentis, ſibi ultimo loco ſignificata refert ejuſdem Principis nomine, notanda ſunt prædicta verba ibidem: *In ultimo luogo*, ex quibus apertiſſimè conſtat, non fuiſſe in animo Principis, juri ſibi debito in Abbatiis Pedemontii nominandis renunciandi, aut admittendi aliquam ejuſdem juris coarctationem ad Sabaudiæ ultramontanæ limites, quam nec quidem à Summo Pontifice excogitatam nunc Adverſantes effingunt, ſed ne Pontifici diſpliceret, prout expreſsè declaravit ibidem: *in ultimo mi hà fatto dire, che per non avere a diſpiacere à Sua Santità deſiderava* quem ſibi gratum, & favorabilem tunc maximè habere expediebat, jam fere reconciliato Eccleſiæ Romanæ Henrico IV. Galliarum Rege, contra quem, cùm ipſemet Dux Sabaudiæ in Sociali Catholicorum bello totis viribus pugnaſſet, invaſo Comitatu Provinciæ, & recuperato Marchionatu Salutiarum, ſola poterat Pontificis authoritas, jam motos à potentiſſimo Rege, adverſus eundem Ducem imminentis tempeſtatis fluctus componere, prout docuit eventus, & rerum tunc conditio demonſtrat, quàm hiſtoricè deſcribit *Guicenonius hiſt. Sabaud. tom.* 2. de Duce Carolo-Emanuele, ad eundem annum 1595, & ſeqq. Unde non mirum, quòd prudentiſſimus, & oculatiſſimus Princeps, poſtquam de jure ſuo certiſſimus Nuncio declaraverat, ſibi Abbatiæ tunc vacantis nominationem competere, tandem eodem Nuncio urgente, ut jam factæ per Pontificem electioni conſentiret: mitiori dein, at minùs libero, ſed publicis rebus neceſſario reſponſo temperamentum illud proponeret, ex quo ſaltem ejuſdem Abbatiæ titulus ipſius voluntati daretur, reſervatis Cardinali Pepulo fructibus, prout legitur in prædicta epiſtola ejuſdem Nuncii ſub die 14. Septembris 1595. *in Summ. num.* 6.

122. Non docetur ab Adverſantibus, quòd Cardinalis Pepulus, verè, & realiter hujus Abbatiæ actualem unquam poſſeſſionem obtinuerit, quinimò ab Epiſcopo Salutienſi *Franciſco-Auguſtino ab Eccleſia in ſua Chronolog. hiſt. Epiſcop. & Abbat. Pedemont. Reg. cap.* 8. *de Abbatìa S. Solutoris*, ubi omnes illius Monaſterii Abbates nominatim recenſentur, immediatè poſt Vincentiū Parpaleam, per cujus obitum tunc vacaverat, annotatur Carolus-Antonius Ripa, quem Princeps ad eandem Abbatiam deſignaverat, unde concludendum videtur, Cardinalem præventivè à Summo Pontifice proviſum, annuente ipſomet Pontifice propoſito temperamento acquieviſſe, pro quo Nuncius in iiſdem epiſtolis interceſſerat.

123. Sed

123 Sed etiam dato,& non conceſſo,quòd Princeps, quocumque modo Romæ jam acta, quæ ſine periculo mutari non poterant comprobaverit, quia tunc ſic intererat, majoris mali vitandi cauſa, aut, quia ſic decebat in debitum Pontificiæ voluntatis obſequium, non ideò tamen iſte conſenſus aliquod contrarii uſus, vel inobſervantiæ, tàm interpretativæ, quàm præſcriptivæ, præjudicium odio conſentientis induceret. Etenim per quemlibet non uſum,ſeù contrarium uſum non oritur actus,proprii privilegii, & multo magis contractæ Promiſſionis læſivus, ſed tantummodò per actum abſolutè, & ſimpliciter voluntarium,ac liberum,& in quantum ex illo indicatur, quòd habens privilegium, vel promiſſionem voluerit, & potuerit à privilegio, vel promiſſione ſecedere, aut illius reſtrictionem agnoſcere. *cap. cùm acceſſiſſent* 8. *de conſtit.* & ibidem *Abbas*, *Felinus num.30.verſic.quinto limita,Gloſſa in cap.ut privilegia in verb. ſemel in anno, de privileg. Bart. in l. filiis Cod. de Decur.lib.10.& in l.1.cod.de his qui ſpont.mun. ſubeunt, Caſtro Pal. de privil.tractat.3.diſput.4.punct.* 18. *Menoch. de preſump. lib.6.præſumpt.41.num.7.& ſeqq.& conſ.1261.num.23.Suarez de leg. lib.8.cap.34. num.4.8.& 17.Larrea alleg.fiſcal.lib.1.alleg.16.num.* 31. & ideò ſufficit quælibet etiam levis conjectura diverſi finis ad excludendam præſumptionem voluntariæ renunciationis,aut reſtrictionis. *Suarez ubi ſupra num.* 12. *Bonac. diſput.1. quæſt.3.punct.8.§.6.num. 5. Trentacinq. variar. reſol. de reſcript. reſol.* 10. *num.6.Accacius de privil. lib.1.cap.15.num.31. Cyriac.controverſ.57. num.32.& ſeqq.* explorati quippe juris eſt,quamlibet obſervantiam excludi ex ſola poſſibilitate. *Rota deciſ. 290.num.21.part.18.recent.tom.1.Aretin. conſ.* 115. *Rota coram Buratto deciſ.464.num.5.& deciſ.29.num.6.part.2. diverſ.* quibus adſtipulantur ea, quæ ad proprii Juris conſervationem de vi, & efficacia ſupervenientis conſenſus tradit D. Eques, & Advocatus *Fallettus cit. cap. 3.num.*128.ex *Joanne Chokier de Juriſdict.part.2.quæſt.68. num.9. Hoſtienſ. in ſumma de Jur. patron. §.fin. verſic.quòd ſi Eccleſia,& in cap.per noſtras,de Jur. patron.* ubi *Joannes Andreas*, *Soccin.ſen.lib.2. conſ.260. num. 19. &* 20. ubi facit mentionem de quodam Indulto Nicolai V. excluſivo Forenſium a Beneficiis Ducatus Britaniæ, niſi accedente illius Ducis conſenſu,quod Indultum continet dumtaxat ſecundam partē promiſſionis ab eodem Pontifice initæ intuitu minorum Beneficiorum ergà Ducem Sabaudiæ, quemadmodum ipſummet Pontificem indulſiſſe etiam Duci Mediolani notavi *in Enucleat.num.*107.

124. In omnem eventum, quamvis ex falſo ſuppoſito, Dux Sabaudiæ hac vice ſimpliciter, & abſolutè, perſonam privatam induens, non fuiſſet uſus ſuo jure ad nominandum, non amiſiſſet Privilegium, niſi quoad illum actum præteritum, non autem quoad futuros, ſicuti notant *Baldus lib.4. conſ. 358. Alexander lib.5.conſ.33.verſic. nec quoad id,conſtat.Decius conſ. 496. num.2.Suarez de legib.lib.8.cap.35.num.*10.cum concordant. quos allegat, & ſequitur *Larrea,cit.allegat.16.num.*36.

125. Adducitur 3. loco ad inducendam obſervantiam excluſivam Abbatiarum Regionis Pedemontanæ à Pontificiis Promiſſionibus, & Indultis *in Summ. num.34. lit.C.* proviſio à prædicto Pontifice facta Abbatiæ de Caramania in perſonam Cardinalis de S.Georgio tit.S.Clementis ſub die 15. Kalendas Maji 1601. adversùs quam,cùm ipſemet Dux pro ſui juris tuitione fortiter reclamaſſet, Petrus Cardinalis Aldobrandinus,agnoſcens Jus Sereniſſimi Ducis radicitùs evelli non poſſe, illius vim, & efficaciam eludere tentavit ſaltem in Principatu Pede-

montano, vacuis illis, & inanibus verbis, quæ habentur in ejuſdem epiſtola ad Nuncium Taurinenſem ſub die 12. Auguſti 1601. *in ſumm.nu.8.ibid.ma ſappia V.S.che ſe bene i Privilegj ſiano confirmati da Sua Beatitudine,non comprendono però gli beneficj del Piemonte:e però reſta eſcluſa la pretenſione di S.A.nell' Abazia di Caramagna ln virtù di queſti privilegj.*

126. Hæc nunquam anteà excogitatæ ſubauditionis vanitas,quam tanquam manifeſtè abſurdam, & irrationabilem,nec quidem à Nuncio Taurinenſi Miniſtris Sereniſſimi Ducis allegatam tunc fuiſſe dignoſcitur, latuit uſque ad annum 1659. ſed quia nunc in ea Officiales Datariæ ſuum quamvis inermem, & fictitium Achillem conſtituunt,coactus fui ipſius monſtruoſam deformitatem oſtendere in præcedētibus *cap.*1.*&* 2.ultra tradita *in Enucleat.cap.final.per tot.* Quòd autem iſta proviſio à Duce impugnata, atque nunquam admiſſa, niſi poſt ſupplicatum, & obtentum Principis conſenſum, aut præviæ nominationis declarationem, nullum,nec minimum Juribus ſuæ Regiæ Celſitudinis præjudicium afferre potuerit,ſatis in iiſdem facti qualitatibus, & circumſtantiis probant ea,quæ intuitu Abbatiarum Ripaltæ, & S.Solutoris dicta ſunt ſupra *ex n.*110. *& anteà n.*41.prout etiam *in Enucleat.nu.*182. atque demonſtravit *Præſer Deleſcheraine epiſt.7.fol.42.§.avendo poi.*

127. Duæ aliæ proviſiones ab eodem Pontifice Clemente VIII.emanatæ,annotantur, quibus non habuerunt Adverſantes quid opponerent ad excludendam contractæ Promiſſionis obſervantiam, pro cujus adimplemento, ultra legalem pro obſervantia præſumptionem,quis unquam ambigere poterit, quòd Sereniſſimus Dux, utens Jure ſuo, præviam intentionem Summo Pontifici non declaraverit,& proprium conſenſum non præſtiterit erga Mauritium Principem Cardinalem à Sabaudia dilectiſſimum filium,& dein, ex ipſius Principis Cardinalis ceſſione,erga Alexandrum Scaliam ex Verrucæ Comitibus, tunc intimum ipſiuſmet Ducis Miniſtrum,de hac Abbatia reſpectivè proviſos.

128. In duodecennali, & ultra Clementis VIII. Pontificatu, duo dumtaxat ab Adverſantibus exempla objiciuntur,turbati à Cardinalis regnantis præpotentia hujus indubitati juris ad Regiam Sabaudiæ Domum ſpectantis, quamvis ipſemet Cardinalis ſuam in hoc Jure metiendo inconſtantiam jam ſupra relatam ex *n.*42.dennò comprobaverit in mandatis eodem tempore datis Nuncio,dein Cardinali de Bubalis, ut curaret obtinere præcedentem conſenſum à Sereniſſimo Duce, ad effectum, ut Abbas Joannes Bandinus poſſet ritè, & rectè renunciare Abbatiam de Villario Diœceſ.Taurinen.Cardinali Bandino ejus fratri, qui etiam in ipſiſmet epiſtolis hanc prævii conſenſus neceſſitatem agnovit, ſicuti patet ex epiſtolis prædicti tunc Nuncii apud Chriſtianiſſimum Regem, dein Cardinalis de Bubalis,exhibitis in *Enucleat.nu.* 184.*& ſeqq.* quod idem compertum eſt egiſſe Cardinalem Camporeum in dimiſſione Abbatiæ de Caramania favore nepotis, ex ejuſdem epiſtola ad Sereniſſimum Ducem exhibita *in Enucleat.nu.*143. & anteà à Cardinali Gilberto intuitu Abbatiæ S. Juſti de Secuſia, prout ex *regiſtris Cameralibus* relatis ibidem *num.*194.

129. Poſt deceſſum ſa.me.Clementis VIII. nec unum quidem exemplum in ſubſequuto quindecim annorum Pauli V. Pontificatu edere potuerunt Officiales Datariæ, in quo ſui Prædeceſſores occaſionem dederint eidem Sereniſſimo Duci, prout nunquam omiſerat in retroactis controventionibus, conquærendi de inobſervantia Pontificiæ Promiſſionis; Defecit quippè cauſa,quæ ſola potuit

in

Digitized by Google

in præcedenti Pontificatu turbare chriſtallini hujus fontis aquas; nam Scipio Cardinalis Burgheſius, hujus Pontificis nepos, ſummam apud Avunculum poteſtatem adeptus, ingenuè profeſſus eſt, ſe obtinuiſſe ad nominationem ipſius Ducis Abbatiam Caramaniæ, tunc vacantem per obitum prædicti Cardinalis Franciſci de S.Georgio, ſicuti conſtat ex indubitatis documentis exhibitis *in Enucleat.n.*187.*& ſeqq.* relatis à *Præſide Deleſcheraine epiſt.*1.*fol.*79. atque pleniùs *epiſt.*7.*fol.*45. *& ſeqq.* quod idem Jus erga Sereniſſimum Ducem, ipſemet Cardinalis aſſeruit in conſecutione Abbatiæ de Pinerolio, prout conſtat ex Regiſtris Cameralibus adductis ab eodem *Præſide citat.epiſt.*7.*fol.*47.ex quibus, inter plures alios ab eodem Pontifice de Abbatiis Pedemontanis proviſos, conſtat Eraſmum Paravicinum non niſi ex præcedenti Ducis nominatione proviſum fuiſſe de Abbatia Caburri Diœceſis Taurinenſis.

130. Illæſam Gregorius XV. Pauli V. ſucceſſor in ſuo biennali Catholicæ Eccleſiæ regimine, Promiſſionis Pontificiæ fidem ſervavit: neque in ſubſequuto Urbani VIII. feliciſſimo, & diutino viginti, & ultra annorum Pontificatu, fuit unquam dubitatum de hoc certiſſimo Jure Ducis Sabaudiæ nominandi, ſeù ſupplicandi ad Abbatiales Pedemontanæ Provinciæ dignitates, aut ab aliquo excogitatum reperitur, quòd contracta Nicolai Promiſſio pati poſſet aliquam reſtrictionem ad Sabaudiæ ultramontanæ limites, ſed integrum hoc Jus penès Principem, eadem, tàm citrà, quàm ultra montes uniformitate permanſit, juxta jam tradita *in Enucleat.nu.*195. Cujus facti veritatem non lædunt, aut quæſiti Juris vinculum ſolvunt duæ illæ proviſiones ex adverſo allegatæ, quarum una, videlicet Abbatiæ S.Stephani Vercellen.ſequuta dicitur anno 1631. *in ſumm. nu.*34. *litt. P.* & alia Monaſterii de Caburro anno 1640. ibidem *litt. S.* Etenim in eo, quod pertinet ad collationem prædictæ Abbatiæ S. Stephani, conſtat ex epiſtola ad Nuncium Romæ conſcripta ſub die 11. Novembris 1631.*in ſumm.n.*34. fuiſſe quidem ab Oratore Sereniſſimi Ducis Victorii-Amedei, hujus nominis Primi, tunc Regnantis, ſignificatam in primis Summo Pontifici ſuæ Regiæ Celſitudinis intentionem favore Alexandri Principis Eſtenſis, ſed ab ipſius epiſtolæ contextu ſatis eruitur decuiſſe ex poſt piiſſimum, & munificentiſsimum Principem ſuum conſenſum officiosè requiſitum, declaratæ Pontificis voluntati erga Cardinalem Nepotē, ſubmittere, prout declarat tenor prædictæ epiſtolæ in illis verbis:

Di Roma a Monſignor Nunzio
di Torino 11. *Novembre* 1631.

Il Signor Ambaſciadore di Savoja hà quì parlato dell'Abadia di Pinerolo, con rappreſentare il deſiderio di S. A. che ella foſſe conferita al Signor D. Aleſſandro d'Eſte; Ma noſtro Signore avendone diſpoſto prima in perſona del Signor Cardinale Antonio, lo confido, che S.A. ſia per rimaner contenta per l'affetto, che hà moſtrato, e che tuttavia moſtra verſo di queſta Caſa. Ne do a V.S. queſta notizia, acciò ella poſſa valerſene opportunamente.

131. Minùs aptè tribuitur Regii juris defectui, aut diminutioni datus à Duce conſenſus, ubi nulla de eodem jure quæſtio, vel ambiguitas emerſerat, ſed ſola Pontificiæ mentis declarata præventio in favorem Cardinalis Antonii ex fratre Nepotis, traxit ad ſe deſiderium Principis, ut debitum Summo Pontifici præſtaret obſequium, & gratas animi ſui vices Regnatrici tunc in Urbe domui rependeret, in qua ſua Regia Celſitudo Franciſcum Cardinalem Barberinum, Sabaudæ Coronæ protectorem, ſingulari ſtudio colebat; nec infructuoſa eſſe pote-

te-

terant officioſa illa verba, quibus nomine ejuſdem Cardinalis erga munificentiſſimum Principem, uti debuit Nuncius Taurinenſis ex prædicta epiſtola ibidem: *Io confido, che S. A. ſia perrimaner contenta per l'affetto, che hà moſtrato, e che tuttavia moſtra verſo di queſta Caſa. Ne dò à V. S. queſta notizia, acciò ella poſſa valerſene opportunamente*, &c. ultra quod, omnem excogitati in hac proviſione præjudicii ſcrupulum removent, porrectæ ab eodem Cardinali Antonio, ſeù de ipſius ſpeciali mandato, ante captam Abbatiæ proviſionem, ſuæ Regiæ Celſitudini preces, aliaque publica documenta, quorum tenorem ex Regiſtris Cameræ Taurinenſis recenſuit *Præſes Deleſcheraine cit. epiſt. 7. fol. 49. & ſeq.* præter ea, quæ pro facti veritate, ſuæ Regiæ Celſitudini retulit Marchio de Aliaco, tunc Sabaudiæ apud eundem Pontificem, & Sanctam Sedem Orator.

132. Nihil relevat, quòd poſt obitum Ducis Victorii-Amedei, Chriſtina Regia Mater, & Tutrix, nomine Filii adhuc Infantis, acquieverit proviſioni ſequutæ anno 1640. de Abbatia Caburri tunc vacante per obitum Eraſmi Paravicini Epiſcopi Alexandrini, in perſonam Abbatis Caſsiani de Puteo, non obſtante, quòd ſuam priùs intentionem favore Abbatis Mondini ſignificaſſet in epiſtola ad Franciſcum Cardinalem Barberinum ſub die 26. Decembris 1640. eidem enixè demonſtrans, debitæ ſibi Regiæ nominationis juſtitiam; etenim nec voluit, nec potuit Regia Tutrix Pupilli Principis juribus officere, quamvis moveri debuerit ad conſ utiendnm favore Abbatis Caſsiani de Puteo Pedemontani, fideliſsimi ſubditi, meritis, & nobilitate conſpicui, eundem Abbati Mondino præferens, & maximè in gratiam ipſiuſmet Cardinalis Barberini, qui eumdem Abbatem inter intimos familiares habebat; nam hac mutatione ſatis publicæ ſecuritati proſpiciebatur, quam principaliter reſpexerat in eadam epiſtola ibidem: *E' impoſſibile di far altrimente per evitare la mala ſodisfazione della Francia, che non ſoffrirà, che altro foreſtiere, fuorche l'Abate Mondini, abbia beni, e dipendenze in un luogo depoſitato oggidì trà le ſue mani, e così vicino a Pignerolo*. Ignorare ſanè nemo poteſt, quo, tunc ſemper deplorabili belli civilis incendio Pedemontanus Principatus arderet, unde crudelitati proximum foret, innumeris illis calamitatibus, hanc etiam nunc addere, ut prudentiſsimum Regiæ Tutricis judicium, propriam voluntatem publicis neceſsitatibus remittentis, Pupillo Principi noceret, poſtquàm hanc eandem Abbatiam ante, & poſt, ad ſuæ Regiæ Celſitudinis nominationem, ſeù ſupplicationem proviſam fuiſſe demonſtravi ſupra *num.* 129. & notat *Præſes Deleſcheraine cit. epiſt. 7. §. paſſiamo alla reggenza, fol. 52.* Quibus omnibus ſupervacuum eſt ea ſuperaddere, quæ ex traditis ſupra *n.* 121. *& ſeq.* hujuſmodi proviſiones à qualibet pacificæ in contrarium obſervantiæ inductione, vel exceptione voluntarii non uſus evincunt.

133. Innocentius X. Urbani ſucceſſor, in ſuo undecennali Pontificatu, tantum abeſt, quòd unquam promiſſionem Nicolai V. turbari permiſerit, ut imò Abbatiam intra montes, jam Camillo Cardinali Pamphilio, ex fratre nepoti, deſtinatam, certioratus à Miniſtro Sabaudiæ de indubitato ſuæ Regiæ Celſitudinis jure, ſtatim contulerit perſonæ illi idoneæ, erga quam Dux Carolus-Emanuel II. eidem propriam intentionem, atque conſenſum ſignificavit, quem præceſſiſſe ambigendum non eſt in tribus illis proviſionibus, quæ ab eodem Pontifice collatæ dumtaxat ab Adverſantibus referuntur *in ſumm. nu.* 34. *lit. T.* pro Mauritio Vibò, lit. V. pro Principe Eugenio-Mauritio à Sabaudia, & lit. X. pro Franciſco-Philiberto Vibò, nunc meritiſſimo Taurinenſi Archiepiſcopo.

134. Ex-

134. Extremum ſanè conatum in Pontificatu ſa. mem. Alexandri VII. adhibuerunt Romæ Officiales Datarìæ, & nihil omiſit Taurini Nuncius Pontificius, ut Nicolai promiſſionem, & ſubſequuta Pontificum Indulta, quæ affatim deleri non poterant, ſaltem mutilarent, ſub inani, & quæſito colore, quòd in ipſis non eſſet comprehenſa Regio Pedemontana; verumtamen quadriennalis illa contentio potuit quidem à Sua Regia Celſitudine extorquere conſenſum favore duorum Cardinalium ipſiuſmet Pontificis nepotum pro duabus Abbatìis ex quinque tunc in Pedemontio vacantibus, non autem certiſſimis Principis juribus aliquod lethale vulnus infligere, prout ſatis demonſtravi ſupra *à n. 56. uſq. ad n. 97.* cujus facti ſeriem luculenter expoſuit *Præſes Deleſcheraine cit. epiſt. 7. §. acceſſe poi, fol. 52. & ſeqq.*

135. Nullam Officiales Datarìæ in ſuo *facti ſummario* mentionem faciunt de ſubſequutis Abbatiarum proviſionibus in Pontificatibus ss. mm. Clementis IX. & Clementis X. quorum juſtitia, & æquitas, quamvis attentatis controventionibus locum non dederint: nihilominus non eſt, qui ignoret, quam acriter ipſimet Officiales impugnaverint nominationem à ſua Regia Celſitudine factam Abbatis Cagnoli ad Abbatìam de Sixt Diœceſis Gebennenſis, cujus biennalis controverſiæ factum, jam ſupra memoratum *n. 99.* & in cujus legali examine verſatur inſtructio Magni Sabaudiæ Cancellarii Boſchetti, ab Adverſantibus adducta *in alleg. fol. 10. §. hanc veritatem*, hìc denuò ponderandum propono, ut manifeſtè pateat, hanc, quam nunc Adverſantes obſervantiam celebrant, ſolius Pedemontanæ Regionis excluſivam, & in qua totam vim faciunt ad ſubtrahendas illius Provinciæ Abbatìas à Pontificiis Promiſſis, & Indultis fuiſſe jam ab ipſis habitam tanquam rem inanem, & inſubſiſtentem, dum etiam Abbatìæ ultramontanæ Regionis, intra cujus confines hodiè nituntur, juris nominandi vim, & efficaciam cohibere, ab iiſdem promiſſionibus, & indultis excludere voluerunt: cujus rei contrarietas, ab ipſorummet Officialium actibus exorta, omnem decantatæ nunc obſervantiæ intentionem, & præſumptionem elidit.

136. Sub Sanctiſſimo Pontifice Innocentio XI. Clementis X. ſucceſſore, & ſic incipiendo ab anno 1676. uſque ad annum 1689. jactant primo loco Officiales Datarìæ in ſuis Allegationibus, & præcipuè in *allegatione D. de Cavaleriis num.* 26. nullam de hujuſmodi Abbatìis proviſionem factam fuiſſe, in qua præceſſerit intentio, aut conſenſus Sereniſſimi Ducis, quòd tanquam rei geſtæ veritati contrarium abſolutè negatur. Siquidem Comes, & Præſes Oratius Provana, meus in hoc miniſterio prædeceſſor, qui uſque ad octavum hujus Pontificatus annum Romæ reſedit, nunquam, prout, ex tradita mihi ab eodem in ſuo regreſſu relatione comperio, deſiit occaſione alicujus novæ proviſionis faciendæ, de Abbatìis exiſtentibus in temporali Dominio Regiæ Sabaudiæ domus, & principaliter in Principatu Pedemontano, Regiæ tunc Tutricis, & Regentis præcedentem intentionem, atque conſenſum Summo Pontifici patefacere, viva voce, ſeù redditis ſuæ Regiæ Celſitudinis literis circa perſonam idoneam, ab eodem Pontifice providendam: neque hæc veritas irrefragabilis controverti poteſt in coadjutoria cum futura ſucceſſione Abbatìæ S. Mauri, de qua *in ſum. nu. 34. lit. L. l.* pro Octaviano de Chiabot, Marchionis S. Mauritii filio, & ipſimet Adverſantes expreſsè fatentur in Abbatìa S. Januarii, dum præcedentis intentionis, atque conſenſus favore Abbatis Pallavicini ſignificationem admittunt, quamvis minùs rectè, poſthabita contra Pontificiam promiſsionem adducatur.

137. In reliquo ejuſdem Pontificatus quinquennio, mihi ipſi conſcius ſum, non vacaſſe in Principatu Pedemontano ex Abbatiis controverſis, niſi illam Sancti Michaelis Cluſini, pro cujus proviſione facienda, ſupplicem ſuæ Regiæ Celſitudinis epiſtolam Summo Pontifici reddidi, in qua ſuam intentionem, & conſenſum declaravit ſavore Sereniſſimi Principis Eugenii à Sabaudia: Inveni pariter adhuc vacantem per obitum Gaſparis de Laſcaris ex Comitibus Vintimiliis, Epiſcopi Carpectoratenſis Abbatiam S. Pontii Nicien. pro cujus impetratione prædictus Comes Provana ſavore Abbatis Thomæ ejus filii, Principis intentionem, atque conſenſum, paucos ante ſui regreſſus dies eidem Pontifici denunciaverat; ſed cùm re adhuc inſecta diſceſſiſſet, pluries eumdem Pontificem exoravi, ut dignaretur, renovatæ ſuæ Regiæ Celſitudinis ſupplicationi, prout ſas erat annuere; unde tàm prædictus Sereniſſimus Princeps, quàm Abbas Provana earumdem Abbatiarum reſpectivè proviſionem obtinuerunt.

138. In eodem quinquennali intervallo ſequutæ ſunt collationes in Sabaudia Ultramontana Abbatiarum Abundantiæ, de Siat, & de Alpibus, quarum intuitu, prout in Ciſmontana præceſſerunt uniformes epiſtolæ ſuæ Regiæ Celſitudinis à me Summo Pontifici traditæ, Ducis intentionem, atque conſenſum oſtendentes circa perſonas de huiuſmodi Abbatiis providendas, & juxta Principis ſupplicationem ſuerunt de iiſdem tribus Abbatiis reſpectivè proviſi Abbates de Treſſeſon, de S.Thoma, & Eques Joffredus, atque ipſimet Pontifici, paucis ante deceſſum menſibus placuit, poſt à me exhibitam ſuæ Regiæ Celſitudinis ſupplicem epiſtolam annuere, pro permutatione Abbatiæ S.Pontii Nicien. cum illa de Alpibus ultra montes, inter prædictos Abbates Provanam, & Joffredum, pro qua dein ſa.me. Alexander VIII. ejus ſucceſſor literas Apoſtolicas in forma, congruit, ſumma benignitate expediri mandavit. Hæc eſt pura, & mera veritas facti de illis, quæ ex parte ſuæ Regiæ Celſitudinis, nunc feliciter regnantis, in Pontificatu ſa.me. Innocentii XI. acta ſuerunt circa ſignificationem præcedentis intentionis, atque conſenſus pro perſonis ad Abbatiales dignitates in ſua Ditione promovendis.

139. Huic negativæ, contra quam facti veritas ex integro pugnat, aliam ibidem, ſed in terminis æquivocis, addunt Adverſantes, ſupponendo, nunquam in hujuſmodi proviſionibus aliquam fuiſſe habitam relationem ad Indulta, ſeù Privilegia Sabaudiæ, in qua re etiam dato, quòd Officiales Datariæ poſt impletam à Pontifice promiſſionem, dein in literis favore Proviſorum expeditis, priſcum morem ſervaverint, nulla facta ibidem mentione de præcedenti Principis intentione, atque conſenſu: attamen id non tangit, neque mutat veritatem, aut ſubſtantiam facti; Siquidem Princeps, juxta pacta conventa in illis verbis Ponficiis: *Certum facimus, & tibi promittimus*, pro ſui Juris conſervatione, & implemento exigere, aut quærere aliud non debuit, niſi quòd Pontifex, Abbatiam vacantem effectivè conſerret perſonæ illi idoneæ, erga quam eidem Pontifici ſuâ priùs intentionem ſignificaverat, atque conſenſum præſtiterat, & ſatis Juri ſuo conſuluit, nemini vacantis Abbatiæ poſſeſſionem relaxando, niſi illi, quem Pontifici deſignaverat, adhibita etiam ipſius, aut proviſi declaratione circa facti veritatem, prout plenè demonſtravi ſupra *num.* 112. *& duob. ſeqq.* quæ hìc non repeto; nec aliter uſi ſunt Sabaudiæ Duces, bonam fidem, & facta magis, quàm verba ſequentes intuitu Abbatiarum in Sabaudia ultramontana conſiſtentium, in quibus ipſimet Adverſantes Pontificiæ promiſſionis vim, & efficaciam viguiſſe, & adhuc vigere profitentur.

140. Ja-

140. Jactant tertio loco ubi ſupra fuiſſe à S.M.Innocentio XI. prædicta duo ſuppoſita, facto ipſo comprobata, cujus ſeriem referunt, prout ſequitur: *Vacante enim anno* 1679. *Abbatia S. Januarii, Sereniſſima Ducíſſa pro D. Abbate Pallavicino ſuam intentionem ſignificavit, Miniſter in Urbe reſidens pluries inſtetit, ut perſonæ deſignatæ conferretur, & Summus Pontifex ſemper unius tenoris reſponſa dedit (che non poteva in ciò ſodisfarla) & velle Abbatiam liberè conferre ſemper declaravit, non obſtantibus aſſertis privilegiis, utpotè, quia aliàs deciſum fuerat, ad Regionem Pedemontanam non extendi. Anno itaque* 1681. *excluſo dicto Abbate Pallavicino, illam contulit Eminentiſſimo Sacchetto, & cùm intellexiſſet in præjudicium Eccleſiaſticæ libertatis Cuſtodes apponi, tàm in dicta Abbatia, quàm in Prioratu Caſtelletti collato bon. mem. Eminentiſſ. Ginnetto, juſſit formari proceſſus, & paratus erat adhibendo remedia, à ſacris Canonibus præſcripta, ſeverè punire eos, qui talia attentaverant; opus tamen non fuit ad hos actus devenire, quia metu cenſurarum fuerunt ſublati Cuſtodes, & propter rationes à Nuncio Apoſtolico expreſſas Oeconomi appoſiti non fuerunt.*

141. Hujus facti ſeries, quoties uſque ad ſui exitum in ſenſu veritatis exponatur, non ſolùm non probat adverſæ partis aſſumptum, ſed in eodem irrito nocendi conatu invulnerabile Jus Suæ Regiæ Celſitudinis evidentèr oſtendit. Etenim ſi inſpiciatur initium, jam patet, Principem pro Abbatia tunc vacante, perſonam de eodem providendam Pontifici deſignaſſe; ſi verò ſubſequutum Pontificis placitum ponderetur, voluit quidem Innocentius XI. juſti, rectique tenax, & ab omni carnis, & ſanguinis fœnore ſolutus, poſthabitis Ducis intentione, atque conſenſu, eamdem Abbatiam ad libitum conferre, ſed ea erronea inſinuatione ductus, quòd dum Nicolai promiſſio, aliaque Pontificum Indulta non egrediebantur limites Sabaudiæ ultramontanæ, nihil Juribus Ducis Sabaudiæ detrahebat, liberè de Abbatia Pedemontana diſponens, & hanc fusè in mente Pontificis ſequutæ proviſionis cauſam fundamentalem profitentur Adverſantes prædictis verbis ibidem. *Et Summus Pontifex ſemper unius tenoris reſponſa dedit: che non poteva in ciò ſodisfarla; & velle Abbatiam liberè conferre ſemper declaravit, non obſtantibus aſſertis privilegiis, utpotè, quia aliàs deciſum fuit ad Regionem Pedemontanam non extendi.* quod idem plenè probant contra producentem epiſtolæ, tunc Romæ à Secretario Status, ſeù à Datario ſcriptæ ad Nuncium Taurinenſem, nunc exibitæ *in Summ.à num.*25.*uſque ad num.*30. & ſignanter illa, quæ datur *num.*26.ſub die 19.Novemb.1681. atque alia *num.* 28. ſub die 27. *Maji* 1682. quarum eſſentialia hic recenſere non erit inutile: Legitur in prima: *Queſto Signor Reſidente preſe jeri udienza da Sua Santità per dolerſi delle Abadie di S.Gennario, e Caſtelletto, conferte a' Signori Cardinali Sacchetti, e Ginnetti.* Error ſcribentis in hac parte manifeſtè convincitur; nam beneficium ſub titulo SS. Petri, & Pauli de Caſtelletto Diœceſis Vercellenſis eſt, & ſemper fuit ſimplex Prioratus, nunc ſolitus dari in commendam, neque Miniſter Sabaudiæ petiit unquam hunc Prioratum conferri *ad præviam Ducis ſupplicationem*, ſed de eo dumtaxat juſtè conquæſtus eſt, quòd fuiſſet de eodem proviſus alienigena, & extraneus contra expreſſam pactionem à Nicolao V. contractam in ſecundo capite ſuæ Promiſſionis, ubi poſt ſibi impoſitam formam ſervandam in Epiſcopatibus, & Abbatiis, dein diſcretivè loquens de Prioratibus, ac aliàs diſpoſitioni Pontificiæ reſervatis, voluit ſibi præſcribere neceſſitatem habendi *præviam Ducis intentionem*, atque *conſenſum* pro perſona, de iiſdem beneficiis

neficiis providenda, prout fecerat in capite præcedenti, in ordine ad Epiſcopales, & Abbatiales dignitates; ſed ſolummodò promiſit illa non conferre, niſi perſonis, quæ eſſent de *locis Ditionis* ipſius *Ducis*, aut ſibi *gratæ*, vel *acceptæ* de *aliis locis oriundæ*: quod animadvertere volui, ut ſciat Curia Romana, Ducem Sabaudiæ, atque ejus Miniſtros, nihil unquam tanquam debitum quæſiviſſe, nec hodie quærere, præter, & ultra contenta in Pontificiis promiſſionibus, & Indultis.

142. Sequitur in eadem epiſtola: *Sua Santità ha riſpoſto, che altre volte per parte de' Duchi di Savoja ſi è preteſo d'aver Privilegj Apoſtolici, ma che eſaminata diligentemente la materia, particolarmente al tempo d' Aleſſandro VII. e di Clemente X. ſi è ſempre concluſo non competere a' Duchi ſopra di ciò diritto alcuno, e ſi è moſtrata ferma in queſta determinazione*. Cujus ponderis ſit conſultatio, ſeu reſolutio, quæ dicitur ſequuta, Alexandro VII. regnante, ſatis oſtendi ſupra à *num.* 56. *uſque ad num.* 97. Hoc unum eſt nihil Romæ de illa tunc Reſidenti Sabaudiæ, aut Taurini Miniſtris Aulæ, à Nuncio Pontificio ſignificatum; nam facilè fuiſſet, rem adeò abſurdam, & irrationabilem, ab omni hominum ſano judicio alienam Summo Pontifici demonſtrare, ad hoc, ut certioratus de Juris, & facti veritate ab erronea, & inani illa inſinuatione recederet. Quod autem ex adverſo allegatur idem fuiſſe concluſum in Pontificatu Clementis X. apud nos, nec *oculus vidit*, nec *auris audivit*, neque Officiales Datariæ in ſuis *facti allegationibus, & ſummario*, aliquam de hac jactata concluſione mentionem fecerunt, & in hoc Pontificatu nullam aliam contentionem, niſi occaſione vacantis Abbatiæ de Sixt exiſtentis in partibus Sabaudiæ ultramontanæ, agitatam fuiſſe reperio, prout memini ſupra *num.* 135.

143. In ſecunda ex prædictis duabus epiſtolis habentur hæc verba; *Si è già tante volte provato in voce, ed in ſcritto, e con gli eſempj, e con le dottrine di non aver il Signor Duca di Savoja diritto alcuno ſopra le A[illegible]zie del ſuo Dominio, particolarmente nel Piemonte, al quale non vi ſi poſſono applicare per conto alcuno i preteſi Indulti*. Poterat quidem Scribens dicere, & in veritate teſtari, fuiſſe ante Pontificatum Innocentii XI. hoc Jus *nominandi* a Datariæ Officialibus oppugnatum, primò in Pontificatu Sixti V. ſub prætextu, quòd Promiſſio Nicolai V. eſſet perſonalis, & tunc, ſicuti conſtat ex epiſtola ejuſdem Pontificis ad Sereniſſimum Ducem, de qua *in Enucleat. num.* 179. adductum fuit pro ratione prætenſæ perſonalitatis, quia in literis Apoſtolicis Nicolai deerant illa verba: *Ad perpetuam rei memoriam*, & legebatur dumtaxat *Ad futuram*. Item quia non fiebat ibidem expreſſa mentio de Succeſſoribus: Attamen evanuit cum ipſis frivolis rationibus illa inanis exceptio, exhibitis maximè ſubſequutis aliorum Pontificum Indultis, juxta tradita *in ead. Enucleat. num.* 180. *&* 181. Poterat etiam adducere in Pontificatu Clementis VIII. Petrum Cardinalem Aldobrandinum contra hæc Promiſſa, & Indulta inſurrexiſſe, dubium à nemine unquam antea excogitatum Nuncio Taurinenſi in ſua epiſtola ſuggerendo, quòd Nicolai, aliorumque Pontificum Promiſſa, & Indulta non comprehenderent Principatum Pedemontanum; ſed non apparet hoc vanum Cardinalis Aldobrandini commentum, alii tunc, quàm prædicto Nuncio innotuiſſe: & multò minùs, quòd ipſemet Cardinalis aliam ſuppoſitæ reſtrictionis rationem, & doctrinam, aut exemplum, quam propriæ imaginationis adduxerit, prout luculenter demonſtravi ſupra *à num.* 39. *uſque ad num.* 53. ultra jam tradita *in Enucleat. num.* 237. *& ſeqq.*

144. Hæc epiſtola Cardinalis Aldobrandini latuit in reconditis Datarlæ penetralibus uſque ad Pontificatum Alexandri VII. in quo Flavius Cardinalis Chigius eadem apud Patruum, qua olim Aldobrandinus ſumma poteſtate pollebat, & in quadriennali contentione tunc agitata nihil ſanè frequentiùs legitur in epiſtolis inter Nuncium Taurinenſem,& Pontificios Miniſtros, de quibus *in ſumm.à num.*14.*uſque ad num.*24.quàm illa jactatio, quòd nullum Jus Sabaudiæ Duci competeret in Abbatlis Pedemontanæ Regionis, & maximè, poſtquam Officiales Datarlæ hanc vanitatem præventiva conſultatione munierant; Verumtamen,quemadmodum ſupra expoſui *à num.* 56. *uſque ad num.* 66. vox, vox, prætereaque nihil. Hinc,prout jam dixi ſupra *num.*73.*&* 74. ipſimet Officiales Datarlæ nunc eamdem conſultationẽ à Prædeceſſoribus ſuis emanatam celebrantes, ſola eorum,qui in ea intervenerunt ſubſcriptione firmatam exhibuerunt *in ſumm.num.*13. imò aliqua *Juris*,& *facti* motiva ab uno ex præcipuis ipſius conſultationis Authoribus ſcripto relicta,adeò levia, & abſurda agnita fuerunt,ut nec adduci meruerint. Siquidem ſumma vis omnium rationum ad denigrandam, & eludendam Nicolai V. promiſſionem, in eo uſque ad præſentem diem ſtetit,ſi non intelligerentur,& ignotæ,ac nunquam diſcuſſæ in ſola jactantium ſama,& exiſtimatione manerent.

145. Datum eſt incomparabili præſentis Pontificatus felicitati, in quo juxtà Divi Auguſtini monitum relatum à *Gratiano* in *cap. ſana quippè* 11. *diſtin.*9. ſola, ſed cognita ratio, rerum judicia probat,& perficit, atque cætera tanquam inania tranſmittuntur,ut inſtante Miniſtro Sabaudiæ, hujus jactatæ reſtrictionis Jura,& fundamenta ab Officialibus Datarlæ producerentur, quibus tandem exhibitis,manifeſtè compertum fuit,nihil realiter adeſſe in illis vocibus, quas ſola jactantium fama,& exiſtimatio comprobaverant; Ea enim omnia, quæ ad fundandam excluſionem Pedemontis à Pontificiis Promiſſionibus, & Indultis adducuntur,conſiſtunt in grammaticalibus nugis,& ſpernendis verborum cavillationibus, quas nec Pedaneus quidem Judex,forenſibus plebeculæ jurgiis intentus audiret,dum non ſolùm communem uſum loquendi, ſed expreſſam Summorum Pontificum diſpoſitionem,& mentem ſuperſtitioſa ſubtilitate corrumpunt, prout huc uſque in præcedentibus tradita demonſtrant, & magis ſtrictè *à num.* 73.*uſque ad num.*97.quibus præceſſerunt allata *in Enucleat. cap.fin.per tot.*

146. Facilè itaque fuit, ut Innocentius XI. ex erroneo ſuppoſito ſibi ſacto, quòd in rei veritate Promiſſa, & Indulta Sedis Apoſtolicæ erga Duces Sabaudiæ non comprehenderent Principatum Pedemontanum, voluerit de Abbatìa S. Januarii,tunc vacante,liberè diſponere, nulla habita ratione ad perſonam à Sua Regia Celſitudine deſignatam; ſed iſta,quæ dicitur Pontificia proviſio, tanquam contra Sanctiſſimam Innocentii mentem,ipſi tribuenda non eſt, dum res aliter ſe habebat, quàm ſibi ſuerat inſinuatum, prout declaravit *Nicolaus Papa in epiſtol.*7. ad Michaelem Imperatorem relatus à *Gratiano in cap.ſententiam cauſ.*39. *qu.eſt.*9.& *Pelagius Papa* Joanni Comiti reſcripſit apud eumdem *Gratian.in cap. Dicenti* 16.*cauſ.*25.*qu.*2. & ſtatuunt *Pontificiæ Decretales in cap.Si quando,cap. Si proponenti,ſub tit.de reſcript.cap.cùm teneamur de probat. cap.literas, verſic. porrò,de reſtit.ſpoliat.cum concordant.*& ante omnes præceperat *Antoninus Pius*, quem refert *Ulpianus in l.*1.*ff.de appellat.*

147. Præviderant Nicolaus, & ſubſequuti Pontifices, quòd ex importunitate petentium, vel per præoccupationem, hujuſmodi Promiſſiones, & Indulta

 facilè

facilè ſubverti poſſent; Idcircò in ſuis Apoſtolicis literis ſanxerunt, ut quælibet noxiæ, prædictis Promiſſionibus, & Indultis, proviſiones, & collationes, tanquam contra, & præter illorum mentem extortæ, pro nullis, & irritis haberentur; itant tàm Princeps, quàm ejus ſubditi, citra cujuslibet cenſuræ periculum, iiſdem parere minimè tenerentur; quinimò poſſent tanquam attentatis firmiter reſiſtere. Unde ſi Officiales Datariæ, hujus irritæ proviſionis exitum in ſua facti expoſitione non omiſiſſent, ſed illius ſeriem ex integro narraſſent, fateri neceſſe haberent, non fuiſſe hanc proviſionem, niſi verum attentatum, atque illud dediſſe juſtam Suæ Regiæ Celſitudini cauſam Jure proprio utendi, ne ſuum effectum ſortiretur; prout etiam Eminentiſſimo Cardinali Sacchetto legitimum impedimentum præſtitiſſe, ut ſe abſtineret, prout abſtinuit, à capienda, nulliter proviſi beneficii poſſeſſione, quam, omnibus notum eſt, à die obitus ultimi poſſeſſoris permanſiſſe, uti vacantem, penès Subcollectorem Reverendæ Cameræ fructuum, à beneficiis vacantibus provenientium, donec eluſa per plures annos piiſſimi Principis moderatio, novis nunc attentatis laceſſita, validum aliquod remedium excitavit, quamvis validiora ſe offerrent, quæ ad impediendam quamcumque directam, vel indirectam hujus Pontificiæ Promiſſionis infractionem, ipſimet Pontifices in præmemoratis literis Apoſtolicis propria effecerunt; *Ea enim* (inquit Innocentius III. *in cap.ut forma 35.in fin.ſub tit.de ſent.excom.*) *noſtra facimus, quibus authoritatem noſtram impartimur.*

148. Pertrahi tandem nequeunt ad prætenſam obſervantiam ſequutæ in præſenti Pontificatu trium Abbatiarum proviſiones, de quibus in *alleg. D. de Cavaleriis num.28.& in Summ.facti fol.59.lit. P. P. & ſeqq.* nam quoad Abbatiam S.Mariæ de Sylva Vercellen. vacantem per obitum Cardinalis Bichii, extra Romanam Curiam defuncti, non debuit Miniſter Sabaudiæ, pro habita priùs ſpe ad favorem proprii filii, urgere priùs quàm decebat ſummam Clementiſſimi Pontificis benignitatem, & proprii muneris, atque nominis debitum cenſuit, ad alterius commodum ſuavitèr, & tranquillè Principis juribus conſulere, quæ citra tumorem, & invidiam, pro domo ſua vindicare non poterat. Cæterum Officiales Datariæ negare nequeunt hujus Abbatiæ proviſionem favore R.D.P.Thomati ſequutam fuiſſe poſt præviam declarationem ab eodem Miniſtro factam nomine Principis de Regio conſenſu erga Prælatum meritis, & doctrina conſpicuum, & ejus ſubditum optimè meritum, cum annua penſione ſcutorum tercentum pro Comite Buttileriæ; neque collatio dein ſubſequuta Abbatiæ S. Solutoris majoris emanavit, niſi poſt certioratum pro perſona providenda de Principis conſenſu Pontificem, quamvis hæc Abbatia vacaſſet per obitum in Curia Victorii Ripæ Epiſcopi Vercellenſis, & idem ſervatum fuit intuitu Abbatiæ de Caramania, quæ in Curia, & apud Sedem per obitum Cardinalis Chigii vacaverat.

149. Reaſſumere nunc quilibet facilè poterit, omnes illas proviſiones, ab Adverſantibus ſpecialitèr adductas, quarum dumtaxat intuitu attentata controventio juſtam reclamandi cauſam dare potuit Sabaudiæ Ducibus, & inſimul ponderare ea quæ in hoc capite reſpectivè ad eaſdem ſingulas proviſiones, tàm in facto, quàm in jure ſuccenſui, videlicet in Pontificatu Clementis VIII. pro Abbatia Ripaltæ à *num.* 110. *uſque ad num.* 116. pro Abbatia S. Solutoris à *num.* 116. *uſque ad num.* 125. & pro Abbatia Caramaniæ à *num.* 125. *uſque ad num.* 129. In Pontificatu Urbani VIII. pro Abbatia S.Stephani Vercellen. à *num.* 129. *uſque ad num.* 132. & pro illa Caburri *num.* 132. 133. necnon in Pontificatu Alexandri VII.

VII. poſt quadriennalem de pluribus Abbatiis contentionem, de qua à *num.*56. *uſque ad num.*97.& iterum *num.*134.atque tandem ſub Innocentio XI.pro Abbatia S.Januarii à *num.*140.*uſque ad num.*148. Etenim omnibus maturè perpenſis, facilè comperient, nec in una quidem ex ipſis proviſionibus legitimè inchoatam dici poſſe obſervantiam illam interpretativam,ſeù præſcriptivam,quam completam, & exitialem Officiales Dataríæ ad excludendas Abbatias Principatus Pedemontani à reiteratis Summorum Pontificum promiſſionibus, & indultis expendunt, & maximè dum in eodem tempore, videlicèt ſub Pontificatu Clementis VIII. uniformem hujus Pontificiæ promiſſionis uſum, tàm citrà, quàm ultrà montes,tanquam indubitatum habuerunt *Cardinalis de Oſſat cit.ep.*301.*Anaſtaſius Germonius de ſacror.immun.lib.*3.*cap.*11.*num.*24. quod idem in ſubſequutis Pontificatibus reſpectivè probant *Gottofredus à Bavo in ſua prax.crim.qu.*16.*ex num.*110.*Theſaurus ſenior decis.*131.*num.*11.*Guichenon.hiſt.Sabaud.tom.*1.*cap.*11.*fol.mihi* 95.*Joannes Corraſius in ſpecim.jur.Eccleſ.tom.*2.*in fin. fol.mihi* 215. *Præſes Fauſſonus in ſua celebri conſultatione fol.* 11. *verſ. Tertiò, & ultimò. Ludovicus Thomaſſin.de benefic.lib.*2. *cap.*40. *num.*12. & noviſſimè *Franciſcus Pinſonius de regal.tom.*1.*cap.*14.*num.*10.*& nu.*41.& fuſiùs *tom.*2.*à fol.mihi* 991. *uſque ad fol.*999.ubi *fol.*995. legitur relatio facta à *D. de Servient*, olim per decem, & ultra annos Legato Regis Chriſtianiſſimi apud Suam Regiam Celſitudinem de forma, quæ in Ditione ejuſdem Ducis ſervabatur circa proviſiones Epiſcopalium, & Abbatialium dignitatum.

150. Poſt hæc ſupervacuum videbitur, pleraque alia ſuperaddere,quibus cujuslibet contrarii uſus, ſeù non uſus exceptio in ſubjecta facti ſpecie, aut incivilitèr quæritur, aut inutilitèr proponitur; certiſſimi quippè juris eſt, quamlibet obſervantiam,etiam interpretativam,ſuffragari non poſſe, niſi fuerit pacifica, & uniformis. *Rota par.*1.*recent.decis.*45.*num.*4.*&* *par.*2.*decis.*365.*num.*2.item *par.*4.*decis.*455.*num.*8.*&* 9.*& par.*6.*decis.*29.*num.*8.nec poſſe ſuper ea fieri aliquod fundamentum. *ead.Rota par.*9.*decis.*302.*tom.*1.*num.*32.*atque tom.*2. *decis.*439.*n.*53.*& par.*11.*decis.*355.*num.*21.*Cardin.de Luca ſub tit.de jur.patron.diſcurs.*19. *num.*5. prout etiam nihil relevare, quando obſervantia non eſt proxima actui, de cujus interpretatione agitur. *Rota par.*2.*recent.decis.*170.*num.*4. *decis.*216.*n.*4.*& par.*9.*tom.*1.*decis.*93.*num.*19.*& apud Ottbobon.decis.*26.*Cardin. de Luca ſub tit.de benef.diſcurs.*67.*num.*9. quod eo fortiùs tenendum eſt in caſu noſtro poſt centum, & quinquaginta annos, in quibus jam alitèr ſervatum, & declaratum juſtificatur ex ſupra traditis à *num.*3.*uſque ad num.*33. & probatur exemplis adductis *num.*108. quibus omnibus omiſſis,ſufficeret dicere, durante prædicto longiſſimo tempore non inveniri, qui nec quidem de hac chimerica, & irrationabili reſtrictione meminerit, ex notatis *num.*23.55.91.*&* 107.

151. Illud paritèr unanimi utriuſque juris Interpretum conſenſu receptum eſt, non ſolam promiſſionem, & pacta, ſed etiam privilegia, & Indulta habentia tractum ſucceſſivum, & reiterabilem, ſeù facultativum amitti non poſſe per non uſum, aut contrariam obſervantiam. *Bartolus in l.fin.num.*6.*verſic.Si verò quæratur, ff.de conſtit.Princip.Baldus in cap.Plerumque num.*9.*de reſcript. Felinus in cap.cum acceſſiſſent nu.*29. ubi etiam *Decius nu.*83. *de conſtit. Boſſius de Princip.& Privileg.num.*343.*Larrea alleg.fiſc.lib.*1.*cap.*17. *num.*28. *& ſeq. Sanfelicius obſervat.*4.*num.*19.*Caſtropalao de priv.punct.* 18.quod idem procedit quoties fuit in poteſtate ſaltem habituali privilegiati utendi ſuo privilegio, licet ali-

quan-

quando ob aliquam cauſam actualitèr uti non potuerit, aut aliquo reſpectu, vel ad vitandum majus malum ſe ab illius uſu abſtinuerit. *Selva de beneſ. par.3. qu. 36.num.1.Franciſc.Marc.deciſ.Delphin.cap.58.nu.6.par.1. Rota in Meſſenen.decanat.ſub die 27.Januarii 1642. coram Dunozet, §.Ex hinc ceſſat, Caſtropalao de privil.tract.3.diſput.4.punct.18.num.1. Puteus deciſ.* 369. cum quibus concordant laudati ſupra *num.*123.*&* 124. ultra quod cùm Pontificia promiſſa, & indulta reſpiciant dignitatem Ducis Sabaudiæ, & ſuorum Subditorum ſecuritatem, & tranquillitatem, certum eſt, quemlibet actum contrarium non potuiſſe aliquod præjudicium inferre Succeſſoribus in dignitate, ad quos non jure hæreditatis, ſed ſanguinis tale jus pervenit.*cap.Grande de ſupplend.neglig.Prælat.Panorm.in cap.cum acceſſiſſent de conſtit.num.8.Felinus ibid.num.28.Cancer.variar.reſol.par.13.num.22.Menoch.de præſumpt.lib.6.quæſt.41.num.5.Larrea alleg.fiſc.lib.2.cap.67.num.37.* ubi plures cumulat. Etenim de juribus magnorum Principum judicandum non eſt ex ſolo uſu, ſed ex titulis, & fundamentis, quibus verè, & realitèr inſiſtunt; nam prudentia duce, & juſtitiæ clavo non errante, nunquam in tuendis, ſeù vindicandis propriæ Coronæ juribus ſerò ſapiunt Supremi Principes, & quemadmodum neſas eſſet præſumere, quòd Summi Pontifices hoc jus Apoſtolica promiſſione vallatum, Sabaudiæ Ducibus auferre voluerint, ità iniquiſſimum dicere, quòd ex non uſu ab iiſdem Ducibus intelligatur amiſſum, juxtà ſententiam *Papiniani in l.neque utilem, ff.ex quib.cauſ.major.*

152. Nec leviùs urget adverſus ſuppoſitam interpretationem incontrovertibilis uſus ejuſdem Pontificiæ promiſſionis quoad Epiſcopales Eccleſias, ſicuti notavi ſupra *num.*99. & fusè tradidit *D.Eques Fallettus cit.cap.3.num.*135. quarum intuitu loquuntur Adverſantes contra propriam facti conſcientiam, dum etiam pendente hac Abbatialium proviſionum contentione, vacantes in Principatu Pedemontano Eccleſiæ Vercellen. Alben. Salutien. Iporedien. Montis regalis, & Auguſten. non fuerunt à Sanctiſſimo collatæ, niſi illis reſpectivè perſonis idoneis, erga quas priùs Sua Regia Celſitudo ſuis literis propria manu ſignatis, & viva ſui Miniſtri voce ſuam intentionem ſignificaverat, & proprium conſenſum præſtiterat: & ſic impleta fuit ex utraque parte contracta à Nicolao V. aliiſque Pontificibus repetita promiſſio circa formam ſervandam in proviſionibus Epiſcopalium, & Abbatialium dignitatum, quod idem durante præmemorata quadriennali contentione excitata in Pontificatu Alexandri VII. ſervatum fuiſſe comperio; Nulla autem ratio ſinit, ut in pari Pontificiæ Promiſſionis vinculo prævalere debeat in Abbatias offenſio, & pro Epiſcopatibus gratia.

153. Tandem ultra ea, quæ in debilioribus terminis affert *Larrea* omninò videndus *cit.alleg.67.per tot.* illud paritèr obſervandum eſt, ea privilegia amitti non poſſe per non uſum, & inobſervantiam, quæ in vim contractus ex ſequuta promiſſione tranſiverunt, ſicuti occurrit in ſubjecta hypotheſi ſub illis verbis Pontificiis: *Certum facimus, & tibi promittimus. Petrus Henric. de Pontiſ.cap.*24.*Bambergh de jur.Reg.& Imper.cap.*15.*Felin.in cap. novit de judic. num.*3.*&* 12.*Giurba conſ.*89.*num.*14.*Alexander conſ.*29.*collat.*1. *lib.*1. quod idem pariter ſtatuendum eſt, ſtantibus *clauſulis irritantibus, & derogatoriis*, quæ leguntur ampliſſimis verbis conceptæ in prædictis Pontificiis Conſtitutionibus, publicam Ducum Sabaudiæ, & ejus ſubditorum ſecuritatem reſpicientibus.*Cardin.de Luca de beneſ.diſcurſ.76.Gonzalez ad reg.8.Cancell.gloſſ.1.§.2.num.9. Simoneta de reſervat.qu.40.num.1.& 2.Garzias de beneſ.par.5.cap.1.num.4.& 17. Ludoviſius*

deciſ.

*deciſ.*188.*nu.*6.*Creſcentius deciſ.*4.*ſub tit.de privil.Achilles de Graſſis deciſ.*237. *Rota par.*10.*recent.deciſ.*361.*num.*6.*& deciſ.*156.*num.*1.*par.*11.ſuper quo obſervantiæ puncto videndus D.Advocatus *Sardinius obſervat. ult. num.* 141. D. Eques,& Advocatus *Fallettus cap.*3.*uſque ad fin.*præter jam tradita ab *Hercule Ranconio in ſua conſult.num.*10.*& ſeqq.*

154. Cæterum ea nunc breviloquè perſtringendo, de quibus in præcedentibus latè diſſerui, & ſingulariter à *num.*1.*uſque ad num.*33.*& à num.*73. *uſque ad num.*97. ultra jam allegata in *Enucleat.cap.fin. per tot.* Comprehenſio Principatus Pedemontani, ex quo componitur Ditio Ciſmontana Ducis Sabaudiæ, adeò clara, evidens, & indubitata reſultat ex apertiſſimis verbis, & expreſſa mente Nicolai, aliorumque Summorum Pontificum in ſuis Apoſtolicis Promiſſionibus, & Indultis favore Regiæ Sabaudiæ Domus, & ſuorum ſubditorum, ut meræ fatuitati tribuendum ſit, quòd poſt centum,& quinquaginta annos ſubſequuti Pontifices, incipiendo à Clemente VIII. voluerint in ſuis proviſionibus ex falſo ſuppoſito dubiæ, & obſcuræ prædeceſſorum voluntatis declarare, & interpretari Nicolaum V. Leonem X. Clementem VII. Julium III. Gregorium XIII. non habuiſſe in mente, neque voluiſſe in verbis contractæ promiſſionis complecti, niſi Sabaudiam ultramontanam, ſicuti diſtinguendo obſervantiam interpretativam ab obſervantia præſcriptiva demonſtravi ſupra à *num.*77. *uſque ad num.* 104. ex quibus omnibus manifeſtè convincitur, minùs rectè Adverſantes attentatis controventionibus, hoc ſpecioſum obſervantiæ interpretativæ nomen prætexiſſe, ut ſub ejus quæſito colore Pontificiam promiſſionem, in Pedemontano ſaltem Principatu faciliùs,& honeſtiùs eludere poſſent, nò ignari, quòd in majores, atque inevitabiles facti, & iuris abſurditates inciderent, quoties velo levato præſumere vellent Sabaudiæ Duces ab anno 1595. ex voluntario non uſu, ſeù contrario uſu inducente obſervantiam præſcriptivam à jure ſuo in Ciſmontana Provincia cecidiſſe.

CAPUT V. ET FINALE.

Recollectis inanibus adversùs hujuſmodi Pontificia Promiſſa, & Indulta contentionibus, pro tempore excitatis, earumdem cauſæ nutrici, uſque nunc neglectæ remedium expoſcitur.

155. HUc uſque diſcuſſum Jus nominandi, ſeù ſupplicandi ſuam originem trahens à formali, & præciſa neceſſitate, quam anno 1451. ſibi Nicolaus V. impoſuit habendi à Duce Sabaudiæ præviam, & paſſivam intentionem, atque abſolutum conſenſum de perſonis reſpectivè promovendis ad omnes, & quaſcumque Epiſcopales, & Abbatiales dignitates in ejuſdem *temporali dominio, ditione*, ſeù *ſtatu* conſiſtentes, ſine ulla contentione permanſit penès Sereniſſimos Sabaudiæ Duces, erga quos Leo X. & Clemens VII. contractam à Nicolao promiſſionem novo firmitatis robore in ſuis ampliſſimis Apoſtolicis litteris ad perpetuam rei memoriam ſpecificè muniverant; Verumtamen, cùm ſub Duce Caro-

Carolo III. Sabaudia ultramontana, & in Ciſmontana totus ferè Principatus Pedemontanus ad potentiſſimum Galliarum Regem vi, & armis deveniſſent, Summus Pontifex Julius III. Henrico Regi II. gerenti ſe tanquam ſucceſſorem Sabaudiæ Ducum, hoc idem Jus nominandi tàm citrà, quàm ultrà montes flagitanti reſcripſit ſub die 20. Octobris 1550. prout ex Cardinali *Oſſato* retuli ſupra *num.*9.in illis verbis, quæ, nunquam ſatis ponderata,hic denuò tranſcribere non piget: *Oltre queſto hò ritrovata la copia d'un Breve ſpedito dal ſuddetto Papa al medeſimo Rè de' 28.Ottobre 1550.per il quale non oſtante che il medemo Rè aveſſe fatta un'altra dichiarazione a favore della Santa Sede nel toccante i paeſi della Savoja, e del Piemonte: nulladimeno pretendeva, che i Duchi ſuoi predeceſſori aveſſero ottenuti Indulti, de' quali eſſo doveva gioire. Sua Santità riſpoſe, che Sua Maeſtà non aveva coſa alcuna da eſibire de' ſudetti Indulti nel tempo di Paolo III. meno del ſuo, e niente di meno promette in parola di Papa per ſe, e ſuoi ſucceſſori Papi, e per la Santa Sede, che ſe Sua Maeſtà proverà frà diciotto meſi, che ſiano ſtati conceſſi Privilegj,ed Indulti Apoſtolici a i ſuddetti Duchi,e che tali Privilegj, ed Indulti ſiano ſtati validi, ed in uſo, e che a ragione di ciò il detto Rè abbia qualche diritto in riguardo de' Veſcovadi, ed Abazie de' ſuddetti Paeſi, gli verran fatti buoni.*

156. Poſt hæc Summus Pontifex non niſi(ut par erat de omnibus prædictis requiſitis certioratus) hoc idem Jus nominandi ipſimet Regi Henrico, tanquam Sabaudiæ Ducum ſucceſſori, tàm citrà, quàm ultrà montes, & ſpecificè in Principatu Pedemontano communicavit ſuis Apoſtolicis literis, quarum tenor, prout etiam prædicti Brevis ſub die 20. Octobris 1550.licet ab Officialibus Datariæ non exhibeatur,attamen de hujus integra veritate facti pleniſſimè conſtat ex indubitatis documentis,& auctoritatibus allatis ſupra à *nu.* 8. *uſque ad n.*23. & à Præſide *Deleſcheraine in ſua epiſt.*8. italici idiomatis omninò legenda.

157. Acceſſit huic irrefragabili declarationi, quæ ſola omnem contradicendi impoſterum anſam radicitùs extirpavit, ipſiuſmet Pontificis ampliſſima hujuſmodi Promiſſionum,& Indultorum confirmatio,& ampliatio erga prædictum Ducem Carolum III. juxtà notata ſupra *num.*6. & dein alia Gregorii XIII. erga Sereniſſimum Ducem Emanuelem-Philibertum ejuſdem Caroli filium, & in Principatu ſucceſſorem,de qua *in Enucleat.num.*29.& 30.

158. Alia dubietas emerſit in Pontificatu Sixti V.cui cùm Dux Carolus-Emanuel,hujus nominis primus,exhibitis dumtaxat Nicolai literis,novum Apoſtolicæ firmitatis robur expoſceret, reſpondit Pontifex, quòd juxtà conſultationem habitam ab Hippolyto Cardinali Aldobrandino tunc Prodatario, aliiſque duobus Cardinalibus, talis petitio ſubſiſtere nequibat, allegando eidem Duci motiva ſibi ad contradicendum à prædictis Cardinalibus inſinuata, videlicet, quia in prædicto Brevi Apoſtolico non legebantur illa verba:*ad perpetuam*,ſed *ad futuram rei memoriam*, & quòd ibidem nulla fuerat facta ſpecialis mentio de ſucceſſoribus Ducis, ergà quem contracta promiſsio inceperat, finem epiſtolæ ad ipſummet inſcriptæ, faciens hiſce propemodum verbis: *Si farà conſiderare meglio; ed intanto ſe V. A. vorrà dir altro l'intenderemo volentieri, eſſendoci molto caro di dargli ſodisfazione*,ſicuti habetur in eadem epiſtola,cujus tenorem recenſui *in Enucleat.num.*179.

159. Egebant ſanè frivolæ illæ exceptiones majori ponderatione ad fundandam oppoſitæ perſonalitatis exceptionem, in qua tunc Officiales Datariæ ſuum uni-

unicum licet inermem Achillem conſtituerant per ea, quæ tradidi *in Enucleat. à nu.* 178. *uſque ad nu.* 183. Hinc poſt editam ab *Antonio Bagnaſacco* doctiſſimam ſuper hoc puncto *conſultationem*, & inſimul exhibitas Leonis X.Clementis VII. Julii III. & Gregorii XIII. ſubſequutas conſtitutiones, evanuit hæc inanis umbra, quæ ſola tunc excogitari potuit ad obtegendos præfulgentes hujus Pontificiæ promiſſionis radios; unde ipſemet Cardinalis Aldobrandinus, dein ad ſummum Apoſtolatus apicem evectus, aſſumpto Clementis VIII. nomine, ſuorum prædeceſſorum promiſſionibus, & indultis, ad perpetuam rei memoriam, novum Apoſtolici muniminis robur adjecit ſub die 19. Junii 1595.

160. Irrepſit poſt hæc anno 1600. ideale illud, & inane Petri Cardinalis, tunc Nepotis regnantis, Aldobrandini commentum, ad excludendas à Pontificiis promiſſionibus, & indultis Abbatias Principatus Pedemontani, quod dein anno 1659. pari potentia fovit Flavius Cardinalis Chigius, & Officiales Datariæ pro tempore inter ſecreta miniſterii nobis ignota tenuerunt, ſi fortè beneficio, & opportunitate temporis etiam mures ferrum roderent, & exceptio alioquin omni ratione vacua, prout demonſtravi à *nu.*33.*uſque ad num.*104.eundo vires acquireret. Hinc poſt turbatas hoc occulto, & tetro colore limpidiſſimas cryſtallini hujus fontis aquas, ea ſequuta ſunt attentata, quæ licet, ut reſpectivè ad ſingula oſtendi *nu.*104.*& ſeqq.* ſatis fuerint pro conſervatione Juris jam quæſiti repreſſa; attamen quia validiùs, & majori firmitate, juxta datam ab iiſdem Pontificiis conſtitutionibus facultatem, oppugnari poterant, nunc ab Adverſantibus tanquam acta ad inducendam obſervantiam interpretativam, moderationi, & patientiæ piiſſimorum Principum exprobrantur.

161. Vigentem nunc contentionem, veluti ex ſilice ignem excitavit nimiū læſa Principis, & ſubditorum moderatio, dum ex attentatis inaudita feſtinatione, duarum Abbatiarum paucos ante dies in Pedemontio vacantium proviſionibus, auferebatur eidem Principi facultas utendi Jure ſuo, & penès providendos, quamvis ſubditos, ob indicta ultra modum, & indebitis cautionibus onera nihil ferè remanſiſſet præter vanam nominis umbram; ſed torrentis impetum cohibuit, nunquam deficiens Summi Pontificis æquitas, ex qua datum fuit Miniſtro Sabaudiæ docere de Juribus ſuæ Regiæ Celſitudinis coram Eminentiſſimis DD. Cardinalibus Spada, & Albano, & imperatum Officialibus Datariæ, ut ea, quæ ipſis in contrarium occurrebant, oſtenderent.

162. Videbantur documenta, Eminentiſſimis DD. meis exhibita, & motiva tàm in facto, quàm in Jure oretenus adducta ſufficere, ut Sanctitas Sua certiorata de indubitatis ſuæ Regiæ Celſitudinis juribus, huic cauſæ proprio oraculo finem imponeret; ſed dum pro hac declaratione Sabaudiæ Miniſter urgeret, illud à prædictis DD.Cardinalibus reſponſum accepit, quod in *Enucleat.nu.* 209. non ſilui, & iterum hìc repeto, videlicet: Se, quidem poſt diſcuſſa merita cauſæ unà cum ipſiſmet Datariæ Defenſoribus conveniſſe, quòd Promiſſio Nicolai V. & ſubſequuta Pontificum Indulta Jus perpetuum nominandi Sabaudiæ Ducibus præberent, ſed unicam, & peremptoriam intuitu Abbatiarum, de quibus agebatur exceptionem diluendam ſupereſſe, in qua Datariæ propugnatores adhuc inſiſtebant, aſſerentes hoc Jus ſuæ Regiæ Celſitudinis ex iiſdem literis Apoſtolicis coarctari intra limites geographicos Sabaudiæ Provinciæ ultra montes, & nullo modo verificari poſſe in Principatu Pedemontano.

163. Firmato itaque puncto principali circa inſitam, & inevitabilem vim, atque efficaciam Pontificiæ promiſſionis, prodierunt in lucem typis impreſſa Su-

Z pre-

premorum utriuſque Sabaudiæ Magiſtratuum reddita Principi pro veritate Reſponſa, necnon doctiſſimæ latini, & italici idiomatis inſignium Juris-conſultorum, etiam exterorum allegationes, ex quibus Romæ vulgatis cuilibet etiam legum ignaro, hoc de quo quæritur Jus ſuæ Regiæ Celſitudinis ſatis innotuit; nec ego pro mei ingenii tenuitate, injuncti muneris partes omiſi, edita *Enucleatione hiſtorico-legali*, in cujus *cap.fin.* unicum illud excitatæ reſtrictionis motivum perſtrinxi, quod pro integra rei definitione reſolvendum ſupererat; attamen, cùm nihilominùs Adverſantes hac adhuc remora uterentur, ad ſiſtendas vacantium Abbatiarum proviſiones ſavore illorum, erga quos ſua Regia Celſitudo, juxta formam à Pontificiis Promiſſionibus, & Indultis præſcriptam, ſuam Summo Pontifici intentionem, atque conſenſum ſignificavit, neque oppoſitæ exceptionis inſubſiſtentia ullo efficaciori medio convinci poſſet, niſi ex ſublata illa unica ratione, quam ſemper hoc jus Regiæ Sabaudiæ Domus egrè ferentes adhibuerunt, videlicet ſi ratio ipſa non intelligeretur, prout animadverti ſupra *n.* 140. Sanctitatem Suam ſuppliciter exoravi, ut poſtquàm non ſolùm Eminentiſsimi DD.Cardinales ab eadem jam deputati ad audienda, & referenda utriuſque partis jura, ſed etiam Sanctitas Sua pluries mihi declaraverat, nullam aliam in hac cauſa difficultatem remanere, niſi quòd promiſſa, & indulta reſtricta aſſerebantur intra limites Sabaudiæ ultramontanæ, dignaretur præcipere Officialibus Dataríæ, ut hujus jactatæ vanitatis fundamenta in ſcriptis, pro debita reſponſione communicanda proponerent: Hinc Sanctitatis Suæ monitis urgentibus emanarunt à Dataría editæ *facti, & juris Diverſorum allegationes*, ad hanc reſtrictionem ſulciendam, quarum paleas diligenter excuſsit *D.Eques Falletus* in Neapolitana Curia ſtrenuus cauſarum Patronus, & italico idiomate non minùs accuratè profligavit *Præſes Deleſcheraine in ſuis epiſt.7.& 8.*

164. Mihi, ut liberè dicam, quod ſentio, poſt lecta, & inſpecta Nicolai V. aliorumque Pontificum placita, irrationabilis adeò, & à communi humanæ mentis judicio aliena viſa ſuit hæc inanis exceptio, ut pigeret ſuperfluo, & inglorio labore rem jam ſatis *in cit.cap.fin.* meæ *Enucleationis* expunctam denuò inſectari; ſed ad detegendam vanæ hujus ſubauditionis monſtruoſitatem, calamo parcere non potui, poſtquam placuit Officialibus Dataríæ eamdem ingenti apparatu celebrare, fictitiis declarationum, & rerum judicatarum coloribus ſucatam, atque ementitis nunquam interruptæ per centū annos obſervantiæ veſtibus perſonatā.

165. Mirari ſanè non deſino, quomodo ſcribens in facto pro Dataría, poſt fruſtrà quæſitum in Pontificiæ promiſſionis ſcyrpo, imaginariæ ad Sabaudiam ultramontanam reſtrictionis nodum, ad effectum excludendi ſuam Regiam Celſitudinem à jure nominandi, ſeù proponendi ad Abbatiales dignitates, in Principatu Pedemontano dumtaxat exiſtentes, hoc idem jus nominandi ex præciſa, & formali præviæ, & paſsivæ intentionis, atque conſenſus neceſsitate proveniens, ab ipſo, ex natura adductæ exceptionis firmatum, & pluries in eodem ſenſu ab adhibitis pro Dataría Advocatis in ſuis conſultationibus admiſſum, nec nō jam plenè coram Eminentiſsimis Dominis meis Spada, & Albano diſcuſſum, & unanimiter cognitum, nunc adhuc tanquam inveſtigandum, & reſolvendum ſimulare præſumpſerit, vana illa jactatione, quæ legitur in poſtremo ſuæ *allegationis numero* 1 ſiquidem nemo poteſt, niſi in Sole calligans, aut ſtudio contradicendi, hanc veritatem in dubium revocare, dum ipſius veritatis evidentia ex ſolo Pontificiæ promiſsionis contextu manifeſtior ad ſeipſam convincendam cenſenda eſt, quàm omne id, quod ad eam perſuadendam valuerint in editis allegationibus

nibus ratio, authoritas, & exemplum; quæ omnia hic repetere ſupervacuum exiſtimo.

166. Cæterum hanc vim, & efficaciam nominandi in hujuſmodi Pontificiis promiſsionibus, aut indultis, ultra jam allegata exempla Leonis X. *in Enucleat. num.*144. Julii III. prout ſuprà *à n.8. uſque ad n.*18. & aliud allatum in *Enucleat. n.* 154. apertiſsimè probant compacta Cardinaliũ in Conclavi electionis Pii II. de quibus meminit *Thomaſſinus de beneſ. par.2. lib.2. cap.35. nu.*10. & in Bulla Pauli IV. quam recenſet *Pinſonius tom.2. ſol. mihi* 261. prout etiam immediatè poſt promiſsionem Nicolai V. convincunt acta ſub Caliſto III. penes *Oderic. Raynald. in ſuis annal. Eccleſ. ad ann.* 1458. *tom.* 19. *nu.*6. in quibus omnibus ex eodem motivo retinendi apud Apoſtolicam Sedem jus liberæ collationis in beneficiis conciſtorialibus, futuro Pontifici interdictum fuit, ne daretur Principibus facultas nominandi, aut præſentandi, & ne ſe aſtringeret Principibus, aut aliquibus ipſorum, aut eos certificaret, quòd nullas Eccleſias Cathedrales, aut Monaſteria conferret, niſi de ipſorum beneplacito, aut voluntate; quod idem jus in Nicolai promiſsione, & ſubſequutis indultis præter jam laudatos Authores in *Enucleat. à n.*134. *uſque ad n.*144. ſpecialiter aſſeruit *Hieronymus Lippomanus*, olim Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ Legatus apud Sereniſsimum Emanuelem-Philibertum Sabaudiæ Ducem in ſua relatione, quæ legitur typis impreſſa in *Theſauro politico tom.2. cap.29. ubi ſol.*410. *§. in borum confiniorum*, teſtatur hoc jus nominandi Ducibus Sabaudiæ ex antiquis privilegiis competere, & dein in iiſdem terminis retulerunt *in hiſt. Sabaud. Botterus*, *& Lambertus Vander Burghius*, qui licet una cum *Lippomano* loquentes de Sabaudia ultramontana, hujus Pontificiæ promiſsionis vim, & efficaciam apertiſſimè probent, tamen in aliquo non officiunt manifeſtæ veritati in eo, quod eadem promiſſio reſpiciat Sabaudiam ciſmontanam, prout demonſtravi ſupra *num.*94.

167. Cùm hæc nominandi facultas in Pontificiis Nicolai, aliorumque Pontificum Promiſſionibus, & Indultis firmiter radicata, nulla poſſet ratione convelli, & poſt hanc veritatem ſemel cognitam, atque probatam corruat fictitia moles decantatæ reſtrictionis ad Sabaudiam ultramontanam non minus abſurdum, quàm improbum ſit aſſerere, quòd aut Summi Pontifices habuerint in animo contra fidem promiſſionis perpetuo manſuram, hoc Jus certum, & indubitatum Sabaudiæ Ducibus quæſitum auferre, aut præſumere, quòd ipſimet Duces voluerint, ſeù potuerint ſponte ab eodem Jure recedere; Ideo non mirum, quòd Officiales Dатariæ pro tempore id præcipuè curaverint, ne unquam Nuncius Apoſtolicus Taurinenſis, de hoc Jure nominandi à Pontificiis Promiſsionibus proveniente, cum Principe, aut ejus Miniſtris loqueretur, ſed illud ſemper in profundo ſilentio ſepultum obtegeret, ſicuti hoc in mandatis ſpecialiter olim habuiſſe comperio in ſuis inſtructionibus paſſim Romæ vulgatis Laurẽtium Campegium Epiſcopum Ceſenatenſem, qui illius Nunciaturæ miniſterium exercuit ab anno 1624. uſque ad annum 1627. quod idem à Cardinali Chigio mandatum fuiſſe Nuncio Taurinenſi probat ipſiuſmet Cardinalis epiſtola, jam relata ſupra *num.*72. in illis verbis: *Avvertendo ſempre di non trattare del punto dell'origine delle collazioni, ſe ſi abbiano a fare dal Sommo Pontefice liberamente, e ſecondo la propria coſcienza, ſenza intenzione, e conſenſo veruno del Signor Duca, poiche è già ſtabilito, e determinato; onde non parli mai di conſenſo, ne riſervi ſopra di ciò ragione alcuna, ma ſolamente tratti intorno alla nuova pretenſione di placitare le Bolle Apoſtoliche delle proviſioni fatte; come ſopra, liberamente da Sua Santità.*

Quod autem placuit D. Cardinali ex abundantia cordis aſſerere ibidem: *poiche è già ſtabilito, e determinato*: quoties referatur ad aliquam diſceptationem ſuper hoc puncto, tàm Romæ, quàm Taurini tunc agitatam, diſtat à veritate facti; nàm in illa quadriennali contentione ex iiſdem documentis Datariæ de hac neceſſitate præcedentis intentionis, atque conſenſus meminiſſe, prout ſemper ſervatum fuerat, quoties Sabaudiæ Duces conquæſti ſunt de attentatis proviſionibus, contra formam à Pontificia Promiſſione præſcriptam, quarum intuitu nullam aliam unquam vim fecerunt, niſi in jactata, ſed nunquam diſcuſſa reſtrictione ipſius Promiſſionis ad Sabaudiam ultramontanam, prout conſtat in Pontificatu Clementis VIII. ex ſæpius allegata epiſtola Cardinalis Aldobrandini, de qua ſupra *num.* 39. *& ſeqq. & in Enucleat. num.* 235.

168. Ex huc uſque traditis conſtat Nicolai V. Promiſſionem aliorumque Põtificum Placita præbuiſſe Sabaudiæ Ducibus Jus nominandi, ſeù ſupplicandi ad omnia Beneficia conciſtorialia, in ſuo *temporali Dominio* conſiſtentia, & hanc veritatem tanquam indubitatam jam fuiſſe admiſſam ab Adverſantibus coram Eminentiſſimis DD. meis Cardinalibus Spada, & Albano. Item manifeſtè patet, unicam illam exceptionem à Datariæ Officialibus oppoſitam, videlicet, quòd ab iiſdem Indultis, & Promiſſionibus voluerint Summi Pontifices excludere Abbatias, ſeù Monaſteria Principatus Pedemontani nullam habere neque facti, neque Juris ſubſiſtentiam, imò eſſe vanum commentum, omninò contemnendum, neque alicujus etiam in legali diſciplina modicè verſati ponderatione dignum. Tandem certiſſimum eſſe, quòd aliquæ proviſiones attentatæ in Pontificatibus Clementis VIII. & Alexandri VII. Principe, & ejus Miniſtris reclamantibus, nec minimum præjudicium inferre potuerint huic indubitato ſuæ Regiæ Celſitudinis Juri, & multo minus aliquam obſervantiam interpretativam, aut præſcriptivam inducere, Pontificiæ Promiſſionis læſivam; Quibus ſic firmatis, nihil aliud ſupereſſe videtur Miniſtro Sabaudiæ, niſi Sanctitatem ſuam humiliter deprecari, ut dignetur Abbatias nunc in Pedemontio vacantes conferre illis perſonis idoneis, erga quas ſua Regia Celſitudo, juſta formam in prædicta Nicolai Promiſſione præſcriptam, Sanctitati ſuæ propriam intentionem aperuit, & conſenſum ſignificavit: neque enim quodlibet aliud novum Indultum obtinendum poſſet, aut fortius, aut apertius hoc Jus indubitatum ſuæ Regiæ Celſitudinis aſſerere: Siquidem formalis, & præciſa neceſſitas, quam Nicolaus, & ſubſequuti Pontifices in vim contractæ Promiſſionis ſibi impoſuerunt habendi præcedentem, & paſſivam intentionem, atque conſenſum à Sabaudiæ Ducibus circa perſonas idoneas de Epiſcopatibus, & Abbatiis vacantibus providendas, non ſolùm continet in ſe implicitum Jus nominandi, ſeù præſentandi, ſed præbet facultatem activam iiſdem Ducibus pro deſignatione, & electione perſonæ providendæ, magis amplam, & favorabilem, quàm ſit Jus illud nominationis, ſeù præſentationis, à Jure canonico certis legibus circumſcriptum, & variis caſibus obnoxium, prout obſervatum fuit ſupra *num.* 21. & demonſtravi *in Enucleat. nu.* 128. *& ſeqq.*

169. Multo minus hoc novum Indultum peti debet per modum declarationis in ordine ad comprehenſionem Pedemontanæ Regionis, poſtquàm Nicolaus, cæterique Pontifices, expreſſis verbis in ſuis Promiſſionibus, & Indultis complecti voluerunt favore Ducum Sabaudiæ omnes Epiſcopatus, & Abbatias, in *Diſtrictu ſui temporalis Dominii*, ſeù in eorundem Principum *Statu, & Ditione* conſiſtentes, alienigenis, & exteris dumtaxat excluſis; nam id aliud non eſſet,

quàm

quàm multiplicando entia ſine neceſsitate, inutilia, & otioſa verba à Summo Pontifice requirere, in quibus omnes Provinciæ, & dignitates Regiæ Sabaudiæ Domus nominatim deſcriberentur contra latini ſermonis vetuſtatem, & conſuetum in ſimilibus Indultis literarum Apoſtolicarum ſtylum, ab hac verborum prolixitate alienum, cujus in hac eadem hypotheſi notabile præbet exemplum Conſtitutio Sixti IV. de qua ſupra *nu.* 2. ubi quamvis Regia Mater, & Tutrix Sereniſsimi Philiberti Sabaudiæ Ducis in ſuis precibus expoſuiſſet pro omnibus Clericis, & beneficiis exiſtentibus in *Ducatu, Diſtrictu, Ditione, Comitatibus, Terris, Locis*, & aliis *Dominiis* Sabaudiæ ultra, & citramontanis, dominio ipſius Ducis mediatè, vel immediatè ſubjectis: Attamen Summus Pontifex in parte diſpoſitiva, ſupplicantis quidem precibus indulſit, ſed Pontificium loquendi morem induens, adhibuit illa tantum generalia, & indefinita verba *Ducatus*, *Ditionis, & Dominii.*

170. Nihil ſanè hujuſmodi Promiſſionibus, & Indultis addendum ſupereſt, tam quoad ipſorum vim, & efficaciam, quàm amplitudinem, & extenſionem; nam ritè, & rectè perpenſa, afferri quidem poſſunt in exemplum, cæteris Concordatis, & Indultis erga Supremos Principes à Sede Apoſtolica emanatis, non autem validioribus exemplis comprobari. Hoc unum dumtaxat in illa parte, quæ in Jure jam quæſito conſervando conſiſtit, juxta diſtinctionē *legis finalis*, & ibi *Gloſſa in verb. in conſervando, ff. de leg.* exoptari poſſe videtur, videlicet, quòd Officiales Datariæ in Bullis, quas inſtante proviſo expedire ſolent, poſt deſignatā à Principe perſonam providendam, & ſubſequutum erga eandem perſonam Pontificis placitum, mentionem facere teneantur de præcedenti Suæ Regiæ Celsitudinis intentione, atque conſenſu, ſeù ipſius prævia nominatione, vel ſupplicatione: Etenim, quamvis extrinſeca illa, & relativa poſt impletam à Pontifice Promiſſionem in literis dein expeditis expreſſio non augeat indubitatum *Jus* Principis, neque rei anteà geſtæ veritatem imminuat, ſicuti in puncto loquentes de hoc Jure nominandi, Sabaudiæ Ducibus quæſito, animadverterunt *Cardinalis Oſſatus epiſt.* 301. *Ludovicus Thomaſſinus de benef. tom. 1. part. 2. lib. 2. cap. 40. num. 11. Pinſonius de regal. tom. 1. cap. 14. num. 10. & 41*: atque fuſiùs *tom. 2. à fol. mihi* 941. *uſq; ad fol.* 999. *Joannes Corraſius in ſpecim. Jur. tom. 2. fol.* 215. *Lubinus de benef. franc. tom. 2. in notand. ſuper nominat. fol. mihi* 459. *§. hoc idem*, & ego fusè demonſtravi ſupra *num.* 114. & *num.* 139. ultra jam tradita *in Enucleat. num.* 207. Nihilominùs hujus relativæ expreſſionis omiſſio, cui in hac præ cæteris antiquiori promiſſione nondum contrarius Datariæ ſtylus dedit initium, & frequentes per centum, & quinquaginta annos aliorum Summorum Pontificum renovationes, omnem cavillandi prætextum adimebant, hanc tamen cētum ab hinc annis viam aperuit, ut Officiales Datariæ hujuſmodi proviſionum Pontificiarum qualitatem, & modum ab earumdem Bullarum expreſſo tenore metientes, cùm de præambula veritate facti, ex ipſiſmet literis expeditis convinci nequeant, turbare limpidiſſimas hujus cryſtallinæ promiſſionis aquas quandoque præſumpſerint, unde dum ipſis hoc Jus nominandi Ducum Sabaudiæ ad Beneficia conciſtorialia, in ſua *Ditione* conſiſtentia, citra manifeſtam injuriam, evidentem abſurditatem in ſua ſubſtantia, & parte eſſentiali oppugnare non licuit, hoc unum dumtaxat molliti ſunt, ut Pedemontani Principatus Abbatias à Pontificia Promiſſione ſubducerent, quod, quo Jure impellente Petrus Cardinalis Aldobrandinus, primo loco tentaverit, & dein ad commodum Cardinalium Nepotum in Alexandri VII. Pontificatu Datariæ Officiales magis enixè curaverint, manifeſtum

efficit

efficit hodie renovata contentio,in qua ex incomparabili Summi Pontificis benignitate datum eſt,ut tandem Contradicentes velo levato, hujus ſibi à ſuis prædeceſſoribus traditæ vanitatis rationes exhiberent,quæ hujus idealis ſubauditionis inſubſiſtentiam maniſeſtè convincunt.

171. Hac rei veritate cognita,ambigendum non eſt, quòd Sanctitas Sua non dignetur Abbatias nunc in Pedemontio vacantes perſonis idoneis à Principe deſignatis conferre; Neque enim Deo juvante in eo ſtatu verſamur,ut Sua Regia Celſitudo induci debeat ad conſentiendum,ut ex quinque Abbatiis vacantibus,duæ Cardinalium Nepotum commodo cedant,prout aliàs hujuſmet controverſiæ probavit eventus,ſed quia iſta proviſio non evellet radicitùs cauſam, itaut in poſterum eadem contentio non reviviſcat, quoties Sanctitas Sua,non dignetur declarare,ut quemadmodum certiſſimum eſt,neque ullus unquam in dubium revocavit,quòd Nicolai V. Promiſſio,à quinque Pontificibus renovata, & ampliata favore Ducum Sabaudiæ importet ſaltem implicitum,& virtuale,Jus nominandi ad omnes,& quaſcumque dignitates Archiepiſcopales,Epiſcopales,& Abbatiales,*in Diſtrictu* ſui *temporalis Dominii* conſiſtentes, prout etiam ad quatuor illa minora Beneficia ibidem expreſſa, ita teneantur Officiales Datariæ in literis, quæ pro hujuſmodi dignitatibus, & beneficiis expediuntur hanc veritatem profiteri,in qua re Sabaudiæ Miniſter non inſiſteret, niſi inſimul Catholica fides Pontificatum æternum, & humana conditio Pontifices mortales oſtenderent.

172. Supervacua omninò foret iſta flagitatio, quotiès innata Sabaudiæ Ducibus pietas, & ſingulare erga Summos Pontifices, atque Sedem Apoſtolicam obſequium,quoquomodo non obſtarent in illis etiam remediis,& præcautionibus adhibendis,quæ ad exigendam, & tuendam contractæ promiſſionis integram obſervantiam ab ipſiſmet Pontificiis Conſtitutionibus acceperunt, in quibus non tam Principi,quàm ſubditis datum eſt,ut cuilibet attentatæ contraventioni citra ullum cenſuræ periculum firmiter reſiſtere valeant, aut in illis removendis inhærere,quæ quamvis apertè non infringant, tamen non ſine Regii juris præjudicio, & ſubditorum detrimento datæ fidei implementum eludunt; ſiquidem Mediolanenſes freti quodam indulto ipſiuſmet Pontificis Nicolai V. de quo memini *in Enucleat. num.* 107. atque Veneti,Siculi,& Lucenſes, atque ubicumque plus valent boni mores, quàm alibi optimæ leges neceſſarium exiſtimarunt, ne Pontificiæ conceſſiones arcendi ab omnibus beneficiis Eccleſiaſticis alienigenas, aut inviſos ſine ſubſequuto Principis placito turbarentur, tot præcautionibus uti,inter quas nec ſpolia beneficiatorum, nec beneficiorum vacantium fructus Reverendæ Cameræ cedunt; nam quælibet privilegia, & multò magis promiſſa nequeunt etiam per indirectum ſubverti,aut violari. *cap. quantò ampliùs 26.de privileg.* explorati autem juris eſt, quòd conceſſo fine,cenſentur etiam conceſſa omnia media,per quæ devenitur ad finem, & ſine quibus facilè finis ipſe tranſvertitur. *cap. prudentiam*, §. *ſi verò*,ubi *Canoniſtæ de offic. delegat. l.1.& ibi communiter Repetent.ff.de juriſdict.omn.Judic.*

173. Glorientur inclyti Sabaudiæ Duces, quòd Apoſtolica Sedes, & Reverenda Camera in Principatu Pedemontano gaudeant omnibus prærogativis, quibus ſimul junctis,in nulla ex Provinciis, & Regionibus Catholicis fruuntur,prout facti permanentis veritas oſtendit, quam facilè foret à partium enumeratione referre. Non habet hæc *Auguſta* ex *Saxonum Cæſarum progenie Domus*, tot inſignium meritorum intuitu,quibus poſt adeptum Sabaudiæ Princi-

ci-

cipatum, continuato *ſeptem ſeculorum* ſpatio Summos Pontifices coluit, pretioſiorem hac promiſſione retributionem, in qua Nicolaus V. neceſſitate ipſa in præmium verſa, & quinque ſubſequnti Pontifices illam perpetuam legem ſibi ipſis impoſuerunt, ut omnes, & quoſcumque Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, & Abbatias, in *diſtrictu* ſui *temporalis dominii* conſiſtentes, prout quatuor alia Beneficia ibidem expreſſa non providerent, niſi de perſonis, erga quas haberent præcedentem Ducis *intentionem*, atque *conſenſum*; Cætera verò minora beneficia Cancellariæ regulis obnoxia, & liberæ Summorum Pontificum diſpoſitioni relicta ſunt: nam conventa alienigenarum excluſio libertatem collationis minimè lædit, exiſtimarunt Princeps, & Magiſtratus bonam fidem, & facta magis, quàm verba inſequentes, ſatis in tuto poſitam hujus Pontificiæ promiſſionis obſervantiam, quoties perſona à Principe Summo Pontifici priùs deſignata, vacantem Epiſcopatum, aut Abbatiam, effectivè, & realiter obtineret, & id dumtaxat reſpexerunt, ut ante captam à proviſis poſſeſſionem quoquomodo liqueret ex actis coram ſe faciendis, quòd proviſio ſequuta fuiſſet ad præcedentem Ducis *nominationem*; unde à principio cadentis nunc ſeculi, in quo cœperunt Officiales Datariæ hanc promiſſionem intuitu Abbatiarum Pedemontanæ Regionis adverſis oculis introſpicere, tunc dumtaxat conquæſti ſunt, quoties contigit, contrarias Pontificiæ promiſſioni proviſiones attentari.

174. Cùm itaque experientia jam ſatis docuerit, prædictam in Bullis omiſſionem dediſſe Contradicentibus anſam, nec in poſterum defecturam, excitandi aereos vapores, ad obtegendam Pontificiam promiſſionem, quamvis meridiana luce clariorem: idcircò hæc expreſſio relativa ſaltem ad præcedentem Ducis ſupplicationem, facienda in iiſdem Bullis expetitur, quam niſi ſtudio contradicendi abnuere nequeunt Officiales Datariæ, dum paſſim in Bullis, quas expediunt, omnium Abbatiarum exiſtentium in Gallia Belgica, & Comitatu Burgundiæ, mentionem faciunt de præcedenti illorum Principum ſupplicatione, qui jus ſuum ab indulto eſſentialiter, in nihilo diſcrepante à Pontificia erga Sabaudiæ Duces promiſſione metiuntur, de quo *in Enucleat. num.* 144. *&* 145. quod idem non controvertunt intuitu beneficiorum Conciſtorialium *Brixiæ*, aliarumque Regionum, in quibus Rex Chriſtianiſſimus hoc eodem jure utitur, ſibi communicato à Sabaudiæ Duce, prout tradidi ſupra *num.* 44. *& in Enucleat. num.* 154. niſi malint, quod de præcedenti Suæ Regiæ Celſitudinis conſenſu convinci poſſint ex iiſdem precibus in forma ſignandi, quæ Summo Pontifici ſubſcribendæ ab ipſiſmet Officialibus exhibentur, ſicuti quotidiè fit intuitu Cardinalium pro verificatione indulti, quo ſub titulo prævii conſenſus gaudent, ad nominandas perſonas providendas de beneficiis vacantibus per obitum ſuorum familiarium.

175. Ita propemodũ in Regno Galliæ, poſteri cautiores effecti, conſenſum Regis pro diſſectionibus Epiſcopatuum, in Bullis Pontificiis olim neglectum adſcribi obtinuerunt, ne quis ſupereſſet cavillandi locus, prout notat *Petrus de Marca de concord. Sacerd. & Imper. lib. 4. cap.* 13. *num.* 5. neque ulli unquam Supremo Principi, jus aliquod ad nominandum, ſeù ad proponendum habenti negatum fuit, ad proprii juris probationem, quòd in Bullis fiat aliqua mentio de præcedenti ſupplicatione, aut nominatione; unde omnis æquitas, & juſtitia poſtulat, ne iſta cautio in hoc *certiſſimo*, & *indubitato* Suæ Regiæ Celſitudinis ad *nominandum jure* deficiat, ſicuti Miniſter Sabaudiæ Sanctitatem ſuam humillimè deprecatur.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX

CAPITUM, ET PARAGRAPHORUM.

CAPUT PRIMUM.

OStenditur quid invincibilis ratio, & communis recti judicii ſenſus circa comprehenſionem Pedemontis in Pontificia Nicolai V. Promiſſione firmaverint ab anno 1451. uſque ad annum 1600. à num. 1. uſque ad nu. 33. pag. 121

CAPUT SECUNDUM.

Inconcuſſæ huic veritati, ex ſeipſa loquenti non nocet concepta anno 1600. in mente Cardinalis Petri Aldobrandini ad Sabaudiam Ultramontanam Pontificiæ Promiſſionis reſtrictio, uſque tunc inaudita, & ſoli Nuncio communicata, nec unquam in quæſtionem deducta, quamvis dein anno 1659. ab Officialibus Datariæ celebrata, & nunc ad eludenda ſuæ Regiæ Celſitudinis Jura, acriter inſtaurata, à num. 33. uſque ad num. 56. pag. 134

§. I. Reſolutio Congregationis habitæ in Dataria, & pro Dataria ſub die 25. Septembris 1659. ad legalem facti, & Juris trutinam revocatur à num. 56. uſque ad num. 73. pag. 142

§. II. Excogitata ab Adverſantibus motiva ad colorandam prædictæ reſolutionis vanitatem, nec ratione, nec jure, nec authoritate ſubſiſtunt, à num. 73. uſque ad num. 97. pag. 149

CAPUT TERTIUM.

Nulla de Jure dari poteſt ex actibus ſubſequutis obſervantia interpretativa ad inducendam excluſionem Pedemontis à Pontificia Promiſſione, à num. 97. uſque ad num. 104. pag. 158

CAPUT QUARTUM.

Deficit in facto, & non ſubſiſtit in Jure omnis exceptio, quam ex actibus ſubſequutis Adverſantes expendunt, ad inducendam, vel præſumendam excluſionem Pedemontanæ Regionis à Pontificiis Promiſſionibus, & Indultis, à num. 104. uſque ad num. 155. pag. 162

CAPUT QUINTUM, ET FINALE.

Recollectis inanibus adverſus hujuſmodi Pontificia Promiſſa, & Indulta contentionibus pro tempore excitotis, earumdem cauſæ nutrici, uſque nunc neglectæ remedium expoſcitur à num. 155. uſque ad finem. pag. 181

INDEX CAPITUM, ET PARAGRAPHORUM PRIMÆ PARTIS.

CAPUT PRIMUM.

Narratur exortæ controverſiæ caſus, & promiſſio S. M. Nicolai V. facta Ludovico Sabaudiæ Duci: nec non ſubſequuta Summorum Pontificum Indulta recenſentur à num. 1. uſque ad num. 35. pag. 3

CAPUT SECUNDUM.

Nicolai V. promiſſio in ſua origine, & cauſis explicatur à num. 35. uſque ad num. 40. pag. 10

§. I. *De Priſcis Epiſcoporum, & Abbatum Canonicis Electionibus à num. 40 uſque ad num. 48. pag.* 12

§. II. *De collativo Ordinariorum Jure à num. 48. uſque ad num. 51. pag.* 15

§. III. *Quid in hujuſmodi electionibus, & collationibus exigi, aut recipi potuerit à num. 51. uſque ad num. 62. pag.* 16

§. IV. *De Jure Supremorum Principum, & ſingulariter Sereniſſimi Sabaudiæ Ducis in electionibus Prælatorum à num. 62. uſque ad num. 79. pag.* 19

CAPUT TERTIUM.

De novo Jure Pontificio circà proviſiones beneficiorum à num. 79. uſque ad num. 85. pag. 24

§. I. *Quid dein fuerit innovatum ſuper rebus beneficialibus à num. 85. uſque ad num. 90. pag.* 26

§. II. *Exortæ adverſus recentem in rebus beneficialibus diſciplinam contentiones referantur à num. 90. uſque ad num. 104. pag.* 29

§. III. *Quomodo, & qualiter hoc novum Jus Pontificium fuerit in uſu receptum, & ſingulariter in Ditione Ducis Sabaudiæ à num. 104. uſque ad num. 118. pag.* 35

CAPUT QUARTUM.

Promiſſio Nicolai V. & ſubſequuta Pontificum Indulta, quale Jus præbeant ſuæ

Regiæ

Digitized by Google

Regiæ Celſitudini in proviſionibus Epiſcoporum,& Abbatum,oſtenditur ratione, & authoritate à num.118. uſque ad num.144.pag. 40

CAPUT QUINTUM.

Hoc idem Jus favore ſuæ Regiæ Celſitudinis, obſervantia, & exemplo comprobatur à num.144.uſque ad num.211.pag. 49

CAPUT ULTIMUM.

Confutatur inanis exceptio,in qua adverſantes adhuc dumtaxat perſiſtunt,videlicet quòd Nicolai V.promiſſio, & prænarrata Pontificum Indulta, non egrediantur limites Geographicos Sabaudæ Provinciæ à num.211. uſque ad finem.pag. 70

BIBLIOTECA NAZ. ... ROMA ... VITT. EM. ...

Digitized by Google

Google